

30/11

9-6-58

8-5-30







M. T. CICERONIS

DE

OFFICIIS

LIBRI TRES

Cum Notis selectissimis  
ad modum

IOHANNIS MINELLI  
illustrati

Venetis apud Simonem Occhi 1751.



M. TULLII CICERONIS

LIBRI TRES

DE

OFFICIIS,

Addito Catone Majore, Lælio, Paradoxis,  
& Somnio Scipionis,

JUXTA

RECENSIONEM GRÆVIANAM

EMENDATI,

Et cum Notis perpetuis instar Commentarii

AD MODUM

JOHANNIS MINELLI

ILLUSTRATI.

*Editio novissima Argumentis aucta*

AD EXEMPLUM LIPSIENSE.

---

---

---

VENETIIS, MDCCLI.

APUD SIMONEM OCCHI.

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.

1



# LECTORI

## BIBLIOPOLA \* S.

**C**ogniti vulgo sunt Auctores Latini, a Joanne Minellio notis selectissimis illustrati, passimque commendantur insigni utilitate, quam studiosæ juventuti præstant. Quare consilium cepi, doctorum quorundam virorum opera, reliquos etiam melioris Latinitatis scriptores ad eundem modum evulgare. Initium faciant Ciceronis de Officiis libri, cum Lælio, Catone, Paradoxis, & Somnio Scipionis, qui iis solent subjici. Hos omnes diligentissime emendavimus ad recensione Joannis Georgii Grævii, summi viri, & in his litteris facile principatum hodie tenentis. In notis methodo Minelliana Ciceronis *sensa, narrationem & historias manifestas fecimus; vocum significationes proprias atque translatas eruimus; phrasas earumque significationes & vim breviter & dilucide exposuimus; urbium, regionumque situm & descriptionem succinctam & brevem addidimus; varias lectiones & inutiles conjecturas, ubicunque non opus est, omisimus; nec tam delassare Lectorem volumus, & multa ingerere, quam paucis prodesse. In quo negotio plurima quidem hausimus ex optimis Commentatoribus, Grævianæ editioni adjectis; sed facem quoque nobis sæpe prætulit Petrus Marsus, uberrima interpretatione Venetiis ante ducentos minimum annos impressa, quam ipse ad calcem ex re & vero appellat *munus**

A 3

mul.

\* Lipsiensis nempe in editione ann. 1733.

## AD LECTOREM.

*multis vigiliis, & sudoribus elucubratum, quod juvenibus, & litterarum arcana ingressis profuturum arbitror. Ac mirum est, bonum illum Marsum tanta oblivione premi, ut non solum Manutius nepos, cujus reliqua plagia Grævius in præfatione notavit, verum & alii, quos minime putares, non pauca ex illo verbotenus surripuerint. Cæterum notas nostras sensim contraximus, partim ne libellus nimium excresceret, partim ut quilibet, veris experimentis, Jacobi Gronovii, celeberrimi Viri, exemplo deprehendere discat, si mentem adhibuerit, & obduraverit hos libellos habere familiares, ipsos adeo lucidos per se visum iri, ut quodcunque illustrationum genus negligat. Denique breviorum Indicem Gronovianum sufficere putavimus, relicto Græviano prolixissimo. Quod quidquid est, verba Gronovii rursus mea facio, non alio fine suscepi, nisi ut tibi prodesset; neque ultra moror, quominus prudenter omnibus officii tui generibus consulere addiscas.*

M. T. U.

M. TULLII CICERONIS

## OFFICIIS

AD MARCUM FILIUM

LIBER

C. A. P.

## ARGUMENTUM.

*In primo hocce libro, occurrit Prefatio & Tractatio ipsa. Prefatio tribus constat partibus, quarum prima in hoc capite extat, & in se continet adhortationem, ut Filius, exemplo Patris, Philosophiam cum eloquentia, & Latinam eloquentiam cum Græca conjungat: deinde ut & suo in audiendis Philosophis aliquid tribuat ingenio: denique ut tam philosophica, quam oratoria Patris scripta studiose perlegat.*

**Q**UAMQUAM 2 te, Marce fili, 3 annum jam  
4 audientem 5 Cratippum, idque 6 Athenis,  
7 abundare 8 oportet præceptis 9 institutisque  
A. 4. phi-

1. *Officiorum* alii. Sed hanc de *Officiis* inscriptionem Cicero ipse Attico scribens probavit & constituit, quare mutari non debet. *Officium* est id, quod quemque facere decet. Græci κατὰ δὴκον vocant, & de eo plerique Stoici libros scripserunt. 2 Paucis verbis egregium artificium in cohortando ad philosophiam filio licet animadvertere, a Doctore Cratippo, locoque celeberrimo, & annuo spatio petitum. 3 Annum tempus conficiebatur post Kal. Apr. ut patet ex lib. XV. epist. ad Atticum; statim enim, interfecto Cæsare, filium Athenas miserat. 4. Audire magis est, quam priva-

tim studere. 5 Cratippus Peripatetica scientia inclaruit. Multa ejus mentio in Ciceronis & Plutarchi scriptis. 6 Olim civitate libera, nec indigna ullius præconii amplius, tanta claritas superfluit, ut inquit Plinius. 7 Non modo non egere, sed etiam abundare. 8 Ex tribus adhortationis causis intulit verbum, oportet. Non enim, arbitror, aut simile quippiam, satis esse duxit, sed, oportet; cum antecedant illa, Audire Cratippum, Audire Athenis, Audire multis mensibus, quo efficitur, nisi valde jam profecerit, culpam & infamiam vitare non posse. 9 Instituire plus est, quam præcipere.

Præ-

philosophiæ, propter summam & doctoris <sup>10</sup> auctoritatem, & urbis, quorum alter te scientia <sup>11</sup> augere potest, altera <sup>12</sup> exemplis; tamen, ut ipse <sup>13</sup> ad meam utilitatem semper cum Græcis Latina conjunxi, neque <sup>14</sup> id in philosophia solum, sed etiam in dicendi exercitatione feci; idem tibi <sup>15</sup> censeo faciendum, ut <sup>16</sup> par sis in utriusque orationis facultate. Quam quidem ad rem, nos (ut <sup>17</sup> videmur) magnum attulimus adjuvmentum hominibus nostris, ut non modo Græcarum literarum rudes, sed etiam docti, <sup>18</sup> aliquantum se arbitrentur adeptos & ad <sup>19</sup> dicendum, & ad <sup>20</sup> judicandum. Quamobrem disces tu quidem a principe hujus ætatis philosophorum, & disces, <sup>21</sup> quamdiu voles: tamdiu autem velle debebis, <sup>22</sup> quoad te, quantum <sup>23</sup> proficias, non pœnitebit. Sed tamen nostra legens, <sup>24</sup> non multum a Peripateticis dissidentia (quoniam <sup>25</sup> utriusque & Socratici, & Platonici esse volumus) de rebus ipsis <sup>26</sup> utere tuo iudicio: nihil enim impedio. Orationem autem Latinam <sup>27</sup> profecto <sup>28</sup> legendis nostris efficias

Præcepta enim docent, quid agendum sit: nec tamen omnes, quibus præcipitur, ita se gerunt, ut præceptorum sententiam vita & moribus expriment, instituta vero plane formant & fingunt eorum animos, quibus præcepta traduntur, sic ut a præceptorum regula nihil, aut minimum discedant. <sup>30</sup> Auctoritas eam vim habet, ut ipsa per se, vel si ratio nulla, cur aliquid agatur, afferatur, nos tamen ad agendum impellat. <sup>31</sup> ornare, celebriorem reddere & perfectiorem. Augent nos ea, unde fructum capimus. <sup>12</sup> Athenis maxima exempla erant fuerantque ad bene beateque vivendum. *Nulla res magis animos honestare induit, dubiososque & in pravum inclinabiles revocat ad rectum, quam bonorum virorum conversatio.* Vide Senecam lib. XIV. Epistolarum. <sup>13</sup> Monet filium exemplo suo, ne Latinam linguam a Græca disjungat, cum id maxime conducatur. Locus est ab utili. <sup>14</sup> Ita cum Græcis Latina conjungere mihi semper curæ fuit, ut Latini sermonis usum, ne cum philosophiæ quidem operam dabam; Græci, ne cum Latine quidem exercerer,

unquam dimiserim, &c. <sup>15</sup>. Paternam auctoritatem redolet hoc verbum. <sup>16</sup> Acque doctus Græce & Latine. <sup>17</sup> Hoc posuit ad vitandam arrogantiam suspicionem. <sup>18</sup> Non dixit, *multum*, ut vitaret itidem arrogantiam. <sup>19</sup> quantum ad artem oratoriam, in qua nihil ferre jam a Romanis desideratur. <sup>20</sup> quantum ad Philosophiam Topicam, rerumque scientiam, quam Cicero complexus erat, & eloqui nitore illustraverat. <sup>21</sup> Quod suæ potestatis est, filio largitur; ut statuat ipse Cratippi tempus audiendi. Sed, quod largitur, adstringit paullum sequentibus verbis. <sup>22</sup> quousque. <sup>23</sup> crescas in ipsis philosophiæ præceptis. <sup>24</sup> non multum dissimilia a præceptis Peripateticorum: quibus nunc das operam sub Cratippo. <sup>25</sup> Multa hic disputant Commentatores, quæ in unum congeffit Grævius, cui persuasum est pro Socratici legendum esse Stoici. <sup>26</sup> non te ad dicam alicui sectæ; integram liberumque tibi est, quod dogma sequi velis. <sup>27</sup> Quintilianus: *Is se profecisse multum existimet, cui Cicero valde placere cœperit.* <sup>28</sup> Figura Latini sermonis: pro, *Dum*

ies 29 pleniorē. Nec vero 30 arroganter hoc dictum existimari velim. Nam philosophandi 31 scientiam conceleas multis; quod est oratoris proprium, 32 apte, 33 distincte, 34 ornate dicere; quoniam in eo studio ætatem consumsi, si id 35 mihi assumo, videor id meo jure quodammodo 36 vindicare. Quamobrem magnopere te 37 hortor, mi Cicero, ut non solum orationes meas, sed hos etiam de philosophia libros, 38 qui jam illos fere æquarunt, studiose legas. 39 Vis enim dicendi major est in illis: sed hoc quoque colendum est 40 æquabile, & temperatum orationis genus. Et id quidem nemini video Græcorum adhuc contigisse, ut idem utroque in genere 41 laboraret; sequereturque & illud 42 forense dicendi, & hoc 43 quietum disputandi genus, nisi forte Demetrius Phalereus in hoc numero haberi potest, disputator subtilis, orator 44 parum vehemens, dulcis tamen; ut 45 Theophrasti discipulum possis agnoscere. Nos autem quantum in utroque profecerimus, aliorum sit judicium: utrumque certe secuti sumus. Equidem & Platonem existimo, si genus forense dicendi tractare voluisset, 46 gravissime & 47 copiosissime potuisse dicere: & Demosthenem, si illa, quæ a Platone didicerat, tenuisset, & 48 pronuntiare voluisset, ornate 49 splendideque facere potuisset.

A 5

se:

nostra leges. 29 copiosiorē, uberiorēque. 30 nolo, putent me esse arrogantem, plusque mihi tribuere, quam par sit; cum mihi assumam id, quod pertinet ad bonum oratorem. 31 rei per causas cognitionem. 32 ad id, quod orator agendum suscepit, ut ea dicantur, quæ subjecta materia postulat. 33 ne rerum ordo perturbetur. 34 adhibitis Latinæ orationis luminibus & ornamentis. 35 Sapit emphasin. 36 Genus loquendi ex Ictorum fontibus derivatum. 37 hortari est dare consilium ad erigendum animum. Hortatur Cicero filium, quem sciebat ad studia pigrum, & ideo calcaribus egere. 38 i. e. tot fere philosophicos libros scripsi, quot orationes. Hanc quidem lectionem præfert Grævius vulgari, *qui se jam illis fere æquarunt*; sed legendum erit, *illas*, sc. orationes, *æquarunt*, non illos. 39 Ve-

hementia, ut moveatur auditor ad affectum. 40 ex utroque mixtum, summo & infimo. 41 summum studium & laborem poneret, quemadmodum ego feci. 42 Orationes enim in foro ad iudices habebantur. 43 caret enim actione forense, nec illam dicendi vim ad movendos animos requirit. 44 qui non inflammabat auditores, sed potius dulci oratione delectabat. 45 qui suavissimus in dicendo fuit. *Quis Theophrasto dulcior?* Cic. in Bruto. 46 quantum ad sententias & pondera rerum: quas callebat in omni disciplina summus. 47 quantum ad ubertatem orationis & sublimitatem illam dicendi, qua Plato aliis antecelluit. 48 proferre, disputare, vel in scholis philosophorum, vel in libris. 49 omne splendidum est ornatum, sed non e contra: ornatus in oratione a multis haberi potest, splendor vero a paucis.

se: eodemque modo de Aristotele, & Isocrate judico: quorum uterque suo studio delectatus, si contempnit alterum.

## C A P. I I.

## A R G U M E N T U M.

*Hoc capite exhibetur secunda & tertia Præfationis pars. Secunda exponit causas, ob quas Cicero ad Marcum filium de officiis scripserit, quibus scripti commendationem subnectit. Pars tertia partim methodum tradit, & docendi rationem, qua uti velit Cicero, partim auctores indicat, quos in hoc opere potissimum sit secuturus: ubi Epicureos, & alios perstringit, Voluptatem esse Summum Bonum statuentes, eosque nihil hic præcipere posse ostendit.*

**S**ED, cum 1 statuissem aliquid hoc tempore ad te scribere, & multa 2 posthac, ab eo 3 ordiri volui maxime, quod & 4 ætati tuæ esset 5 aptissimum, & 6 auctoritati meæ. Nam, cum multa sint in Philosophia & 7 gravia, & 8 utilia, 9 accurate, 10 copioseque a Philosophis 11 disputata; latissime 12 patere videntur ea, quæ de officiis tradita ab illis, & præcepta sunt. Nulla enim 13 vitæ pars, neque publicis, neque privatis, neque 14 forensibus, neque 15 domesticis in rebus, neque si 16 tecum agas quid, neque si cum altero 17 contrahas, 18 vacare officio potest: in 19 eoque colendo sita est vitæ honestas omnis, & in 20 negligendo turpitudō. Atque hæc  
qui-

cis. 50 ille Philosophiæ, hic artis oratoriæ. 51 Aristoteles oratorium dicendi genus, Isocrates philosophicum contempsit.  
1 Constituissem animo & decrevissem. 2 post hoc tempus. 3 ordiri est incipere res majores. Unde Syllius: *ordior arma*. 4 decet enim erudiri adolescentem officii potissimum colendi notitia. 5 decens & conveniens. 6 In argumento levi nequaquam versari debuit is, cui magnam auctoritatem honores magistratusque pepere-  
runt. 7 quantum ad sententias & pondera rerum. 8 cognitione, & vitæ humanæ ad beate vivendum. 9 methodice. 10 ornata splendidaque oratione. 11 subtiliter investigata & mandata litteris. 12 ad omnes & ad omnia se extendere. 13 nulla actio vitæ humanæ. 14 extra domum. 15 in cura rei familiaris tuendæ. 16 Multa enim sæpe soli agimus: in quibus aut officium colitur, honeste; aut negligitur, turpiter. 17 si facias cum aliis contractus vendendo, emendo. 18 non potest esse sine officio. 19 dum colitur. 20 dum negligitur.

quidem 21 quæstio communis est omnium Philosopho-  
rum. Quis est enim, qui 22 nullis officii præceptis tra-  
dendis Philosophum se audeat dicere? Sed sunt non-  
nullæ 23 disciplinæ, quæ 24 propositis bonorum & malo-  
rum finibus, officium omne 25 pervertunt. Nam qui  
summum bonum 26 instituit, ut nihil habeat cum virtu-  
te 27 conjunctum; idque 28 suis commodis, non hone-  
state, 29 metitur, hic si 30 sibi ipse consentiat, & non  
interdum naturæ bonitate vincatur, fit, ut neque 31  
amicitiam colere possit, nec 32 justitiam, nec 33 libe-  
ralitatem; fortis 34 vero, dolorem summum malum ju-  
dicans, aut 35 temperans, voluptatem summum bonum  
statuens, esse certe nullo modo potest. Quæ, quam-  
quam ita sunt in 36 promptu, ut res disputatione non  
egeat, tamen sunt a nobis 37 alio loco disputata. Hæ  
38 disciplinæ igitur, si 39 sibi consentaneæ esse velint, de  
officio nihil queant dicere; neque ulla officii præcepta  
firma, stabilia, 40 conjuncta naturæ tradi possunt, nisi  
aut ab iis, qui 41 solam, aut ab iis, qui 42 maxime ho-  
nestatem propter se dicant expetendam. Itaque propria  
est ea præceptio, Stoicorum, & Academicorum & Peri-  
pateticorum: quoniam 43 Aristonis, Pyrrhonis, Herilli  
A. 6. jam.

21 inquisitio. 22 nulla tradendo præcepta de officiis, id est, de actionibus, quæ ad virtutem ducunt. 23 Sectæ philosophorum, ut Epicurea, cui finis malorum est dolor, bonorum voluptas. 24 finibus illis bonorum & malorum, quos proposuerunt sibi aliisque sibi sectæ hominibus. 25 depravant, nec servant officiorum ordinem, finem male constituentem. 26 ut Epicurus. 27 nulla est conjunctio virtutis cum divitiis & voluptate. 28 qui jus omne metitur utilitate, ex quo manaverit societas, ejusque jura, quæ sententia fuit Carneadis. 29 mensurat, adæquat. 30 si semper idem sentiat, nec si doceri & corrigi ab ipsa, rerum omnium optima, natura patiatur. 31 quia omnia amicorum debent esse communia: & qui statuit finem in divitiis, non erit amicus, quia vult omnia pro se. 32 quoniam justitia tueri debet societatem conjunctionis humanæ. 33 quæ versatur circa erogandas pecunias, & nunquam potest esse dives. 34 refellit illos, qui ponebant summum bonum in indolentia. 35 refellit illos, qui voluptatem statuebant finem esse bonorum. 36 manifesta & nota omnibus. 37 IV. Tusculanarum Quæstionum, & libris de Finibus bonorum & malorum. 38 Sectæ Philosophorum. 39 si voluerint perseverare in suis opinionibus, & ita vivere, ut dicunt. 40 quæ consentiant naturæ humanæ. 41 a Stoicis, qui nihil expetendum dicebant præter solam virtutem. 42 a Peripateticis & Academicis, qui dicebant, virtutem maxime expetendam, & ante alia omnia; sed post virtutem bona corporis & fortunæ. 43 Aristochius, & Herillus Carthaginensis, fuerunt Zenonis Cynici auditores, qui, ut & Pyrrho, discrimen veri & falsi, boni & mali sustulerunt, paria esse omnia putantes. 44 quasi pulsatione manuum ejecta & exclusa. 45 possent jure.

jam pridem 44 explosa sententia est: qui tamen 45 haberent jus suum disputandi de officio, si 46 rerum aliquam delectum reliquissent, ut ad 47 officii inventionem aditus esset. Sequemur igitur 48 hoc quidem tempore, & hac in quaestione, 49 potissimum Stoicos; non ut 50 interpretes; sed, ut solemus, e fontibus eorum, 51 iudicio arbitrioque nostro, quantum, 52 quoquo modo videbitur, ritemus.

PLACET igitur, quoniam omnis 53 disputatio de officio futura est, 54 ante definire, quid sit officium: quod a 55 Panætio prætermisum esse 56 miror. Omnis enim, quæ 57 a ratione suscipitur de aliqua re 58 institutio, debet a definitione 59 proficisci, ut intelligatur, quid sit id, de quo disputetur.

## C A P. III.

## A R G U M E N T U M.

*Hic apparet Tractatio ipsa de Officiis, quam, præmissa vocabuli distinctione, a definitione Cicero inchoat. Ea allata, non triplicem juxta Panætium, sed quintuplicem esse rationem astruit, quorsum universæ vitæ consultationes respiciunt: quibus enumeratis trium horum librorum argumenta subjungit, & in primo de Honesto; in secundo de Utili, sed utrobique dupliciter; in tertio vero de comparatione utriusque se acturum promittit.*

## OMNIS

jure suo disputare. 46 si posuissent aliquam differentiam in rebus agendis, ut aliquid agendum esset, tanquam honestum; aliquid vero fugiendum, tanquam turpe. 47 officium non potest inveniri & constitui, nisi honesta discernantur a turpibus. 48 germanum Stoicum non fuisse Cicero-nem, hæc verba declarant; innuit enim, se alio tempore & alia in quaestione Stoicorum doctrinæ addictum esse nolle. 49 maxime: quia non relinquit disciplinam Peripateticorum & Academicorum: sed id accipit ubique, quod convenit materiæ, de qua scribit. 50 ut latine expri-

matur, quidquid illi græce scripserunt. 51 judicabo tanquam arbiter de opinionibus Stoicorum, eligendo, quod melius & probabilius videtur. 52 addendo, minuendo. 53 subtilis inquisitio. 54 Ut omnis tollatur ambiguitas, explicandum est, quid sit officium. 55 Stoico, clari nominis Philosopho, quem in hac potissimum quaestione sequebatur Cicero. 56 miti verbo utitur, de magistro loquens. 57 si modo rationem sequi volumus in disputando. 58 Disputatio: nam disputatio docet & instituit. 59 initium sumere.



**O**MNIS de officio 1 duplex est quæstio. 2 Unum genus est, quod pertinet ad finem bonorum: 3 alterum, quod positum est in præceptis, quibus in omnes partes 4 usus vitæ conformari 5 possit. Superioris generis huiusmodi exempla sunt: omniane officia 6 perfecta sint: num 7 quod officium aliud majus sit: & quæ sunt generis ejusdem. Quorum autem officiorum præcepta traduntur, ea quamquam pertinent ad finem bonorum, tamen id minus apparet, quia magis ad institutionem vitæ communis spectare videntur: de quibus est nobis his libris explicandum. Atque etiam alia 8 divisio est officii: nam & medium quoddam officium dicitur, & perfectum. 9 Perfectum officium rectum (opinor) vochemus, quod Græci κατ' ὀρθότητα: hoc autem 10 commune κατ' ἴκον 11 vocant. Atque ea sic definiunt, ut rectum quod sit, id perfectum officium esse definiant; 12 medium autem officium id esse dicant, quod cur factum sit, ratio probabilis reddi possit.

**T**RIPLEX igitur est, ut Panætio videtur, consilii capiendi 13 deliberatio. Nam honestumne factu sit an turpe dubitant, id 14 quod in deliberationem cadit, in quo 15 considerando sæpe animi in contrarias sententias 16 distrahuntur. Tum autem aut 17 anquirunt, aut  
con-

1 In hac divisione continetur ipsa definitio. 2 quod Stoici vocabant δογματικὸν, ad constitutionem summi boni pertinens. 3 quod appellabant ἀστυβητικὸν, in quo περικαῖος docetur, quid patriæ, quid parentibus, quid liberis, quid amicis præstare debeamus. 4 exercitatio & modus vivendi. 5 perperam aliæ editiones, confirmari. 6 id est, eo & iudicio, & voluntate suscepta, & ad exitum perducta, ut nulla ignorantia nubecula, nulla pravæ cupiditatis labe admista contaminentur, ut ad veram scopum, citra ulla ambages, contendatur, nec usquam ab eo deerretur. 7 Hæc quæstio ex altera pendet, si enim non omnia officia perfecta sunt: aliud officium alio esse majus aut minus satis apparet. 8 e qua item oritur alia definitio: quamquam idem dicit Cicero, quod in superiori, aliis saltem nomi-

nibus officium appellans. 9 officium perfectum, quod vir sapiens facit. 10 officium medium, quod facere potest is, qui perfecte sapiens non est. Nam Stoici eum sapientem vocant, qui nunquam fuit, neque esse poterit, vel futurus non est. 11 vocant, Græci nimirum. Vide Grævium, qui rationem reddit, cur quod expunxerit. 12 medius latinis est mediocris. 13 prius inquirimus: inde consultamus: postea eligimus. 14 de quo homines solent consultare & deliberare. 15 diligenter inspiciendo, quid sit honestum aut turpe. 16 distrahi est in varias sententias: & occupationes trahi: & maxime refertur ad animum. 17 anquirere, proprie est circumquærere, ut Festus scribit, a quo, inquirere, quod alii habent libri, diversum est: qui igitur circumquaque omnia scrutans quærit, is anquirere latine & Ciceroniane dicitur.

18 uti-

consultant, ad vitæ 18 commoditatem 19 jucunditatemque, ad facultates rerum atque copias, ad opes, ad potentiam, quibus & se possint juvare, & suos: 20 con-ducatur id, nec ne, de quo deliberant: quæ deliberatio omnis in 21 rationem utilitatis 22 cadit. Tertium dubitandi genus est cum pugnare videtur cum honesto id, quod 23 videtur esse utile. Cum enim utilitas ad se 24 rapere, honestas contra 25 revocare ad se videtur, fit, ut distrahatur deliberando animus, afferatque 26 ancipitem curam cogitandi. Hac divisione, (cum præterire aliquid maximum vitium in dividendo sit) duo prætermissa sunt, nec enim solum, utrum honestum, an turpe sit, deliberari solet, sed etiam, duobus propositis honestis, utrum honestius: itemque, duobus propositis utilibus, utrum utilius. Ita, quam ille triplicem putavit esse 27 rationem, in quinque partes distribui debere reperitur. 28 Primum igitur est de honesto, sed dupliciter: tum pari ratione de utili: post de comparatione eorum differendum.

## C A P. IV.

## A R G U M E N T U M.

*Antequam ad disputationem de Honesto accedit, naturæ humanæ vim investigat, & primo homines cum beluis in quibusdam convenire, in nonnullis ab iisdem differre ostendit: postea naturaliter nobis omnium virtutum simulacra subministrari monstrat.*

**P**RINCIPIO generi animantium 1 omni est a natura 2 tribuntur, ut se, vitam, corpusque 3 tueatur,

18 utilitatem, lucra. 19 oblationem animi, ut, eligere theatra, celebrare ludos, &c. 20 utile sit. 21 observandum hoc loquendi genus, ratio cum genitivo. 22 venit: continet utilitatem, de qua consultatur. 23 hominibus leviter eruditis, populariterque & sentientibus & loquentibus. 24 per vim & quodam appetitu. 25 ducere, alligere, persuadere. Revocare autem dixit, ut ostendat hominem naturam esse honestati conjunctum,

a qua interdum abstrahitur specie utilitatis, & illecebris voluptatis. 26 lubricam, dubiam & variam, Ovidius. *Aliudque cupido, Mens aliud suadet, Video meliora, proboque, Deteriora sequor.* 27 modum consilii capiendi. 28 His verbis argumentum horum trium librorum persequitur.

1. Tam rationalium, quam irrationalium. 2 concessum liberalitate quadam naturæ, communis parentis. 3 sustentet, ac quovis modo salutem suam conservet.

atur, 4 declinetque ea, quæ nocitura videantur, omniaque, quæcunque ad vivendum sunt necessaria, anquirat, & 5 paret; ut 6 pastum, ut 7 latibula, ut alia ejusdem generis. Commune autem animantium omnium est, 8 conjunctionis appetitus, procreandi causa, & cura quædam eorum, quæ procreata sunt. Sed inter hominem & beluam hoc maxime interest, quod hæc tantum, quantum sensu movetur, ad id solum, quod adest, quodque præsens est, se accommodat, 9 paullulum admodum sentiens præteritum, aut futurum: homo autem, quod rationis est particeps, per quam consequentia cernit, causas rerum videt, earumque 10 progressus, & quasi antecessiones non ignorat, similitudines comparat, rebusque præsentibus adjungit, atque annectit futuras: facile totius vitæ 11 cursum videt, ad eamque 12 degendam præparat res necessarias. Eademque natura 13 vi rationis hominem conciliat homini & ad 14 orationis, & ad vitæ societatem: 15 ingeneratque imprimis 16 præcipuum quemdam amorem in eos, qui procreati sunt: impellitque, ut hominum cœtus & 17 celebrationes esse, & se obiri velit: ob easque causas studeat parare ea, quæ 18 suppeditent & ad 19 cultum & ad victum: nec 20 sibi soli, sed conjugii, liberis, cæterisque, quos caros habeat, tuerique debeat. Quæ cura 21 exfuscat etiam animos, & majores ad rem gerendam facit. Imprimisque hominis est propria 22 veri inquisitio, atque investigatio. Itaque, cum sumus neces-

vet: 4 vitet & fugiat: declinare proprie est motu corporis & gestu aliquid vitare. 5 acquirat. 6 cibum dixit, non potum, quoniam satis est aqua, quæ passim fluit, ad potum. 7 latebras, in quibus lateat, declinans aliquod detrimentum. 8 copulationis. Nam istud jus, inquit Justinianus, non solum humani generis proprium est, sed omnium animalium, quæ in celo, quæ in mari, quæ in terra nascuntur, a quo descendunt matrimonia, liberorum procreationes, educationes. 9 quia non habet perfectam memoriam & reminiscentiam, ut homo. 10 Progressus hic dicit, quæ præcedentibus appellat consequentia, uti antecessiones, quas causa rerum dixit, quæ solent rem ante-

cedere. Nimirum aliis vocabulis, ut sæpe solet, eandem rem explicat. 11 animo & prudentia complectitur omnem vitæ consequentis statum. 12 sustentandam cum ratione. 13 potentia intellectus. 14 colloqui: ad sermonem conferendum & simul vivendum. 15 in ipsa generatione inserit. 16 maximum & singularem. 17 Cicero vult, hominem a ratione impelli, ut velit cœtus & concilia, tum inter ipsos homines celebrari ac frequentari, tum ab unoquoque nostrum non negligi, sed obiri. 18 abunde sufficient. 19 ornatum corporis. 20 quoniam impellimur a natura, ut prodesse velimus quam plurimis. 21 a somno ignaviæ. 22 Metaphora, a venatoribus, qui e vestigiis lu-

stra

cessariis negotiis, curisque vacui, tum avemus aliquid  
 23 videre, audire, 24 addiscere: cognitionemque rerum  
 aut occultarum, aut admirabilium, ad beate viven-  
 dum necessariam 25 ducimus: ex quo intelligitur, quod  
 26 verum, simplex, sincerumque sit, id esse 27 naturæ  
 hominis aptissimum. Huic 28 veri videndi cupiditati  
 adjuncta est 29 appetitio quædam principatus, ut nemi-  
 ni parere animus 30 bene a natura informatus velit, nisi  
 31 præcipienti, aut docenti, aut 32 utilitatis causa ju-  
 ste & legitime imperanti, ex quo 33 animi magnitudo  
 34 existit, humanarumque rerum contemptio. Nec ve-  
 ro illa parva vis naturæ est, 35 rationisque, quod unum  
 36 hoc animal sentit, 37 quid sit ordo, quid sit quod  
 deceat in factis, dictisque, qui 38 modus. Itaque eo-  
 rum ipsorum, quæ ad spectu 39 sentiuntur, nullum aliud  
 animal pulchritudinem, venustatem, convenientiam  
 partium sentit. Quam similitudinem natura, ratioque  
 ab oculis ad 40 animum transferens, multo etiam ma-  
 gis pulchritudinem, constantiam, ordinem in consiliis,  
 factisque conservandum putat, cavetque, ne quid 41 in-  
 decore, 42 effeminateve faciat: tum in omnibus & opi-  
 nionibus, & factis, ne quid 43 libidinosè aut faciat, aut  
 44 cogitet. Quibus ex rebus conflatur, & efficitur id,  
 quod

stra ferarum indagant. 23 ut posse  
 cognoscamus & sciamus: quoniam  
 nihil potest esse in intellectu, quin  
 prius sit in sensu. 24 discimus  
 rem prius incognitam: addisci-  
 mus, cum aliquid addimus: edi-  
 scimus, cum memoriæ manda-  
 mus. 25 existimamus. 26 fidele,  
 purum, constans, & sine vitio.  
 Hinc veri sermo dicitur simplex  
 & infucatus. 27 Natura enim  
 omnes homines scire desiderant.  
 De qua cupiditate vide pluribus  
 disputantem Ciceronem V. de fi-  
 nibus 18. 28 videndi veritatem,  
 & cognoscendi omnia & singula.  
 29 ut primus in civitate sit:  
 quemadmodum Cæsar in parvu-  
 lo oppidulo primus, quam Ro-  
 mæ secundus, esse malebat. 30  
 qui principia naturæ habet &  
 ipsis utitur. 31 Exemplo sit Eu-  
 menes apud Justinum XIV. 3.  
 32 qui legitime magistratus est  
 constitutus: ad discrimen tyran-  
 norum. 33 fortitudo & magna-  
 nimitas. 34 emergit, apparet.  
 35 intellectus, qui pulchritudi-  
 nem ordinis, decoris, & modestiæ  
 metitur & sentit. 36 homo qui  
 est divinum animal, & cui prin-  
 cipatus inter omnia animalia tri-  
 buitur. 37 Homo solus inter omnia  
 animalia novit judicatque, quid  
 in omni actione sermoneve sit  
 observandum, quod deceat. 38  
 Horatius: *Est modus in rebus,  
 sunt certi denique fines, quos ul-  
 tra citraque nequit consistere re-  
 ctum.* 39 Cum oculorum sensu  
 bruta quoque utantur, ordinem  
 tamen in sensibilibus non agno-  
 scunt. 40 ad mentem & poten-  
 tiam naturalem animi. 41 con-  
 tra modestiam, sive temperan-  
 tiam. 42 molliter: mulierum  
 more. 43 exclusa ratione. 44 *Nam  
 scelus intra se tacitum qui cogi-  
 tat ullum, Facti crimen habet.*  
 Juvenalis.

45 etia

quod quærimus, honestum: quod etiamsi nobilitatem non sit, tamen honestum sit: quodque vere dicimus, etiamsi a nullo laudetur, 45 natura esse laudabile.

## CAP. V.

## ARGUMENTUM.

Nunc ipsam de Honesto aggreditur doctrinam, & quatuor ejus in universum sive fontes sive partes recenset, quas non ipsas quidem nominatim, sed elegantissimis luculentissimisque circumscriptionibus exprimit, & officiorum, obceptorumque respectu inter se distinguit. Sunt autem illæ Prudentia, Justitia, Fortitudo, & Temperantia.

**F**ORMAM 1 quidem ipsam, Marce fili, & 2 tamquam faciem honesti 3 vides: quæ si oculis cerne- retur, mirabiles amores, ut ait 4 Plato, excitaret 5 sapientiæ. Sed omne, quod honestum est, id 6 quatuor partium oritur ex aliqua: aut enim in 7 perspicientia veri, 8 solertiaque versatur; aut in hominum societate 9 tuenda, tribuendoque suum cuique, & rerum 10 contractarum fide; aut in animi 11 excelsi, atque invicti magnitudine, & 12 robore: aut in omnium, quæ 13 fiunt, quæque dicuntur, ordine, & modo, in quo inest modestia, temperantia. Quæ quatuor quamquam inter se 14 colligata atque implicita sunt, tamen ex singulis 15 certa officiorum genera nascuntur; velut ex ea parte, quæ

45 et si notum non sit & prædicetur a nemine.

1 Forma honestatis quatuor virtutibus continetur. 2 Honestum proprie non habet faciem, quippe quæ ad corpus refertur. 3 animo concipis. 4 in Phædro, cujus verba Cicero II. de Finibus interpretatur. 5 philosophiæ. Fons enim, unde manat sapientia, honestum est. 6 prudentia, justitia, fortitudine, & temperantia. 7 integra cognitione. 8 est ingenitum acumen & naturalis prudentia. 9 defendenda, sustentandam opibus & opera. 10 ven-

ditionum, emtionum, promissionum, cæterorum contractuum: & fides est fundamentum justitiæ. 11 elati, & omnia tamquam inferiora spernentis, quod est proprium magnanimi. 12 fortitudine, quæ dolore aut aliqua alia calamitate non frangitur. 13 nam in factis & dictis servandus est modus. 14 Est hoc Stoicorum dogma, virtutes ita esse connexas, ut qui unam habet, omnes habeat, quod Aristotelici negant. 15 propria cujusque virtutis: quoniam pertinere dicuntur ad unam potius, quam ad aliam.

16 non

quæ prima 16 descripta est in qua 17 sapientiam & prudentiam ponimus, inest 18 indagatio, atque inventio veri: ejusque virtutis hoc 19 munus est 20 proprium. Ut enim quisque maxime 21 perspicit, quid in re quaque verissimum sit, quique 22 acutissime, & 23 celerrime potest & 24 videre, & explicare rationem; is prudentissimus, & sapientissimus 25 rite haberi solet. Quocirca huic, quasi materia, quam 26 tractet, & in qua versetur, 27 subjecta est veritas. Reliquis autem 28 tribus virtutibus necessitates 29 propositæ sunt ad eas 30 res parandas, 31 tuendasque, quibus 32 actio vitæ continetur: ut & 33 societas hominum, conjunctioque fervetur: & 34 animi excellentia, magnitudoque cum in augendis opibus, utilitatibusque & sibi, 35 & suis comparandis, tum multo magis in his ipsis despiciendis 36 eluceat. 37 Ordo autem, & 38 constantia, & moderatio, & ea, quæ sunt his similia, 39 versantur 40 in eo genere, ad quod 41 adhibenda est actio quædam, non solum mentis 42 agitatio: his enim rebus, quæ tractantur in vita, 43 modum quendam & ordinem adhibentes, honestatem & 44 decus conservabimus.

## CAP.

16 non, ut vulgo accipitur, definita, sed collocata, & ordinata primo loco. 17 Sapientia & prudentia hic eadem est virtus, & sæpe alias Ciceroni, & Platoni, aliisque. 18 inquisitio. 19 officium ut inquirat verum. 20 peculiare. 21 recte videt. Talis erat Themistocles, qui, teste Cornelio Nepote, *celeriter, quæ opus erat, reperiebat* &c. vide locum. 22 quantum ad ingenii acumen, & solertiam atque inventionem. 23 quantum ad consilium, & bonam illico consultationem & rectam deliberationem. 24 animo, mente, & oculo. 25 recte. 26 exerceat & colat. 27 quæ animæ tantum oculis cernitur, ut ait Plato. 28 justitiæ, fortitudini, & temperantiæ. 29 tanquam munus ipsarum. 30 acquirendas cum labore ac diligenti opera. 31 con-

servandas: quoniam non minus est virtus, quam querere, partem tueri. 32 exercitatio, & omnis actus humanæ vitæ degendæ. 33 justitiæ munus. 34 fortitudinis hæ partes sunt. 35 quoniam non solum nobis nati sumus. 36 appareat, & magis laudetur in opibus spernendis, quam comparandis. 37 hunc ponit quasi materiam temperantiæ. Ordo enim est compositio rerum aptis & accommodatis locis. 38 perseverantia in honestis actionibus. 39 Consistunt. 40 in ea parte vitæ humanæ. 41 ut scilicet honeste aliquid cogitemus, & opera atque exercitatione honesta agamus. 42 cogitatio, contemplatio, consideratio. 43 modestiam & moderationem quandam. 44 ipsum decorum, quod ab honesto non potest separari.

## C A P V I.

## A R G U M E N T U M.

*Separatim jam de singulis Honesti partibus, & primo omnium de Prudentia, ejusque objecto & officiis agit, eaque mentione vitiorum, quibus opponuntur, maxime conspicua facit: mox artes, in quibus operæ pretium sit elaborare, itemque exempla quædam Romanorum artificum addit.*

**E**X quatuor autem locis, in quos honesti i naturam. 2 vimque divisimus, 3 primus ille, qui in veri cognitione consistit, 4 maxime 5 naturam attingit humanam. Omnes enim 6 trahimur, & 7 ducimur ad 8 cognitionis, & scientiæ cupiditatem, in qua 9 excellere pulchrum putamus: 10 labi autem, 11 errare, 12 nescire, 13 decipi, & 14 malum, & turpe ducimus. In hoc genere & 15 naturali, & 16 honesto, duo vitia vitanda sunt: 17 unum, ne incognita pro cognitis habeamus, hisque 18 temere assentiamus: quod vitium effugere qui volet, ( omnes 19 autem velle debent ) adhibebit ad considerandas res & tempus, & 20 diligentiam. Alterum est vitium, quod quidam nimis magnum studium, multamque 21 operam in res obscuras atque difficiles conferunt, easque non necessarias, quibus vitiis declinat, quod in rebus honestis, & cognitione dignis operæ curæque ponetur, id jure laudabitur: ut in astrologia 22

C. Sul-

1 Proprietatem. 2 potentiam. 3 prudentia & sapientia. 4 inprimis convenit naturæ hominis. 5 quæ potissimum in excellentia mentis est posita. 6 quasi vi, etiam inviti. 7 Sponte, certa ratione & via allesti. Natura enim nos cogit, cognitionis vero suavitas maxime delectat. 8 vide Senecam de otio sapientis Cap. 32. 9 excellentiorem esse ac præstantiorem aliis. 10 longius in errorem progredi. 11 falsum pro vero sibi proponere. 12 non didicisse: & causas rerum ignorare. 13 ab aliquo versuto & callido. 14 ut ad damnum accedat insania. 15 quoniam a natura impellimur ad rerum cognitionem. 16 Honestum quippe est scire, turpe vero, ignorare. 17 primum. 18 nullo adhibito iudicio. 19 quoniam levitas est & temeritas assentiri incognitis. 20 quod maxime efficitur per Dialecticam & Rhetoricam. 21 exercitationem & laborem. 22 Cajus Sulpitius primus Romanorum defectus solis & lunæ rationem in vulgus efferre ausus est; & in bello Macedonico exercitum Romanum magna animi molestia & sollicitudine liberavit, pridie quam

C. Sulpicium audivimus : in geometria 23 Sex. Pompejum ipsi cognovimus : multos in dialectica , plures in jure civili , quæ omnes artes in 24 veri investigatione versantur : cujus studio a rebus gerundis abduci , contra officium est , 25 virtutis enim laus omnis in actione consistit : a qua tamen sæpe 26 fit intermissio , 27 multique dantur ad studia reditus : tum 28 agitatio mentis , quæ 29 numquam acquiescit , potest nos in studiis 30 cogitationis , etiam sine 31 opera nostra 32 continere . Omnis 33 autem cogitatio , motusque animi [aut in 34 consiliis capiendis de rebus honestis , & pertinentibus ad bene beateque vivendum , aut in 35 studiis scientiæ cognitionisque versatur . Ac de primo quidem officii 36 fonte diximus .

## C A P. VII.

## A R G U M E N T U M .

*Accedit Cicero ad alterum Honesti fontem , Justitiam nempe , tradens ejus primo descriptionem in genere , itemque divisionem in Justitiam specialem , & Beneficentiam : post duo ejus esse munera docet , inserens de divisione rerum , sive de domini acquisitione disputationem : tandemque fidem esse Justitiæ fundamentum asserit . Porro ad contraria Justitiæ descendit auctor , quorum duo recenset genera : alterum positivum , quod fit commissione , seu inferendo injuriam ; privativum alterum , quod fit omissione officii , sive operæ præstari debite : dehinc de causis prioris generis impulsivis differit explicatius .*

De

quam cum Perseo rege pugnaretur. 23 patrum Cn. Pompeji Magni. 24 veri investigandi cupiditate ac studio. 25 tunc enim homo laudatur, cum studiose aliquid agit aut cogitat. 26 homine studioso ad contemplationem revertente. 27 Seneca: *Tamdiu discendum est, quamdiu nescio, & si proverbio credimus, quamdiu vivas.* 28 motus & contemplatio. 29 quæ semper est in motu. 30 alii malunt: *cognitionis*, quod rejicit Manutius, propugnat Grævius, quos consule, si placet. 31 meditatio potest nos etiam sine labore corporis, etsi museo non simus affixi, nec legendo scribendove demus operam, in balneis, in itinere, in lecto, exercere in studiis. 32 *continere* proprie de magistris dicitur, qui exercent adolescentes, 33 Dat nunc præceptum Cicero, docetque, circa quæ debeat versari mentis agitatio. 34 hoc pertinet ad prudentiam. 35 hoc est munus sapientiæ. 36 prudentia, a qua tanquam fonte manant officia.

I Justi-



**D**E 1 tribus autem reliquis latissime patet ea 2 ratio, qua 3 societas hominum inter ipsos, & vitæ quasi 4 communitas continetur, cujus partes duæ sunt: Justitia, in qua 5 virtutis splendor est maximus; ex qua 6 boni viri nominantur: & huic conjuncta 7 beneficentia: quam eandem vel benignitatem, vel liberalitatem appellare licet. Sed justitiæ primum munus est, ut 8 ne cui quis noceat, 9 nisi laceffitus injuria, deinde, ut 10 communibus pro communibus utatur, 11 privatis ut suis. Sunt autem privata nulla 12 natura; sed aut veteri 13 occupatione, ut qui quondam in 14 vacua venerunt: aut 15 victoria, ut qui 16 bello potiti sunt: aut 17 lege, 18 pactione, 19 conditione, 20 forte. Ex 21 quo fit, ut ager 22 Arpinas Arpinatum dicatur, Tusculanus Tusculanorum; 23 similisque est privatarum possessionum 24 descriptio: ex quo, quia 25 suum cujusque fit; eorum, quæ natura fuerant communia, quod cuique 26 ob-

1 Justitia, fortitudine, temperantia. 2 ipsa Justitia, quæ est quædam ratio modusque vivendi ad utilitatem communem. 3 amoris conjunctio & hominum congregatio inter ipsos: vicissim mutuis officiis, ut alter alteri opituletur & adfit. 4 socialis ista vita, quæ hominibus præ cæteris animalibus est propria. 5 in qua plurimum residet virtus: nam præclarissima est omnium virtutum. 6 nam boni & justii convertuntur. 7 *beneficentia* secundum analogiam a *beneficiens* dicitur, & in antiquis libris existat: pro quo vulgo *beneficentia*. 8 Cum enim justitia bonum quiddam sit, & boni ea vis ac natura sit, semper prodesse, nunquam nocere, necessario efficitur, justum nemini nocere. 9 Vim enim vi repellere licet: insidiari autem non licet. 10 Communes res sunt vel omnium hominum, vel rei-publicæ alicujus, vel societatis. Confer Senecam VII. de Benef. c. 12. 11 ne tamen iis abutatur. Interest enim Reipubl. ne sua re quis male utatur. 12 primo ortu: nam natura in medium omnia protulit. 13 ut fuerunt illi priici, quos Cascos appellat Ennius: qui loca communia occupantes

propria fecerunt. 14 prædia non possessa ab aliis, coloniaque carentia. 15 quoniam, ut inquit Justinianus, ea, quæ ex hostibus capimus, jure gentium statim nostra sunt, ut etiam liberi homines in nostram servitutem deducantur. 16 bellum gerentes. Alii legunt cum Lambino: *aut bello, ut qui victoria potiti sunt.* 17 cum lata lege novis colonis agri conceduntur publici. 18 Pactum Ulpiano est duorum pluriumve in idem, placitum & consensus. 19 Conditio est pactio certam legem in se continens, definiente Interprete Terentii in Andria. 20 fortuna: cum prædia sorte jacta dividuntur, & illius sunt, in quem fors ceciderit, ut omnis controversia tollatur. 21 propter hoc, quod ea, quæ quondam communia erant, privata sunt; factum est, ut agris nomina possessiva imponerentur. 22 exemplo utitur familiari: nam Arpini Cicero natus: in Tusculano vero villam habuit magnificam. 23 ejusdem generis, cujus est prima, quæ pertinet ad republicas in genere; ita etiam est de rebus singulorum. 24 definitio & divisio. 25 proprium. 26 aliquo supra dictorum modorum contigit, &

obtigit, id quisque 27 teneat: e quo si quis sibi 28 appetet; violabit jus humanæ societatis. Sed quoniam (ut præclare scriptum est a 29 Platone) non nobis solum nati sumus, ortusque nostri partem 30 patria 31 vindicat, partem amici; atque (ut placet Stoicis) quæ in terris gignuntur, ad usum hominum omnia 32 creari, homines autem hominum 33 causa esse generatos, ut ipsi 34 inter se aliis alii prodesse possent: in hoc 35 naturam debemus ducem sequi, & communes utilitates 36 in medium afferre, 37 mutatione officiorum, dando, accipiendo: tum artibus, tum opera, tum facultatibus 38 devincire hominum inter homines societatem. Fundamentum est autem justitiæ 39 fides, id est, dictorum, 40 conventorumque constantia, & veritas: ex quo, quamquam 41 hoc videbitur fortasse cuiquam durius, tamen audeamus imitari Stoicos, qui 42 studiose exquisunt, unde verba sint ducta: credamusque, quia 43 fiat, quod dictum est, appellatam fidem. Sed injustitiæ duo genera sunt: unum eorum, qui inferunt: alterum eorum, qui ab iis, quibus infertur, si possunt, non propulsant injuriam. Nam qui injuste impetum in quempiam facit, aut ira, aut aliqua perturbatione incitatus, is quasi manus videtur afferre 44 socio: qui autem 45 non defendit, nec obsistit, si potest, injuriæ 46 tam est in vitio, quam si parentes aut amicos, aut patriam de-

se-

& suum factum est. 27 possideat tanquam suum. 28 appetere proprie est amplius petere, demum vehementer velle, atque etiam vi invadere. 29 in epistola ad Architam Tarentinum. 30 quod in multis editionibus additur, *partem parentes*, ab omnibus MSCtis exulat. 31 sibi attribuit, & suam esse dicit. 32 nasci, gigni. 33 ad hominum utilitatem & usum. 34 vicissim mutuis officiis. 35 quæ vult, ut communiter & conjuncte vivamus, 36 in usum communem. 37 Est translatio a mutatione mercium, cum officia tanquã merces mutamus, aliis officia præstando, ut vicissim nobis præstent. 38 obligare & conjungere. 39 justitia sine fide esse non potest. 40 *conventionis* verbum, auctore Ulpiano, generale est ad omnia pertinens, de quibus negotii con-

trahendi causa consentiunt, qui inter se agunt. 41 hæc interpretatio illis, qui eam non probabunt, videbitur duriuscula & violenta. 42 Stoici verborum architecti habebantur; cujusmodi *Log. dedalos* appellat Socrates. 43 Sic quidem Cicero, more Stoicorum, ut suo serviat instituto. Recte autem Salmasius docuit, ex Græco *πίσιον* pro quo Aeoles dixerint *πίτιον* Latinorũ esse *fides*. 44 quoniam homines naturali quadam societate conjuncti sunt. 45 Horat. I. Serm. 4. *Qui non defendit, alio culpante &c. Hic niger est, hunc tu, Romane, caveto*. 46 *vocula tam* non quantitatem, sed qualitatem potius notat. Vult enim Cicero, æque peccare in justitiam, qui injuriam, a quocumque potest, non

pro-

ferat. Atque 47 illæ quidem injuriæ, quæ nocendi causa de 48 industria inferuntur, sæpe 49 a metu proficiscuntur; cum is, qui nocere alteri cogitat, timet, ne, nisi id fecerit, ipse aliquo afficiatur incommodo. Maximam autem partem ad injuriam faciendam 50 aggrediuntur, ut adipiscantur ea, quæ concupiverunt; in quo vitio latissime patet avaritia.

## C A P. VIII.

## A R G U M E N T U M.

*Per παρέμβασιν quandam avaritiæ explicat causas: postea de ambitione, sive cupiditate gloriæ quædam addit, amplificans ejus malum testimonio Ennii, & exemplo C. Ful. Cesaris; primique hujus generis injurias qualitate distinguit.*

**E**XPETUNTUR autem divitiæ, tum 1 ad usus vitæ necessarios, tum ad perfruendas voluptates. In quibus autem major est animus, in his pecuniæ cupiditas spectat ad 2 opes, & ad 3 gratificandi facultatem: ut nuper M. Crassus negabat, ullam satis magnam pecuniam esse ei, qui in republica princeps vellet esse, cujus fructibus 4 exercitum alere non posset. Delectant etiam 5 magnifici apparatus, vitæque 6 cultus cum 7 elegantia, & copia. Quibus rebus effectum est, ut 8 infinita pecuniæ cupiditas esset. Nec vero rei familiaris  
9 am-

propulsat, ac ilium qui parentem aut patriam deserat. 47 ponit causam & originem ipsorum generum injuriæ: primum proficiscitur a metu; secundum ab avaritia. 48 dedita opera & certo consilio. 49 ab aliquo inferuntur, qui timet; vide Grotium L. II. de J. B. & P. c. 1. n. 2. 50 *Divitio nonnulli*, a sciolis adscripta, in bonis libris non extat, estque hic familiarissimus Ciceroni aliisque veteribus dicendi modus, cum de hominibus loquuntur infinite in tertia plurali.

1 ad vitam degendam. 2 opes dicuntur, non divitiæ, sed honores, auctoritates, & potestates

quæ ex divitiis nascuntur. Cicero in Lælio: *Divitiæ, ut utare: opes, ut colare.* 3. ut gratos, obnoxios, devinctos sibi reddere possint. 4 Exercitus populi Romani quatuor legiones erant; in singulis legionibus, extremis rei publicæ temporibus, peditum sex millia, equitum trecenti. Unde patet M. Crassi immensa cupiditas opum, qui tamen in agris suis sestertium decem millia possedit, quod Plinius testatur, idemque non eodem in Crassum, quo Cicero, odio flagrans, dictum ejus ad unam legionem restringit. 5 ampli & sumptuosi. 6 ornatus, 7 affluentia rerum & elegantia

9 amplificatio, 10 nemini nocens, vituperanda: sed fugienda semper injuria est. 11 Maxime autem adducuntur plerique, ut eos justitiæ capiat oblivio, cum in 12 imperiorum, 13 honorum, gloriæve cupiditatem inciderunt. Quod enim est apud 14 Ennium: *Nulla sancta societas, nec fides regni est*: id latius patet: nam quicquid 15 ejusmodi est, in quo non possint plures excellere, in eo plerumque sit tanta contentio, ut difficillimum sit, sanctam servare societatem. Declaravit id 16 modo 17 temeritas C. Cæsaris, qui 18 omnia jura divina & humana pervertit, propter eum, quem sibi ipse 19 opinionis errore 20 finxerat, 21 principatum. Est autem in hoc genere molestum, quod in maximis animis, 22 splendidissimisque ingeniis plerumque existunt honoris, imperii, potentiæ, gloriæ 23 cupiditates. Quo magis cavendum est, ne quid in 24 eo genere peccetur. Sed in omni injustitia permultum interest, utrum 25 perturbatione aliqua animi, quæ plerumque brevis est, & ad tempus; an 26 consulto, & 27 cogitato fiat injuria. 28 Leviora enim sunt, quæ repentino aliquo motu accidunt, quam ea, quæ 29 meditata, & præparata inferuntur. Ac de inferenda quidem injuria satis dictum est.

## CAP.

ti apparatus. 8 infatiabilis. 9 augmentum rei domesticæ, & comparatio pecuniarum ad rem domesticam augendam amplificandamque. 10 quæ non est conjuncta cum alterius injuria. 11 ponit unam causam, propter quam maxime homines impelluntur ad injustitiam, cupiditatem scilicet honorum. 12 ut sint imperatores, & aliis imperare possint. 13 magistratum: nam proprie honores magistratus. 14 Ennius Tragedias scripsit, quæ hodie non existant. 15 hujus generis. 16 paullo ante: nam paucis ante annis Cæsar Rempubl. occupaverat. 17 Hoc verbo significatur temerarium factum C. Cæsaris, qui temere, imprudenter, ac sine consilio ad principatum & dominatum ruit. Alii legunt, tempestas;

quod tamen vocabulum ad rei publ. perturbationes transferri solet. 18 turbavit omne jus & omne fas. 19 quoniam opinabatur, se eo principatu dignum, cum non esset: putabat etiam, se beatum fore oppressa republica, quod secus accidit. 20 in mente sua formaverat. 21 primum in republ. locum. 22 perspicacissimis & excelsis. 23 vehementia desideria. 24 cupiditate honoris, gloriæ, imperii. 25 ira, quæ est ebullitio sanguinis circa præcordia. 26 capto consilio & cura adhibita. 27 injuria, da qua inferenda diu cogitavimus. 28 quoniam in subitis animi motibus non habet locum deliberatio & electio. 29 certo consilio & deliberatione.

## CAP. IX.

## ARGUMENTUM.

*Agit de altero injustitiae genere, & prætermisſe defenſionis cauſas aliquot recitat: inde Philoſophos quosdam reprehendit, ſolam voluptatem ex ſtudiis ſpectantes, & ad rempublicam, ſive communem vitæ ſocietatem nihil conferentes: tandem per repetitionem dictorum ſcopum oſtendit, & conſcientia dubia nihil eſſe agendum ſtatuit.*

**P**RÆTERMITTENDÆ autem defenſionis, deſerendi- que officii plures ſolent eſſe cauſæ: nam aut 1 ini- micitias, aut 2 laborem, aut 3 ſumptus ſuſcipere nolunt: aut etiam negligentia, 4 pigritia, inertia: aut ſuis 5 ſtu- diis quibusdam, 6 occupationibusve ſic impediuntur, ut eos, quos tutari debeant, 7 deſertos eſſe patiantur. Ita- que videndum eſt, ne non ſatis ſit id, quod apud 8 Pla- tonem eſt 9 in Philoſophos dictum: quod in veri investi- gatione verſentur, quodque ea, quæ 10 plerique vehemen- ter expetunt, de quibus inter ſe 11 digladiari ſolent, con- temnant, & 12 pro nihilo ducant, propterea juſtos eſſe. Nam alterum 13 juſtitiaẽ genus aſſequuntur, inferenda ne cui noceat injuria: in 14 alterum incidunt. Diſcendi enim ſtudio impediti, quos tueri debent, deſerunt. Itaque eos ad 15 rempublicam ne acceſſuros quidem putat, niſi coactos. Æquius autem erat id voluntate fieri. Nam hoc ipſum ita juſtum eſt, quod recte fit, ſi 16 eſt volun- tarium. Sunt 17 etiam, qui aut ſtudio 18 rei familiaris

B

tuen-

1 Nolunt ſubire inimicitias eo- rum, qui inferunt injuriam. 2 ſine quo nil confici poteſt. 3 qui admodum neceſſarii ſunt, & in publica re, & in privata. 4 pigri- tia ad corpus, inertia ad ani- mum ſpectat. 5 aut in litteris, aut aliis in rebus: ut varia ſunt hominum ſtudia. 6 rerum ſcil. domesticarum, in quibus obeun- dis occupantur. 7 derelictos & ope deſtitutos. 8 Modeſte diſſen- tit a Platone, Philoſophorum ſententiam in ſexto de republ. comprobante. 9 in laudem Phi- loſophorum. 10 major pars ho-

minum. 11 certare more gladia- torum. 12 exiſtiment, nullius eſſe pretii & momenti. 13 id eſt, eo quod nemini injuriam infe- runt, juſti ſunt. 14 alterum ju- ſtitiaẽ genus non colunt, quoniam eos non defendunt, quos debent, ſtudio ſcil. cognitionis & doctri- næ. 15 ad munera reipubl. ob- eunda. 16 Juſtus enim iſ eſt, qui ſciens, conſilio capto, & conſilio ipſius juſtitiaẽ amore ca- pto, & perpetuo, conſtanterque agat, Ariſtot. 11 ad Nicomach. 4. 17 ponit nunc alios, qui rebus ſuis intenti alios deſerunt. 18 quod lau-

tuendæ, aut odio 19 quodam hominum, suum se negotium agere dicant, ne facere cuiquam 20 videantur injuriam: qui, dum 21 altero injustitiæ genere vacant, in 22 alterum incurrunt: deserunt enim vitæ societatem, quia nihil conferunt in eam 23 studii, nihil 24 operæ, nihil 25 facultatum. Quoniam igitur duobus generibus injustitiæ propositis, adjunximus causas utriusque generis, easque res ante constituimus, quibus justitia continetur; facile, quod 26 cujusque temporis officium sit, poterimus, nisi 27 nosmetipsos valde amabimus, judicare. Est enim difficilis cura rerum alienarum. Quanquam 28 Terentianus ille Chremes humani 29 nihil a se alienum putat. Sed tamen, quia magis ea 30 percipimus, atque 31 sentimus, quæ nobis ipsis aut prospera, aut adversa eveniunt, quam illa, quæ cæteris, quæ quasi longo intervallo interjecto videmus, 32 aliter de illis, ac de nobis judicamus. Quocirca bene præcipiunt, qui vetant quidquam agere, 33 quod dubites æquum sit, an ini- quum. Æquitas enim lucet ipsa per se, 34 dubitatio autem cogitationem significat injuriæ.

## C A P. X.

## A R G U M E N T U M.

*Dirigit auctor disputationem ad considerationem circumstantiarum, quæ sepe variant communia de justitiæ officiis præcepta: ubi cur interdum fides servari non possit, do-*

laudabile est, pater enim, procreandis educandisque liberis, reipubl. seminaria parat: seque & suos honesta aliqua arte alit. 19 *ut societatem hominum fugiat atque oderit, qualem Athenis fuisse Timonem nescio quem accepimus.* Cic. in Lælio. 20 cum tamen faciant, quia vitæ societatem deserunt. 21 quoniam nemini nocent. 22 quoniam nihil faciunt pro humana societate tuenda. 23 quantum ad animum. 24 laboris, & diligentia. 25 divitiarum. 26 quacunque temporis conditione. Hanc prudentiam Græci *περιστολῆτικῆν* appellam. 27 nisi nostræ quietis commodorumque studiosi nimis fuerimus, ut laborem molestiamque, aut sumptum alterius causa suscipere nolumus. 28 in Heautontimorumenno. Scribit autem D. Augustinus, cum Romæ in theatro hic versus recitaretur, universum populum reclamasse. 29 putat ad se suamque curam pertinere aliorum hominum curas, molestias, negotia. 30 mente. 31 sensibus exterioribus. 32 minus illis consulere studemus, quam nobis. 33 Seneca: *Quod dubitas, ne feceris.* 34 Si quis enim facit, quod an æquum sit, dubitat, eum apparet ab inferenda injuria non abhorre, cupiditatemque suam justitiæ anteferre.

i tem-

decet : idque Tragica fabula de Theseo & Neptuno illustrat. Deinde callida etiam & malitiosa dictorum interpretatione justitiæ fines transiri ostendit : ejusque rei duo allegat exempla ; pauca quædam de ἐπιβουλῇ, & summo jure intermiscens.

SED incidunt sæpe 1 tempora, cum ea, quæ maxime videntur digna esse justo homine, eoque, quem virum bonum dicimus, 2 commutantur fiuntque contraria : ut, reddere 3 positum, 4 promissum facere, quæque pertinent ad veritatem, & ad fidem, ea migrare interdum, & non servare, sit justum. 5 Referral enim decet ad ea quæ proposui in principio, fundamenta justitiæ : primum, ut ne cui noceatur : deinde ut 6 communi utilitari serviatur. 7 Ea cum tempore commutantur, commutatur officium, & non semper est idem. Potest enim accidere promissum aliquod, & conventum, ut id effici sit inutile, vel ei, cui promissum sit, vel ei, 8 qui promiserit. Nam si, ut in 9 fabulis est, Neptunus, quod Theseo promiserat, non fecisset, Theseus filio Hippolyto non esset orbatus. Ex tribus enim optatis, ut scribitur, hoc erat tertium, quod de Hippolyti interitu 10 iratus optavit, quo impetrato, in maximos luctus incidit. Nec promissa igitur servanda sunt ea, quæ sint iis, quibus promiseris, inutilia : nec, si plus tibi noceant, quam illi profint, cui promiseris. Contra officium est, majus 11 non anteponi minori : ut, si constitueris te cuipiam advocatum 12 in rem præsentem esse venturum, atque interim graviter ægrotare filius cœperit, non sit contra officium, non facere quod dixeris ; magisque ille, cui promissum sit, ab officio discedat, si se destitutum queratur. Jam illis promissis 13 standum

B 2

non

1 temporis condiciones. 2 aliter se habent, & fiunt contra officium propter aliquam circumstantiam. 3 pecuniam depositam ad amicum. 4 quæ hic in aliis inseruntur verba, etiam ne furioso, Langius, Lambinus, & plures expungunt, quos Grævius sequitur. 5 mutare, secedere, transgredi, modesta significatione. 6 ut omnia fiant communis utilitatis causa. 7 Grævius mavult ea expungere, quia referenda sunt ad fundamenta justitiæ, quæ tamen nunquam mutantur;

& legere : Cum tempora commutantur. 8 si ipsi plus nocet, quam ei prodest, cui promiserat. 9 vide Euripidem, Ovidium &c. Meursique de Theseo librum cap. 1. 10 putans verum esse, Hippolytum filium petiisse concubitum Phædræ uxoris. 11 damnum, quod pro non legitur in plerisque editionibus, nullius est sensus. 12 in judicium. Proprie dicitur, cum iudex seu arbiter in locum, de quo controversia est, venit. 13 illa promissa non esse servanda.

14 per

non esse, quis non videt, quæ coactus quis metu, aut deceptus dolo, promiserit? quæ quidem pleraque 14 jure prætorio liberantur, nonnulla 15 legibus. Existunt 16 etiam sæpe injuriæ 17 calumnia quadam, & nimis callida, sed malitiosa juris interpretatione: ex quo illud, 18 *SVMVM JVS, SVMMA INJVRIA*, factum est jam tritum sermone proverbium, quo 19 in genere etiam in 20 republica multa peccantur: ut ille qui, cum 21 triginta dierum essent cum hoste pactæ induciæ, noctu populabatur agros, quod dierum essent pactæ, non noctium induciæ. Nec 22 noster quidem probandus, si verum est, Q. Fabium 23 Labeonem, seu quem alium, (nihil enim præter 24 auditum habeo) 25 arbitrum Nolanis, & Neapolitanis 26 de finibus a Senatu datum, cum ad locum venisset, cum utrisque separatim locutum, ne 27 cupide quid agerent, ne 28 appetenter; atque ut 29 regredi, quam progredi mallent. Id cum utrique fecissent, aliquantum agri in medio relictum est. Itaque illorum fines sicut ipsi 30 dixerant terminavit: in medio relictum quod erat, populo Romano adjudicavit. 31 Decipere hoc quidem est, non judicare, quocirca in omni re fugienda est talis 32 solertia.

## CAP.

14 per prætores in integrum restituantur. Jus prætorium & leges opponuntur. Leges enim proprie Romanis dicebantur, quæ suffragiis populi ferebantur. Jus autem prætorium ex dictis prætorum constabat, quæ quilibet eorum, cum iniret magistratum, proponebat. 15 Lege XII. tabularum, Lætoris & Aquilia. Vide Ciceronem lib. 3. de nat. Deorum, & infra lib. 3. hujus operis, cap. 15. 16 emergunt, apparent. 17 calumnia hic accipitur pro quadam juris subtili fraudulenta & iniqua interpretatione: alias est falsa accusatio. 18 Terentius in Heautontimorumenno: *Summum jus summa malitia*. 19 in malitiosa juris interpretatione & calliditate. 20 in his, quæ pertinent ad rem publicam. 21 Ephorus apud Strabonem lib. IX. Thracum commentum dicit adversus Bœotos, 22 Romanus & Italus. 23 Labeones dicuntur a labiorum magnitudine. 24 de hoc nihil legi & nihil scio. 25 qui deberet dijudicare de finibus agrorum. 26 in quibusdam editis est, *de finibus agri*: sed potius sequimur libros veteres, in quibus, *de finibus* absque genitivo legitur. 27 avide atque avare. 28 vulgo *insulse* legitur: *nec appetent*. 29 intra suos fines redire, quam progredi in alienos. 30 lege potius cum Pithœano, *sicut ipsi discesserant*, nimirum, quo utrique recesserunt. 31 nam fraus & deceptio fuit illa, non judicium. 32 tale acumen & malitia.

i quan-



## C A P. XI.

## A R G U M E N T U M.

*Adjicit Cicero nonnulla de modo vindictæ erga eos, a quibus quis læsus est, ne metas justitiæ excedat. Missa sic vindicta privata, ad publicam, quam geminam facit, progreditur: & in posteriore, quæ bello exercetur, modum quoque ultionis esse servandum monet, docens primum, quid parta victoria agendum sit tam cum devictis, iisque vel non immanibus, vel crudelibus, quam cum his, qui positis armis sese dediderunt ipsi: postea de jure & modo indicendi belli, & de æquitate gerendi, pugnandique ratione apud Romanos differit, idque explicat rursus exemplis suæ Reipublicæ.*

**S**UNT autem quædam officia etiam adversus eos servanda a quibus injuriam acceperis, est enim 1 ulciscendi, & 2 puniendi 3 modus: atque 4 haud scio, an satis sit, eum qui lacefferit, injuriæ suæ pœnitere, ut ipse ne quid tale post hac, 5 & cæteri sint ad injuriam tardiores. Atque in republica maxime conservanda sunt 6 jura belli. Nam cum sint duo genera decertandi; unum per 7 disceptationem, alterum per 8 vim: cumque illud proprium sit hominis, hoc belluarum: 9 confugiendum est ad posterius, si uti non licet superiore. Quare suscipienda quidem bella sunt 10 ob eam causam, 11 ut sine injuria in pace vivatur. Parta autem victoria, conservandi ii, qui non crudeles in bello, non 12 immanes fuerunt: ut majores nostri 13 Tusculanos, 14 Æquos,

B 3

Vol-

1 quantum ad privatum hominem. 2 quantum ad publicas Leges. 3 mensura quædam & ratio: non debemus mensuram excedere in puniendo. 4 parum abest, quin existimem satis esse. 5 Verbum *committas*, quod hic ante legebatur in bonis libris, deest. Sunt enim utiles in præceptis præcisæ orationes, & per se sine verbo, sententia constat. 6 esse quædam belli jura, quæ ut facere, ita pati sit fas. Livius 31. 10. 7. contentionem verbo-

rum. 8 armis, cum verba non sufficiunt. 9 disceptatione uti non possumus cum hoste, sed opus est certare armis, & vi hostes reprimere. 10 ad eum finem, qui semper expectandus est in omnibus actionibus. 11 Bellum enim pacis causa suscipitur, ut pax sit segura & sine injuria. 12 immanes dicuntur, in quibus nulla est bonitas, sed natura & ingenium ferinum ab omni humanitate alienum. 13 Tusculani donati civitate sunt

An-

Volscos, 15 Sabinos, 16 Hernicos in civitatem etiam acceperunt: at 17 Carthaginem, & 18 Numantiam funditus sustulerunt. Nollem 19 Corinthum: sed 20 credo aliquid secutos, 21 opportunitatem loci maxime, ut posset aliquando 22 ad bellum faciendum 23 locus ipse adhortari. 24 Mea quidem sententia, 25 paci, que nihil habitura sit insidiarum, semper est 26 consulendum. In quo si 27 mihi esset obtemperatum, etsi non 28 optimam, at 29 aliquam rempublicam, quæ nunc nulla est, haberemus. Et cum iis, quos deviceris consulendum est: tum ii, qui, armis positis, ad imperatorum fidem confugiunt, quamvis murum 30 aries percusserit, recipiendi sunt. In quo 31 tantopere apud nostros justitia culta est, ut 32 ii, qui civitates aut nationes devictas bello in fidem recepissent, earum 33 patroni essent, more majorum. Ac belli quidem æquitas sanctissime 34 feciali populi Romani jure perscripta est. Ex quo intelligi potest, nullum bellum esse justum, nisi quod aut 35 rebus repetitis geratur, aut 36 denunciatum ante sit, & 37 indictum.

38 Po-

Anno urbis conditæ CCCLXXV. 34 Aequos & Volscos in civitatem receptos nusquam legi dicit Manutius. 15 Sabini, Romanis juncti, unam civitatem ex duabus fecerunt, & omnia sua Romam transtulerunt. 16 Hernici a Q. Marcio in deditionem accepti A. V. C. CCCXLIX. 17 Utramque Scipio Æmilianus evertit. 18 urbem Celtiberorum in Hispania. 19 ægre fert Cicero, eversam fuisse Corinthum, propter bonas artes, quæ illic vigeant. 20 excusat Cicero majores, qui, ut Corinthum excinderent, non crudelitate sint adducti, sed aliam aliquam rationem, & maxime opportunitatem loci. 21 commoditatem. Græciæ compedes propter Isthmum Philippus junior dixit. 22 ad movenda arma Romanis. 23 qui erat natura munitus. 24 ut mea fert opinio. 25 Plato inane esse pacis nomen in terris dicit. 26 providendum. 27 a Pompejo & Cæsare: nam Cicero utrique pacis auctor fuit. 28 non integræ dignitatis liber-

tatisque. 29 aliquem statum reipublicæ, quæ nunc penitus corruit. 30 dicit Cicero ex militari lege, quæ, ubi mœnia quati ariete cœperunt, oppidani in deditionem fidemque non recipiebantur. Arietem invenere prius Carthaginenses, eratque instrumentum bellicum, quo januæ quatiuntur & muri. 31 tam juste se gesserunt nostri. 32 consules, imperatores & duces exercitus. 33 ut Siculorum Marcelli, Allobrogum Fabii: id est, eos & in Senatu, & in judiciis defenderent, eorumque curam haberent. 34 Romani veteres non nisi consulto collegio fecialium ad id instituto bella suscipiebant, & vetantibus fecialibus, nulli fas erat arma capere. Hoc nomine jus feciale comprehendebat non tantum indicationem ex jure domini, sed & persequutionem ejus, quod ex causa civili aut criminis debetur. 35 Hanc rerum repetitionem dictam esse *clarigationem*, testis est Plinius lib. XXII. cap. 2. 36 sine aliqua solennitate, 37 solenni-

38 Popillius imperator tenebat provinciam : in cujus exercitu Catonis filius tiro militabat . Cum autem Popillio videretur 39 unam dimittere legionem , Catonis quoque filium , qui in eadem legione militabat , dimisit . Sed cum amore pugnandi in exercitu remansisset , Cato ad Popillum scripsit , ut , si eum pateretur in exercitu remanere , 40 secundo eum obligaret militiae sacramento : quia , priore 41 amisso , jure cum hostibus pugnare non poterat . Adeo summa erat 42 observatio in bello movendo . Marci quidem Catonis 43 senis est 44 epistola ad Marcum filium , in qua scripsit , se audisse , eum missum factum esse a Consule , cum in Macedonia bello 45 Persico miles esset . Monet igitur , ut caveat , ne praelium ineat : negat enim 46 jus esse , qui 47 miles non sit , pugnare cum hoste .

## C A P. XII.

## A R G U M E N T U M .

*Novum aequitatis Romani populi in bello argumentum adducit , ab appellatione adversae partis molliori & leniori : cui subjicit praecipuum de officio bellico , & modo clementiae , quae suratur ex consideratione causae impulsivae suscepti belli : siquidem aliter contendendum cum cive , eoque vel inimico , vel competitore ; aliter cum peregrinis , quos partim vituperat , ut Pœnos & Hannibalem ; partim laudat , ut Pyrrhum , cujus magnificam vocem versibus Ennianis refert .*

**E**QUIDEM illud etiam 1 animadverto , quod qui proprio nomine 2 perduellis esset , is 3 hostis vo-

B 4

ca-

mitate quadam , & ritu feccialium in bello indicendo ; nempe legatis violatis , vel aliqua alia justa de causa . 38 M. Popillius Lænas Liguriam Cos. obtinuit , biennio ante , quam ad bellum Macedonicum secundum P. Æmilius ivit , quo bello adolescens Cato militavit , ut Plutarchus etiam refert . Duas igitur historias Cicero recenset ac confundit , pene ejusdem tenoris . 39 quoniam eam alere non posset . 40 iterum juramento ipsum adstringeret . 41 juramento . Cujus vide apud A. Gellium lib. XVI.

cap. 4. 42 observatio legum , consuetudinum & disciplinae veteris in bello . 43 ad differentiam Catonis junioris , qui Uticensis cognominatus est . 44 exstat apud A. Gellium . 45 quod gerebatur contra Perseum , ultimum Macedonum regem . 46 jure licere . 47 non dederit nomen , & militiae sacramento se non obligavit . 1 video & considero . 2 perduellis dicebatur , qui per seditionem interfecerat civem Romanum , aut arma moverat ; aut qui commiserat crimen læsæ majestatis . 3 Varro IV. de lingua lati-

caretur, 4 lenitate verbi tristitiam rei mitigante. Hostis enim apud maiores nostros dicebatur, quem nunc 5 peregrinum dicimus. Indicant duodecim tabulæ: *Aut 6 status dies cum hoste*: Itemque, 7 *Adversus hostem æterna 8 auctoritas*. Quid ad hanc mansuetudinem addi potest? eum, quicum bella geras, tam 9 molli nomine appellari? quamquam id nomen 10 durius iam effecit vetustas; a peregrino enim recessit, & proprie in eo, qui arma contra ferret, remansit. Cum vero de imperio decertatur, belloque quæritur gloria, causas omnino subesse tamen oportet easdem, quas dixi paulo ante 11 justas causas esse bellorum. Sed ea bella, quibus imperii gloria proposita est, 12 minus acerbè gerenda sunt. Ut enim cum cive 13 aliter contendimus, si est inimicus, aliter si 14 competitor; cum 15 altero certamen 16 honoris, & 17 dignitatis est, cum 18 altero 19 capitis, & famæ: sic cum 20 Celtiberis, cum 21 Cimbris bellum, ut cum inimicis gerebatur, 22 uter esset, non uter imperaret; cum Latinis, Sabinis, Samnitibus, Pœnis, Pyrrho 23 de imperio dimicabatur. 24 Pœni foedifragi, 25 crudelis Hannibal, 26 re-

latina: *Multa verba aliud nunc ostendunt, aliud ante significabant, ut hostis: nam tum eo verbo dicebant peregrinum, qui suis legibus uteretur, nunc dicunt eum, quem tum dicebant perduellem.* 4 miti significatione. 5 Hostis enim, id est peregrinus, antiquitus dicebatur, qui in urbe acceptus æqualis erat civibus; inde verbum *hostire*, pro *æquare* & *hostimentum*, pro *compensatione*, &c. 6 Festus: *Status dies vocatur, qui iudicii causa est constitutus cum hoste, id est peregrino. Ejus enim generis ab antiquis hostes appellabantur, quod erant pari iure cum populo Romano.* 7 *adversus peregrinum semper civi Romano salvum manet jus domini: peregrinus nihil quod est civis Romani, quantumvis diuturno usu, acquirere & usucapere potest.* 8 *Auctoritas* hic est jus domini, & vindicandi potestas. 9 miti. 10 durioris significationis. 11 unam pro patria; alteram propter fines pro-

pagandos. 12 minori sævitia & acerbitate. 13 alio animo & loco, in foro, ad iudices, inimicum accusamus: in campo Martio, populi comitiis, cum competitore agimus. 14 in aliquo magistratu. 15 competitore. 16 quantum ad magistratum, qui petitur. 17 gloriæ, quæ ex ipso magistratu sequitur. 18 inimico. 19 inimicus cupit alterius mortem, & famam inimico suo eripere. 20 Numantinis, qui in Celtiberia sunt, & per XX annos cum Romanis pugnarunt de capite & vita. 21 populis Germaniæ, qui magna hominum manu collecta in Italiam inimico animo sese effundebant, quos C. Marius delevit. 22 non certabant pro imperio, sed pro capite. 23 volebant enim imperare, & non parere Romanorum iussis. 24 Ter fidem fregerunt. Pœni, unde *terrarum orbe infamis Punica calliditas*. Valer. Max VII. 4. 25 ob conditiones Saguntinis datas. 26 Latini, Sabini, Samnites, Pyrrhus. 27 quo-

reliqui 27 iustiores. 28 Pyrrhi quidem de 29 capti-  
vis reddendis illa 30 præclara:

*Nec 31 mi aurum posco, nec mi pretium 32 dederitis:*

*Nec 33 cauponantes bellum, sed 34 belligerantes:*

*35 Ferro, non 36 auro vitam 37 cernamus utrique:*

*Vosne velit, an me regnare 38 heri, quidque 39 ferat fors,*

*40 Virtute experiamur, & hoc simul accipe dictum:*

*Quorum virtuti 41 belli fortuna pepercit,*

*Eorum me libertati parcere 42 certum est.*

*43 Dono: ducite: doque 44 volentibus cum magnis dis.*

Regalis sane, & digna 45 Æacidarum genere sententia.

## C A P. XIII.

## A R G U M E N T U M.

*Fidem datam etiam hosti servandam esse, declarat exemplo M. Attilii Reguli: post de equitate, & clementia. qua uti dominus erga servos debeat, præcipit: originesque injuriæ in vim & fraudem distribuens insidias bonitatis specie fallentes violentia peiores esse asserit.*

**A**TQUE etiam, si quid 1 singuli, 2 temporibus ad-  
ducti, hosti promiserint, est in 3 eo ipso fides  
B 5 con-

27 quoniam servaverunt melius, quam Pœni & Hannibal, jura belli, quo imperium quæritur: non enim geri debet tanta sævitia & perfidia, quanta id, quo de capite dimicatur. 28 Pyrrhus Rex Epiri venit in Italiam in auxilium Tarentinorum. 29 Misisti fuerunt legati ad Pyrrhum pro captivis redimendis, quos ille dono remisit, dicens Romanis hæc verba, quæ Ennius postea versibus prosequutus est. 30 digna memoratu & summis laudibus. 31 mihi. 32 Tertia syllaba producta: quæ corripitur in præteritis. Sic etiam Ovidius: *Vitam dederitis in undis.* Et alibi: *transieritis aquas.* 33 non lucrum sectantes, & quærentes pecuniam ex bello, ut faciunt cauponæ, qui vendunt vinum &c. 34 sim-

pliciter bellum gerentes. 35 armis. 36 non pecunia, more institorum. 37 de vita dimicemus. 38 fortuna rerum domina. 39 afferat & cupiat. Vosne velit regnare an me heri fors, sive domina fortuna, quidve ferat illa, quem successum sit habitura res. 40 fortitudine, non pecuniis. 41 qui in bello non ceciderunt. 42 constitui illos liberare. 43 Dono vobis captivos, ducite illos vobiscum. 44 Vetus est loquutio, ut apud Plautum: *Agite ite cum diis benevolentibus.* 45 Pyrrhus ab Achille Æaci, quem Jupiter genuit, nepote, magnanimo & fortissimo heroe, originem suam deducebat.

1 soli cives. 2 aliqua temporum conditione, & aliqua difficultate coacti. 3 quod promissum.

conservanda: ut primo Punico bello 4 Regulus captus a Pœnis, cum de 5 captivis 6 commutandis Romam missus esset, jurassetque se rediturum, 7 primum, ut venit, captivos reddendos in senatu 8 non censuit: deinde, cum retineretur 9 a propinquis, & ab amicis, ad 10 supplicium redire maluit, quam fidem hosti datam 11 fallere.

12 (Secundo autem Punico bello, post Cannensem pugnam, quos decem Hannibal Romam adstrictos misit jurejurando se redituros esse, nisi de redimendis iis, qui capti erant, impetrassent; eos omnes censores, quoad quisque eorum vixit, qui pejerassent, in arariis reliquerunt: nec minus illum, qui juris jurandi fraude culpam invenerat. Cum enim Hannibalis permissu exisset de castris, rediit paulo post, quod se oblitum nescio quid diceret. Deinde egressus e castris jurejurando se solutum putabat: & erat verbis, re non erat. Semper autem in fide, quid senseris, non quid dixeris, cogitandum. Maximum autem exemplum est justitiæ in hostem a majoribus nostris constitutum. Cum a Pyrrho perfuga senatui est pollicitus, se venenum regi daturum, & eum necaturum: Senatus & C. Fabricius perfugam Pyrrho dedit. Ita ne hostis quidem, & potentis, & bellum ultro inferentis, interitum cum scelere approbavit.

At de bellicis quidem officiis 13 satis dictum est. Meminerimus autem, & adversus infimos justitiam esse servandam. Est autem infima conditio, & fortuna 14 servorum: quibus non male præcipiunt, qui ita jubent uti, ut mercenariis: 15 operam exigendam, 16 justa 17 præbenda. Cum autem duobus modis, id est, aut

vi,

est tali temporum conditione. 4 M. Attilius Regulus. 5 quos Regulus in Africa felici eventu pugnans ceperat. 6 ut commutarentur cum Regulo. 7 cum primum venit. 8 dixit sententiam, non esse reddendos captivos: se quippe nullo usui futurum Romanis; quoniam venenum sibi a Pœnis datum esset, quo paulo post tabesceret. 9 & maxime ab uxore Marcia 10 quod gravissimum tulit, infomnis necatus. 11 deserere. 12 Quæ uncinis inclusa diversoque typorum genere expressa sunt, a ple-

risque veteribus libris & editionibus absunt. De quibus Langius, an Ciceronis sint, non vult contendere. 13 pro instituti ratione. 14 vix enim inter homines numerabantur. 15 In libris vulgatis mendose, & contra fidem veterum legitur: Ad operam exigendam, & justa præbenda. Sic homines imperiti passim aliena multa suppleverunt. 16 quæ more, merito, & quasi jure quodam tribuuntur: ut sunt quaterni modii frumenti in mensem, quod demensum dicebatur. 17 Præbendi verbum ad annonam spectat,

vi, aut fraude, fiat injuria: 18 fraus quasi vulpeculæ, vis leonis videtur: utrumque homine alienissimum: sed fraus odio digna majore. Totius autem injustitiæ nulla 19 capitalior est, quam eorum, 20 qui cum maxime fallunt, id agunt, ut 21 viri boni esse videantur. De justitia satis dictum est.

## C A P. XIV.

## A R G U M E N T U M.

*Accedit ad alteram justitiæ speciem, Beneficentiam nimirum, sive Liberalitatem, tria circa beneficia, quæ in alios conferuntur, præcepta tradens. Primum est, ne ob sint iis, quibus exhibentur, vel etiam aliis: ubi geminum prohibet vitium, assentationem scilicet sive indulgentiam, & rapinam. Secundum, ne sint majora facultatibus: quod prodigalitas ejusmodi conjunctam habeat & avaritiæ sive defraudationem suorum, & aliorum violationem, & gloriæ captationem. Tertium, ne dentur indignis, ubi spectare jubet mores, & animum eorum, quibus benefaciamus, vitæ item societatem, & officia nobis ante præstita.*

**D**EINCEPS (ut erat propositum) de beneficentia, ac liberalitate dicatur: qua quidem nihil est naturæ hominis accommodatius, sed habet multas cautiones. 2 Videndum est enim primum, 3 ne obsit 4 benignitas & iis ipsis, quibus benigne 5 videbitur fieri, & cæteris: deinde, ne 6 major benignitas sit, quam 7 facultates: tum ut pro 8 dignitate cuique tribuatur, id enim est 9 justitiæ fundamentum, ad quam hæc re-

B. 6.

fe-

stat, maxime dum capitatum sua cuique portio tribuitur. 18 Huc spectat illud Lylandri: *Quo leonina pellis penetrare nequit, vulpina assumenda.* 19 perniciosior, vel, quod caput & vitam petat; vel, poena capitis magis digna. 20 In vulgatis: *qui tum, cum maximo* &c. particulam *tum*, recte expunxit Grævius. 21 qui Curios simulant, & Bacchanalia vivunt.

1 quoniam homines, qui opibus valent, ad tuendam societatem humanam natura incitantur; idque humanitatis proprium

est. 2 probe observandæ sunt circumstantiæ: quarum Cicero tres enumerat: quæ tamen si subdividantur, plures emergunt. 3 Seneca lib. 11. de Benef. c. 14. *Sunt quedam nocitura imperantibus: quæ non dare, sed negare beneficium est.* 4 pecuniarum collatio. 5 cum revera non sit: quoniam obest potius, quam prodest. 6 exhaurietur enim fons liberalitatis. 7 modum divitiarum & patrimonii. 8 prout quisque meretur. 9 nam justitiæ propria est, suum cuique tribue-

re.

ferenda sunt omnia. Nam & qui 10 gratificantur cupiam, quod obsit illi, cui prodesse velle 11 videantur, non benefici, neque liberales, sed perniciosi 12 assentatores judicandi sunt: & qui 13 aliis nocent, ut in alios liberales sint, in eadem sunt injustitia, ut 14 si in suam rem aliena convertant. Sunt autem 15 multi, & quidem cupidi splendoris, & gloriæ, qui eripiunt aliis quod aliis largiantur: hique arbitrantur, se beneficos 16 in suos amicos visum iri, si 17 locupletent eos 18 quacumque ratione. Id autem 19 tantum abest officio, ut nihil magis 20 officio possit esse contrarium. Videndum est igitur, ut ea liberalitate utamur, quæ profit amicis, noceat nemini. Quare 21 Lucii Syllæ, & 22 Caji Cæsaris, pecuniarum translatio a 23 justis dominis ad 24 alienos, non debet liberalis videri. Nihil enim est liberale, quod non idem justum. 25 Alter erat locus cautionis, ne benignitas major esset, quam 26 facultates: quod qui 27 benigniores volunt esse, quam res patitur, primum in eo peccant, quod injuriosi sunt 28 in proximos: quas enim copias his & suppeditari æquius est, & relinqui, eas transferunt ad 29 alienos. Inest autem in tali liberalitate cupiditas 30 plerumque rapiendi & 31 auferendi per injuriam, ut ad largiendum 32 suppetant copiæ. Videre etiam licet, plerosque non tam natura liberales, quam 33 quadam gloria ductos, ut benefici videantur, facere 34 multa,

re. 10 rem gratam faciunt, quæ accipienti noceat. 11 cum in animo habeant nocere. 12 qui aliud ore proferunt, aliud corde sentiunt: & alienæ voluntati obtemperant, ut id, quod prave cupiunt, assequantur. 13 liberales de alieno. 14 cum enim dando egere cœperunt, alienis bonis manus afferre coguntur. 15 qualis Catilina, sui profusus, alieni rapax. 16 erga suos. 17 divites faciunt. Locupletes proprie dicuntur, qui multa loca habent, & possessiones. 18 per fas & nefas; quomocumque potuerint. 19 tantum ab officio distat. 20 ad actionem, quæ est cum virtute. 21 Sylla proscriptorum bona ad libidinem dilargitus est. 22 De Cæsaris rapacitate plura dicit Svetonius. 23 possessoribus

legitimis, qui opes illas vel a majoribus acceperunt, vel propria industria sibi peperere. 24 amicos, ad quos tamen nihil horum jure pertinebat. 25 secundus locus, sive altera cautio. 26 patrimonium, census, opes. 27 monemur, de sorte & summa nihil decedere oportere: de redditibus & proventibus liberales esse nos posse. 28 parentes, uxores, liberos cognatos: quia his necessaria vitæ præsidia debentur maxime. 29 nulla consanguinitate aut affinitate sibi conjunctos. 30 per vim. 31 quocumque modo & fraude. 32 abunde sufficient. 33 ut sunt ii, qui nihil honestum putant, nisi quod in vulgus gloriosum, secundum Ciceronem IV. Academ. 34 ut Appius Pulcher, qui sua ambitione Ciliciam ex-

hau.



ta, quæ proficisci ab ostentatione magis, quam a 35  
 voluntate, videantur. Talis autem 36 simulatio 37  
 vanitati est conjunctior, quam aut liberalitati, aut  
 honestati. Tertium est propositum, ut in beneficentia  
 38 delectus esset dignitatis: in quo & mores ejus erunt  
 39 spectandi, in quem beneficium conferetur, & 40  
 animus erga nos, & 41 communitas ac societas vitæ,  
 & 42 ad nostras utilitates officia ante collata. Quæ  
 ut 43 concurrant omnia, optabile est: sin minus,  
 plures causæ, majoresque, 44 ponderis plus habebunt.

## CAP. XV.

## ARGUMENTUM.

*Premissa de infirmitate hominum correctione, tertium præceptum explicatius proponit, & primo quidem, quomodo mores spectandi sint ejus, cui benefacere volumus, monet. Deinde, quomodo animus aliorum erga nos benevolus explorandus, docet, eique, qui nos intensius constantiusque diligit, plurimum tribuendum censet. Porro de meritis in nos collatis, quibus ad æquidæm obligati sumus, atque sic de gratitudine, agit, ad quam præstandam quadruplici argumento invitatur. Post liberalitatem in duas species distribuit, & de magnitudine acceptorum beneficiorum considerata varia præcipit, subjuncta antithesi significans, id a plerisque negligi.*

**QUONIAM** autem vivitur non cum perfectis hominibus, pleneque sapientibus, sed i cum iis, in quibus præclare agitur, si sunt 2 simulacra virtutis: etiam hoc intelligendum 3 puto, neminem omnino esse negligendum; in quo aliqua significatio virtutis appareat:

<p>hauserat. 35 certo animi iudicio, &amp; quod ita eligant agendum. 36 ostentatio &amp; ficta liberalitas. Proprio utitur vocabulo, quod odium in se contineat. 37 mendacio: quoniam non proficiscitur a voluntate. 38 ut dignior indigniori anteponatur. 39 diligenter considerandi. 40 quo animo fuerit erga nos. 41 an fuerit amicus, an concivis, an domesticus. 42 an fuerit in</p>	<p>nos beneficis. 43 ut omnia illi insint, quæ spectanda proposuit in liberalitate: mores, amicitia, cognatio, &amp; gratitudo. 44 magis debent nos movere, ut benefici simus, &amp; liberales in aliquem. 1 quasi dicat, cum iis agitur, in quibus ne simulacra quidem sunt virtutis, nedum ipsa virtus. 2 effigies &amp; signa quædam. 3 Puto a sciolis intextum veretur Grævis, ut plura hujus generis em.</p>
---	---

reat: 4 colendum autem esse ita quemque maxime, ut quisque maxime virtutibus his 5 lenioribus erit ornatus, modestia, temperantia, ac ipsa, de qua jam multa dicta sunt, iustitia. Nam fortis animus, & magnus in homine non perfecto, nec sapiente, 6 ferventior plerumque est: illæ vero virtutes 7 virum bonum videntur 8 potius attingere. Atque hæc 9 in moribus. De benevolentia autem, quam quisque habeat erga nos, primum illud est in officio; ut 10 ei plurimum tribuamus a quo plurimum diligimur: sed benevolentiam non 11 adolescentulorum more, 12 ardore quodam amoris, sed 13 stabilitate potius, & constantia judicemus. Sinerunt merita, ut non 14 ineunda, sed referenda sit gratia; major quædam cura adhibenda est. Nullum enim officium 15 referenda gratia magis necessarium est. Quod si ea, quæ acceperis 16 utenda maiore mensura, si modo possis, jubet reddere 17 Hesiodus: quidnam beneficio provocati facere debemus? 18 an imitari agros fertiles, qui multo plus 19 efferunt, quam acceperunt? Etenim, si in eos, quos speramus nobis profuturos, non dubitamus officia conferre; 20 quales in eos esse debemus, qui jam profuerunt? Nam cum duo genera liberalitatis sint, unum 21 dandi beneficii, alterum 22 reddendi: 23 demus, nec ne, in nostra potestate est; 24 non reddere viro bono non licet, 25 si modo

emblemata non bella, *dicunt*, *ajunt*, *puto*, quæ a viris doctis ex optimis scriptoribus sunt ejecta. 4 amandum & ornandum. 5 mitioribus, & quæ bonum virum attingunt. 6 itaque: tunc fortitudo non est virtus: accedit enim ad temeritatem. 7 iustum & bonum civem. 8 ad bonum virum videntur potius pertinere. 9 eorum scilicet, in quos volumus conferre beneficia. Quod in nonnullis additur, *considerantur*, vel *considerando*, non est in melioribus MSS. & impressis. 10 qui nos amat, a nobis vicissim amatur, secundum illud vetus: *si vis amari, ama*. 11 quos Terentius ait, impense cupere, consulere parum, esseque levitentia. 12 nam huiusmodi ardore facile amor incenditur & deflagrat, ut ignis e stipula. 13 quæ non potest esse, nisi in

recto iudicio: & iudicium maturiorem ætatem requirit. 14 concilianda. 15 fatentur hoc omnes: pauci factis exprimunt. 6 ad usum domesticum a vicino. 17 Versus Hesiodi exstant in opere de Agricultura: *Acceptum metire, & eorum pondere redde. Vicino: ut tibi ille iterum succurrat egenti*. 18 elegans affirmandi modus per interrogationem, & Ciceroni per familiaris. 19 sic Cicero in Bruto: *Ager, qui multos annos quievit, uberiores efferre fruges solet*. 20 quam liberales & benefici. 21 Sponte nostra. 22 non gratiam referimus beneficio provocati. 23 an velimus esse liberales, est nobis integrum liberumque. 24 Seneca III. de Benef. 14. *Non referre beneficiis gratiam, & est turpe, & apud omnes habetur*. 25 reddere enim beneficium ita debet, ne

modo id facere possit sine injuria. Acceptorum autem beneficiorum sunt 26 delectus habendi: nec dubium, quin 27 maximo cuique plurimum debeatur. In quo tamen in primis, quo quisque 28 animo, 29 studio, 30 benevolentia fecerit, 31 ponderandum est. Multi enim multa faciunt 32 temeritate quadam, sine 33 iudicio, vel 34 morbo, in omnes vel 35 repentino quodam, quasi 36 vento, impetu animi incitati, quæ beneficia æque magna non sunt habenda, atque ea, quæ iudicio, 37 considerate, 38 constanterque delata sunt. Sed in collocando beneficio, & inferenda gratia, 39 si cætera 40 paria sint, hoc maxime officii est, ut quisque maxime 41 opis indigeat, ita ei potissimum 42 opitulari: quod contra fit a plerisque, a quo enim plurimum sperant, etiamsi ille his non eget, tamen ei potissimum 43 inserviunt.

## C A P. XVI.

## A R G U M E N T U M.

*Pergit auctor in explicando præcepto tertio, & delectum habendum in conferendis beneficiis etiam ratione societatis vite, juxta quam varie inter se devincti sunt homines, monet. Primum hujus consociationis gradum constituit humanitatem, sive ejusdem nature, & speciei humane communitatem: cujus duos ostendit ortus: primus est Rationis & Orationis, hujusque officia, & beneficia bre-*

ne quid injuriæ committat. 26 certus modus servandus. 27 Valer. Maximus IV. 5. Ut merito primum amoris vinculum ducitur, plurima & maxima beneficia accepisse, ita proximum judicari debet, simul accepisse. 28 sponte an invitus. 29 voluntate. 30 constanti & stabili, an vana, & quodam ardore & affectu mota. 31 prudenter considerandum. 32 sine consilio & delectu personarum. 33 Seneca I. de Benef. cap. 2. Beneficia in vulgus effundenda non sunt, & nullius rei, minime beneficiorum, honesta largitio est, quibus si detraxeris iudicium, desinunt esse beneficia, in aliud quodlibet incidunt nomen. 34 morbus est animi vitium inveteratum, ut evelli difficile sit: qualis in prodigis opum perditio. Editi nonnulli habent, modo: perperam. 35 quadam levitate sine consilio & delectu personæ. 36 qui navim impellit, modo huc, modo illuc. 37 non temere. 38 ut non poeniteat. 39 inter eos scilicet quibus benefaciendum est. 40 si par sit amicitia, virtus, necessitudo, officia ante collata: si nulla ex causis, concurrentibus cæteris, plus ponderis habeat. 41 auxilii & beneficii. 42 opem afferre. 43 beneficia conferunt aut gratiam referunt. Quæ mercatura potius, quam liberalitas, appellanda.

1 Na-

*breviter enumerat: secundus rerum omnium, quas ad communem usum genuit natura, communio: in qua ad leges partim, partim ad amicos, partim ad ignotos quoque respiciendum esse asserit. Sub finem præceptum de moderanda in vulgus liberalitate reperit.*

**O**PTIME autem societas hominum, conjunctioque servabitur, si ut quisque erit conjunctissimus, ita in eum benignitatis plurimum conferetur. Sed quæ 1 natura principia sint communitatis, & societatis 2 humanæ, repetendum 3 altius videtur. Est enim primum, quod 4 cernitur in universi generis humani societate, ejus autem 5 vinculum est 6 ratio, & oratio; quæ 7 docendo, discendo, 8 communicando, 9 disceptando, 10 judicando 11 conciliat inter se homines, conjungitque 12 naturali quadam societate. Neque ulla re 13 longius absumus a natura ferarum: in quibus inesse 14 fortitudinem sæpe dicimus, ut in equis, in leonibus: justitiam, æquitatem, bonitatem non dicimus, sunt enim rationis, & orationis expertes. Ac 15 latissime quidem patens hominibus inter ipsos, 16 omnibus inter omnes, societas hæc est, in qua omnium rerum, quas 17 ad communem hominum usum natura genuit, est servanda communitas: ut quæ 18 descripta, sunt 19 legibus, & jure civili, hæc ita 20 teneantur, ut sit constitutum: e quibus ipsis cætera sic observentur, ut in 21 Græcorum proverbio est, 22 AMICORUM ESSE OMNIA COMMUNIA. Omnia autem communia hominum videntur ea, quæ sunt 23 generis ejusdem; quod

1 Naturalia principia ad conservandam humani generis societatem. 2 quæ est inter homines. 3 a primo principio. 4 quoniam cernimus & videmus conjunctionem naturalem hominum inter se. 5 connexio & stabilitas. 6 utrumque, λόγος λόγῳ enim omnino homo a brutis differt. 7 hominis proprium est docere & discere: doctrinam enim mens docentis effundit, disciplinam mens discantis haurit. 8 imperitiendo necessaria, vel consilia conferendo. 9 accusando, defendendo. 10 quod sequitur ex disceptatione. 11 conjungit, & ad benevolentiam trahit. 12 quoniam natura ita vult, ut homi-

nes inter se conjungantur. 13 longo quasi intervallo. 14 si vires & animum spectemus; quæ tamen fortitudo proprie non est, rationis expertis, & prudentiæ: sed tantum robur corporis. 15 ad omnes homines se extendens. 16 omnibus hominibus, quicunque illi sint, sive noti, sive ignoti. 17 quæ produxit natura ad usum humanum communiter, ut ignis, aer, aqua &c. 18 quæ leges permittunt aliquem possidere ut sua. 19 quarundam enim dominio potimur jure gentium, quarundam jure civili. 20 possideantur. 21 Pythagoras Samius primus dixit. 22 κοινὰ τὰ φίλων 23 conditionis & naturæ.

quod ab Ennio positum in 24 una re, 25 transferri in permultas potest.

*Homo qui 26 erranti comiter monstrat viam,*

*Quasi 27 lumen de suo lumine accendat, facit:*

*28 Nihilominus ipsi lucet, cum illi accenderit.*

29 Una ex re satis præcipit, ut quidquid 30 sine detrimento possit commodari, id tribuatur vel ignoto.

Ex quo sunt illa 31 communia, 32 non prohibere aqua

33 profuente: pati ab igne ignem capere, si quis velit: consilium fidele 34 deliberanti dare: quæ sunt iis uti-

lia, qui accipiunt, danti non molesta: quare 35 & his utendum est, & semper aliquid ad communem utilita-

tem afferendum. Sed quoniam copiarum parvæ singulorum sunt; eorum autem, qui his egeant, infinita est mul-

titudo: 36 vulgaris liberalitas referenda est ad illum Ennii finem: NIHILOMINUS IPSI LUCET: ut facultas sit, qua in nostros simus liberales.

## C A P. XVII.

## A R G U M E N T U M.

*Constituta generalissima societate, contractiores & specialiores jam declarat. Ubi primo quidem plures patefacit, quarum alia communiores tum gentium, nationum, & linguarum, tum civium inter se: alia interiores, & ab illa infinita hominum consociatione magis recedentes, scilicet vel propinquitatum, & consanguinitatum in conjugio, in liberis, in una domo &c. vel amicitiarum & familiaritatum inter bonos ob similitudinem morum, &*

ho-

24 in lumine scilicet. 25 commutari in exemplum. 26 dubie vaganti & ignoranti viam. 27 Ovid. *Quis vetet appposito lumen de lumine sumi? Atque cavum vastas in mare servet aquas?* 28 æque bene & nulla ex parte minus. Ratio hoc versu redditur comparatione. Nam nihilominus, inquit, ipsi lucet, nihil igitur ipsi deest. Sicut nec tunc, cum erranti etiam ignoto viam mostrant. Hic est enim finis Ennii, ut sine ejus, qui faciat, incommodo, fiat officium. 29 Hac similitudine satis docet Ennius.

30 sine diminutione rerum nostrarum. 31 volente scilicet natura. 32 non arcere a flumine eum, qui haurire velit. 33 profuente, quasi procul fluente: quoniam si esset in fundo alicujus pateus aut piscina, quæ non profueret, aliter dicendum esset. 34 consultanti & dubitanti quid agat. 35 Plutarchus VI. *Symposiacorum. Neque alimenta nobis fas est perdere, ubi ipsi plus satis habemus, neque fontem, postquam inde quantum libet potaverimus, obturare aut occultare &c.* 36 quæ omnibus impertitur.

1 qua.

*honesti admirationem &c. quas sequuntur necessitudines patriæ, & denique Reipublicæ. Deinde verbo illos inter se confert, & quibus ex his plurimum officiorum debeatur, diserte explicat, concludens gnoma epiphonematica, amicitiam ex similitudine morum esse jucundissimam.*

**G**RADVS autem plures sunt societatis hominum. 1 Ut enim ab infinita illa discedatur, prior est ejusdem 2 gentis, nationis, linguæ, 3 qua maxime homines conjunguntur: 4 interius etiam est, ejusdem esse civitatis, multa sunt enim civibus inter se communia, forum, fana, porticus, viæ, leges, jura, judicia, 5 suffragia, 6 consuetudines præterea, & 7 familiaritates, multisque cum multis 8 res, rationesque contractæ. 9 Arctior vero colligatio est societatis propinquorum: ab illa enim 10 immensa societate humani generis, in 11 exiguum, angustumque concluditur. Nam cum sit hoc 12 natura commune animantium, ut habeant lubidinem procreandi, prima societas in ipso est conjugio: proxima in liberis: deinde una domus, communia omnia. Id autem est 13 principium urbis, & quasi seminarium reipublicæ. Sequuntur fratrum conjunctiones, post 14 consobrinorum, sobrinorumque: qui cum una domo jam 15 capi non possint, in alias domus, tanquam in 16 colonias, exeunt. Sequuntur connubia, & 17 affinitates: ex quibus etiam plures propinqui, quæ 18 propagatio, & 19 soboles, origo est rerumpublicarum; 20 sanguinis autem conjunctio, & be-

1 qua genus humanum inter se ratione & oratione devinctum est. 2 gens est tanquam genus, & natio species. 3 nam sermo est instrumentum societatis. 4 magis intrinsecum & conjunctior societas. 5 voces, quæ dantur in comitiis, in tabellæ scribuntur. 6 conversationes. 7 amicitia. 8 Differt res a ratione contracta, ut genus a specie. Rem contractam dicimus, ut matrimonium, ut est societas. Ratio contracta est pactum, quod super matrimonio fit. 9 adstrictior. 10 infinita, de qua paullo ante dictum est. 11 constringitur inter propinquos & affines. 12 nam omne animal appetit duce natura, creare sibi simile in specie. 13 urbs enim ex domibus, respublica e civibus constat. 14 consobrini dicuntur nati ex duabus sororibus: sobrini sunt filii consobrinorum. Intelligit enim prolis propagationem. 15 contineri. 16 quoniam cum urbs multitudinem capere non posset, nova deducebatur colonia. 17 propinqui uxoris & affinitates conciliantur conjugio. 18 loquitur per translationem. Nam propagatio dicitur in arboribus & vitibus, cum fiunt propagines. 19 *Suboles*, non *soboles*, in libris antiquioribus & monumentis antiquitatis legitur, cui scripturæ notatio nominis suffragatur, a *sub* & *olesco*, id est, *eresco*. 20 ipsi consanguinei sunt inter se devincti benevolentia & cha-

& benevolentia devincit homines caritate. Magnum est enim, eadem habere 21 monumenta majorum, 22 iisdem uti sacris, sepulcra habere communia. Sed omnium societatum nulla 23 præstantior est, nulla 24 firmior, quam cum 25 viri boni, moribus similes sunt 26 familiaritate conjuncti. Illud enim honestum, quod sæpe dicimus, etiamsi 27 in alio cernimus, tamen nos movet, atque illi, in quo id inesse videtur, amicos facit. Et quanquam omnis virtus nos ad se alliciat, faciatque, ut eos diligamus, in quibus ipsa inesse videatur: tamen justitia & liberalitas id maxime efficit. Nihil autem est amabilius, nec 28 copulatius, quam morum similitudo bonorum. In quibus enim 29 eadem studia sunt eademque voluntates, in his fit, ut eque quisque altero delectetur, ac se ipso: efficiturque id, quod Pythagoras in amicitia 30 ultimum putavit, ut 31 unus fiat ex pluribus. Magna etiam illa communitas est, quæ conficitur ex beneficiis 32 ultro citro datis, acceptis. Quæ & 33 mutua, & 34 grata dum sunt, inter quos ea sunt, firma devinciuntur societate. Sed, cum omnia ratione, animoque 35 lustraveris, omnium societatum nulla est 36 gravior, nulla carior, quam ea, quæ cum republica est unicuique nostrum. Cari sunt parentes, cari liberi, propinqui, familiares: sed omnes omnium caritates 37 patria una complexa est: pro qua quis bonus dubitet 38 mortem oppetere, si ei sit 39 profutu-

charitate. 21 statuas, trophæa, & majorum imagines, quæ posteris virtutis avitæ admoneant; unde *monumenta* dicuntur. 22 erant enim & publica civitatis, & privata cujusque familiæ sacra, quæ tradebantur hæredibus. 23 excellentior: quoniam super honesto & virtute fundatur. 24 quoniam illa solum amicitia durat quam virtus conciliat. 25 Hinc Stoicorum dogma est, solum sapientem amicum esse, inter alios homines nullam esse amicitiam. 26 amicitia consuetudine. 27 in alieno homine, nec nobis familiaritate conjuncto. 28 Manutius aliique malunt *copulantius*. 29 quando una & eadem re delectamur, & idem est velle, nolleque. 30 i. e. primum. Ita legit & explicat Nonius Mar-

cellus, quem reliqui interpretes sequuntur. Nam & MSCti habent: *Pythagoras vult in amicitia*. 31 Interrogatus Aristoteles, quid esset amicus? respondit, una anima in duobus corporibus habitans. 32 pro quibus ex librariorum corruptione in impressis legitur: *ultro citroque datis acceptisque*. 33 ne alter tantummodo det, alter accipiat. 34 quoniam si damus alicui, qui non grato animo accipit, operam perdimus. 35 *circumspexeris & contemplatus fueris*. 36 in editis plerisque est *gratior*, sed in MSS. *gravior*. 37 cuius amorem omnibus rebus præferendum esse, omnes fatentur. 38 Horatius: *Dulce decorumque est, pro patria mori*. 39 ut Decii, Codrus, & alii.

40 exc.

futurus? Quo est 40 detestabilior istorum 41 immanitas, qui 42 lacerarunt omni scelere patriam, & in ea 43 funditus delenda occupati & sunt, & fuerunt. Sed si 44 contentio quædam & comparatio fiat, quibus plurimum tribuendum officii, principes sunt patria, & parentes, quorum beneficiis maximis obligati sumus; proximi liberi, totaque domus, quæ spectat in nos solos, neque aliud ullum potest habere 45 perfugium: deinceps 46 bene convenientes propinqui, quibuscum etiam communis plerumque 47 fortuna est. Quamobrem necessaria vitæ 48 præsidia debentur iis maxime, quos ante dixi: 49 vita autem, victusque communis, consilia, sermones cohortationes, consolationes, interdum etiam 50 objurgationes in amicitiiis 51 vigent maxime: estque ea jucundissima amicitia, quam similitudo morum 52 conjugavit.

## C A P. XVIII.

## A R G U M E N T U M.

*Per correctionem quasi præcedentium ostendit, circumstantias, & necessitatem ordinem graduum societatis humanæ quandoque intervertere, ut non conjunctissimi, sed egentissimi sint juvandi, & duo hujus commutationis exempla recenset: post ad usum & praxin eorum, quæ de toto hoc genere liberalitatis præcepit, hortatur & exstimulat, idque similitudine trium aliarum artium declarat. Tandem ad tertium officiorum fontem, fortitudinem nempe, transit, cujus commendationem præmittit sumptam ab opinione populari, & tractatam per con-*

ten-

40 execrabilior, & magis vituperanda, & digna odio majore. 41 feritas & impietas erga patriam. 42 Cæsarem jam mortuum notat Cicero. 43 M. Antonium carpit, qui post obitum Cæsaris, Cicerone hæc scribente, omnem suam potestatem ad opprimendam rursus libertatem contulit. 44 si in contentionem per comparationem deveniatur, quibus potissimum inserviendum fit. 45 locum, quo se conferat ad opem implorandam. 46 non discrepantes a nobis in aliqua re, & ma-

xime concordēs in moribus. 47 status & conditio, in rebus fecundis adversisque. Unde videmus interdum, quod propter unum ex civitate pellitur omnis familia. 48 præsidium est, quod ad alicujus auxilium comparatur. 49 consuetudo vivendi. 50 objurgationes in amicitia grate sunt, quæ aculeos habent, dolores non habent. Ambrosius. 51 exercentur in primis. 52 conjunxit bonos viros quadam necessitudine.

i pra-



entionem contrarii, i. e. ignaviae, additis exemplis celeberrimis, & argumento a signis, i. e. statutis.

SED in his omnibus officiis tribuendis, 1 videndum erit, quid cuique maxime necesse sit, & quid quisque 2 vel sine nobis aut possit consequi, aut non possit. Ita 3 non iidem erunt necessitudinum gradus, qui temporum. Suntque 4 officia, quæ aliis magis, quam aliis, debeantur: ut vicinum citius adjuveris in 5 fructibus percipiendis, quam aut fratrem, aut familiarem; at, si 6 lis in iudicio sit, propinquum potius, & amicum, quam vicinum defenderis. Hæc igitur, & talia circumspicienda sunt 7 in omni officio: & consuetudo exercitatioque capienda, ut boni 8 ratiocinatores officiorum esse possimus, & addendo, 9 deducendoque videre, quæ 10 reliqui summa fiat, ex quo 11 quantum cuique debeat, intelligas. Sed ut 12 nec medici, nec imperatores, nec oratores, quamvis artis præcepta perceperint, quidquam magna laude dignum sine usu & exercitatione consequi possunt: sic officii 13 conservandi præcepta traduntur illa quidem, ut 14 facimus ipsi; sed 15 rei magnitudo usum quoque, exercitationemque desiderat. Atque ab iis rebus, quæ sunt 16 in iure societatis humanæ, quemadmodum 17 ducatur honestum, ex quo 18 aptum est officium, satis 19 fere di-

xi-

1 Prudenter considerandum. 2 *nobiscum*, quod hic interserunt quædam editiones, plane nihil ad rem facit. Docet enim Cicero, honestam innocentium paupertatem levandam esse. 3 habenda temporis ratio interdum major est, quam necessitudinis. 4 ponit infima officia, quæ magis uni, quam alteri debentur, ratione temporis. 5 Sic in apologo Gellii Noct. Attic. II. vicini vicinis operam commodarunt in metendo. 6 si propinquus litigat, & vocatur in jus. 7 cum volumus esse officiosi, & aliquod officium alicui præstare, & in beneficio collocando. 8 Arithmetici, qui officiorum datorum, acceptorumque inire rectam rationem possint. 9 diminuendo, & detrahendo. 10 dum utraque pagina, & accepti, & expensi dispungitur, & inter se confertur, ap-

paret, pares sint rationes, an reliquum sit? & utrum illud reliquum sit accepti, quod nondum expensum sit, an expensi, quod nondum acceptum, & quantum illud sit? 11 quod officium cuique præstandum sit, & qui sint præponendi in beneficio collocando. 12 aptissima hæc est comparatio cum hominibus reipublicæ opportunis. 13 ut officium recte conservetur & præstetur. 14 in his libris scilicet, quibus officiorum præcepta tradimus. 15 istorum officiorum dijudicatio & difficultas in officiis præstandis. 16 iniustitia & liberalitate, quibus humana societas conservatur. 17 fiat, formetur, habeatque originem. 18 non *ortum*, ut vulgo legitur, sed *aptum est*, quo Cicero sæpe utitur, seu connexum & colligatum est, ut Nonius exponit. 19 quasi sufficiens.

ximus. Intelligendum est autem, cum proposita sint genera 20 quatuor, e quibus 21 honestas officiumque manaret, splendidissimum videri, quod 22 animo 23 magno, 24 elatoque, 25 humanasque res despiciente factum sit. Itaque in probis maxime 26 in promptu est, si quid 27 tale dici potest:

*Vos etenim juvenes, animum geritis muliebrem;  
Illa virago viri.*

& si quid hujusmodi:

*28 Salmacida spolia sine & sudore, & sanguine.*

Contraque in 29 laudibus, quæ 30 magno animo, & 31 fortiter, 32 excellenterque 33 gesta sunt, ea nescio 34 quomodo quasi 35 pleniore ore laudamus. Hinc 36 Rhetorum campus de 37 Marathone, 38 Salamine, 39 Plataeis, 40 Thermopylis, 41 Leuctris: 42 hinc

no-

cienter: ut pauca in his, quæ ad justitiam pertinent, desiderentur. 20 prudentia, justitia, fortitudo, & temperantia. 21 nam alia sunt officia, non ab honestate, sed utilitate, quæ media dicuntur. 22 fortitudinis descriptio & laus. 23 magnas res appetente. 24 non humili & abjecto, sed alte spectanti, nam *elatum* in bonam partem accipiendum est. 25 fortuitas & externas, fortunæque ludibria. 26 cito venit in mentem. 27 Carmen est Ennii, quo juvenes Romanos ignaviæ accusabat, qui a Clelia virgine, quæ obses fuerat apud Persenam, superabantur. Illa enim Tiberim ad suos tranavit: unde Romani statuam illi erexerunt equestrem. 28 Mire hic se torquent interpretes. Optime Grævius: *Alloquitur hominem mollem, & ignavum, quem Salmacidem vocat, quod Salmacide nympa sit effœminatior.* An autem hi versus statuæ Cleliæ equestri insculpti fuerint, quod ex Seneca Manutius vult elicere, alii videant. 29 cum aliquem laudamus. 30 elato & humana spernente, quod est proprium magnanimi. 31 contra illud, quod in probis dixerat, *animum geritis muliebrem.* 32 contra illud, *sine sudore & sanguine.* 33 gesta proprie dicuntur

in rebus gravioribus. 34 modo quodam mirabili & cum quadam admiratione. 35 maximis laudibus & amplo præconio. 36 Rhetorum campus proverbio dicitur, ut Poetarum sylvæ: indicatque ingentem materiam propositam ad dicendum oratoribus in laudem fortium virorum. 37 propter insignem Miltiadis contra Persas in Marathonis, civitatis Atticæ, campo victoriam: qui enim in illa pugna occubuerunt, quotannis laudabantur. 38 apud Salaminam insulam, Atticæ continenti objectam, Xerxes victus fuit ab Atheniensibus pugna navali duce Themistocle. 39 Plataeæ oppidum Bœotiae, ubi Pausanias & Aristides profligarunt Mardonium Xerxis Ducem, gymnicumque certamen in cæсорum honorem constitutum, & trophæa pro universa Græcia contra vim Asiæ posita fuerunt. 40 Thermopylæ angustus viatoribus ex Thessalia, & a littore Locros petentibus transitus est, ubi Leonides, Lacedæmoniorum Dux, contra Xerxen innumero exercitu instructum, deficientibus sociis, parva civium manu, fortissime occubuit. 41 Leuctræ oppidum Bœotiae, ubi Epaminondas Thebanus Lacedæmonios vicit, adeoque attrivit, ut postea imperium recuperare non potuerint. 42 in quibus

noster Cocles, 43 hinc Decii, 44 hinc Cnæus & Publius Scipiones, 45 hinc M. Marcellus, 46 innumerabilesque: 47 maximeque ipse populus Romanus animi magnitudine 48 excellit. Declaratur autem 49 studium bellicæ gloriæ, quod statuas quoque videmus ornatum 50 fere militari.

## C A P. XIX.

## A R G U M E N T U M.

*Subjungit commendationi definitionem fortitudinis, atque remotis contrariis cum ea pugnans ejusdem cum justitia congruentiam Platonis auctoritate communit, & illustrat: cognata postmodum recenset, ex quibus qualem esse virum fortem velit, colligit: postremo præceptum contra κερδοζίαυ & auræ popularis captationem addit, & plerosque, viros etiam magnos, præmiis potius, quam officio moveri affirmat.*

**S**ED ea 1 animi elatio, quæ cernitur in periculis, & laboribus, si 2 justitia vacat, pugnatque non pro 3 salute communi, sed 4 pro suis commodis, 5 in vitio est: non enim modo id 6 virtutis non est, sed potius 7 immanitatis, omnem humanitatem 8 repellent-

busdam MSS. legitur *Stratocles*, in aliis *Sterocles*, seu *Stercocles*; sed cum neutrius ullibi exstet memoria, Balduinus, Langius, & alii peccatum librarii, primam syllabam *no* omittentis, subodorati, reposuerunt: *noster Cocles*. Intelligè Horatium Coclitem, quem Cicero inter Romanos, bellica laude insignes, ut tempore, ita ordine, primum recenset, postquam Græcorum loca præliis nobilitata memoravit. Sic & in primo paradoxo ante Decios posuit: *Quæ Horatium Coclitem contra omnes hostium copias tenuit in ponte solum? Quæ vis patrem Decium, quæ filium devovit?* 43 Decius pater & filius pro patria se devoverunt, ille adversus Latinos, hic adversus Hetruscos, & gloriose occubuerunt. 44 Fratres, duo illa fulmina belli, ut En-

nus appellat, qui secundo bello Punico, Hannibale Italiam lacerante, in Hispania occubuerunt. 45 Marcellus Hannibalem fugavit, & Syracusas expugnavit, inde in Apulia insidiis circumventus in quodam colle cecidit. 46 Duces & clarissimi imperatores, quorum tanta copia apud Romanos fuit, ut numerari vix possint. 47 ante omnes alios populos & nationes. 48 illustrior est cæteris gentibus. 49 immensa voluntas bellicæ gloriæ, quam Romani appetebant, tanquam summa laude veraque dignissimam. 50 raro togato.

1 Magnanimitas in periculis subeundis & laboribus. 2 si est sine justitia. 3 ad utilitatem reipublicæ. 4 ut fecit Cæsar. 5 non mereretur laudem veræ fortitudinis. 6 non pertinet ad virtutem. 7 feritatis & savitiæ. 8 rejicientis,

lentis. Itaque probe definitur a Stoicis fortitudo, cum  
eam virtutem esse dicunt propugnantem pro æqui-  
tate. Quocirca nemo, qui fortitudinis gloriam conse-  
cutus est, insidiis & malitia laudem esse adeptus: ni-  
hil enim honestum esse potest, quod iustitia vacat. Præ-  
clarum igitur 10 Platonis illud: Non solum, inquit,  
scientia, quæ est remota a iustitia, 11 calliditas, po-  
tius, quam sapientia, est appellanda; verum etiam  
animus 12 paratus ad periculum, si 13 sua cupidita-  
te, non utilitate communi impellitur, 14 audaciæ po-  
tius nomen habeat, quam fortitudinis. Itaque viros  
fortes, & magnanimos, eosdem bonos, & simplices, ve-  
ritatis amicos, minimeque fallaces esse volumus: quæ  
sunt 15 ex media laude iustitiæ. Sed illud, 16 odio-  
sum est, quod in hac elatione, & magnitudine animi,  
facillime 17 pertinacia, & nimia cupiditas principatus  
innascitur. Ut enim 18 apud Platonem est, 19 omnem  
morem Lacedæmoniorum inflammatum esse 20 cupidi-  
tate vincendi; sic, ut quisque animi magnitudine ma-  
xime excellit, ita maxime vult princeps omnium, vel  
potius solus esse. Difficile autem est, cum 21 præsta-  
re omnibus concupieris, fervare 22 æquitatem, quæ  
est iustitiæ maxime propria. Ex quo fit, ut neque 23  
disceptatione 24 vinci se, nec ullo 25 publico ac 26  
legitimo jure patiantur; existuntque in republica ple-  
rumque 27 largitores & 28 factiosi, ut 29 opes quam  
ma-

ris, & ab omni humanitate alienæ.  
9 quæ commune commodum spe-  
ctat, non privatum. 10 Locus sum-  
mus ex epitaphio Platonis. 11 ver-  
tutia. 12 quod fortitudinis prin-  
cipium videtur. 13 injusta, sui-  
que commodi causa. 14 Zudax  
est enim simulator fortitudinis,  
non fortis. 15 ob hæc aliqui ju-  
stitiæ laudem merentur, quia  
boni sunt & veri. Iustus enim  
nunquam mentitur, nunquam  
decipit: quæ si vir fortis non  
habet, fortitudinis nomen & lau-  
dem non meretur, quæ, ut de-  
finitur a Stoicis, pugnat pro  
æquitate. 16 molestum & agre-  
ferendum. 17 est conatus animi  
ad rem, quam jure assequi non  
debemus. 18 in Lachete, sive  
*περί ἀνδρείας*. 19 disciplinam,  
educationis consuetudinem & in-

stitutum in exercendis juvenibus.  
20 accensum ad cupiditatem vi-  
ctoriæ: quoniam illa educatio in  
laboribus docebat ipsos vincere  
& pati omnia fortiter, quæ ac-  
cidere possunt. 21 antecellere,  
& velle primum locum habere  
& primas partes in civitate. 22  
æqualitatem, ut æquo & pari  
vivas cum aliis, & nemini in-  
feras injuriam. 23 verbis & ra-  
tionibus. 24 ab aliis scil. inter-  
cedentibus & contra sentienti-  
bus. 25 jus ordinarium, quod  
commune civibus omnibus est.  
26 quod est constitutum & man-  
datum legibus. 27 largitio est in  
malam partem ad captandos fa-  
vores, corrumpendaque suffragia.  
28 factio est divisio civium in diver-  
sa studia: cum aliqui in civitate  
principes fieri conantur. 29 po-  
ten-

maximas confequantur, & fint 30 vi potius superiores quam iustitia pares. Sed quo 31 difficilius, hoc præclarius. Nullum est enim tempus, quod iustitia vacare debeat. Fortes igitur & magnanimi sunt habendi, non qui faciunt, sed qui 32 propulsant injuriam. Vera autem & sapiens animi magnitudo, honestum illud, quod 33 maxime natura sequitur, 34 in factis positum, non in gloria iudicat: 35 principemque se esse mavult quam videri. Etenim qui ex errore imperitæ multitudinis 36 pendet, hic 37 in magnis viris non est habendus. Facillime autem ad res injustas impellitur, ut quisque est altissimo animo, & gloriæ 38 cupiditate, qui locus est sane 39 lubricus, quod vix invenitur, qui laboribus susceptis, periculisque aditis, non quasi mercedem rerum gestarum; desideret 40 gloriam.

## C A P. XX.

## A R G U M E N T U M.

*Post definitionem, & contraria ad divisiones fortitudinis progreditur, sumptas a subjectis: quod altera sit domestica sive togata, altera publica sive castrensis, & utramque ab objectis, & causa formali describit: mox confert inter se has species, & priorem ex mente Stoicorum rursus in duas partes, δικαιοευσίαν & ἀπάθειαν dividit: sed omissa posteriore latius tradit priorem, & que fugienda summopere viris fortibus exponit, si velint animi tranquillitatem, unde sit constantia & dignitas, ob-*

C

tine-

tentiam, non divitias. 30 violentia & cum injuria aliorum. 31 δύσκολα τὰ καλὰ. Quanto difficilius est, ne quis animi sui magnitudine & potentia abutatur ad injustitiam, tanto præclarius est, si qui hæc virtutes semper copulatas habet. 32 neque in inferenda, sed propulsanda injuria lex virtutis est: qui enim non repellit a socio injuriam, si potest, tam est in vitio, quam ille, qui affert. 33 sequitur natura honestum, quod illi amicum & conjunctum est, quodque natura ipsa per se expetit. 34 in rebus, que sunt cum virtute, quam amamus &

expetimus propter se, non propter gloriam & hominum æstimationem, 35 vult potius laudanda facere, & non laudari; quam factorum, quamvis mereatur, laudationes accipere. 36 arbitratur veram gloriam virtutis consistere in opinione imperitorum hominum, qui iudicare non possunt, & errore ducuntur. 37 in numero magnorum virorum. 38 est ellipsis; subauditur *maxima*, vel *summa* gloriæ cupiditate. 39 quoniam in ipso pauci consistunt, ut oportet, sed labantur. 40 laudem ex opinione vulgi, quam sæpe, neglecta æquitate, appetimus.

I CO-

tinere. Per occasionem vituperat ἀπαξίαν & nimiam bonorum atque honorum, ob tranquillitatem animi obtinendam, fugam.

**O**MNINO fortis animus, & magnus, duabus rebus maxime 1 cernitur: quarum una in 2 rerum externarum 3 despicientia ponitur, cum 4 persuasum sit, nihil hominem, nisi quod honestum, decorumque sit, aut 5 admirari, aut 6 optare, aut 7 expetere oportere: nullique 8 neque homini, neque perturbationi animi, nec fortunæ succumbere. Altera est res, ut, cum ita sis affectus animo, ut supra dixi, res geras magnas illas quidem, & 9 maxime utiles, sed & 10 vehementer arduas plenasque laborum, & periculorum, 11 cum vitæ, tum multarum aliarum rerum, quæ ad vitam pertinent. Harum rerum duarum 12 splendor omnis & amplitudo, addo etiam 13 utilitatem, in 14 posteriore est: causa autem, & ratio efficiens magnos viros, est in 15 priore. In eo enim est illud, quod excellentes animos, & humana contemnentis facit. Id autem ipsum cernitur in 16 duobus, si & solum id, quod honestum sit, bonum iudices, & ab omni animi perturbatione liber sis. Nam & ea, quæ 17 eximia plerisque, & præclara videntur, parva ducere: eaque ratione stabili, firmaque contemnere, fortis animi magnique ducendum est: & ea, quæ 18 videntur acerba,

1 Cognoscitur, perspicitur. 2 res externæ sunt, quæ extra corpus animumque habentur, ut divitiæ, imperia, magistratus, & omnia bona fortunæ. 3 omnes res fortunæ contemne; nihil admirare, nisi virtutem &c. 4 inductum in opinionem. 5 Horatius idem dicit: Nil admirari prope res est una Numici, solaque quæ possit facere & servare beatum. Admiratio hic intelligitur imprudens rerum vanarum. 6 animo. 7 consilio: inde prius optamus, postea consilio expetimus. 8 nullius hominis metu ab honestate deficere, vel gratia inflecti: non ad iram proclivem esse: non cuiusquam opes pertimescere. 9 reipublica

& patriæ atque communi hominum utilitati. 10 plenas difficultatis. 11 in libris vulgaribus legitur, cum causa vitæ, sed vox causa supposita est & adulterina, nec in MSS. exstat. 12 Facta in oculos hominum incurrunt, & sensus. 13 non tantum res utilitatem reipubl. spectantes, sed & sui & suorum. 14 in secunda parte & re, circa quam versatur vir fortis & magnus, ut scilicet res arduæ gerantur, &c. 15 in despicientia rerum externarum. 16 Despicientiam dividit in rectum iudicium de bonis & malis, & ἀπαξίαν. 17 præclara & plena splendoris & audis, ut magistratus, honores, divitiæ. 18 re ipsa autem

ba, quæ 19 multa, & varia in hominum vita fortunaque versantur, ita ferre, ut nihil 20 a statu naturæ discedas, nihil 21 a dignitate sapientis, robusti animi est, magnæque constantiæ. Non est autem consentaneum, qui metu non frangatur, eum frangi 22 cupiditate: nec, qui invictum se a labore præstiterit, vinci a voluptate; quamobrem & hæc 23 videnda, & pecuniæ fugienda cupiditas. Nihil enim est tam 24 angusti animi, tamque parvi, quam amare divitias: nihil honestius, 25 magnificentiusque, quam pecuniam contemnere, si non habeas, si habeas, ad beneficentiam, liberalitatemque conferre. Cavenda est etiam 26 gloriæ cupiditas, ut supra dixi, 27 eripit enim libertatem, pro qua magnanimis viris 28 omnis debet esse contentio. Nec vero 29 imperia expetenda, ac potius aut 30 non accipienda interdum, aut 31 deponenda nonnunquam. Vacandum autem est omni animi perturbatione, tum cupiditate, & metu, tum etiam ægritudine, & 32 voluptate animi, & iracundia, ut tranquillitas & securitas adsit, quæ affert cum 33 constantiam, tum etiam 34 dignitatem. Multi autem & sunt, & fuerunt, qui eam, quam dico tranquillitatem expectentes, a negotiis 35 publicis se removerint, ad 36 otiumque 37 perfugerint. In his & nobilissimi 38 phi-

C 2

38 phi-

no n sunt, sed opinione tantum hominum non recte sentientium & imperitorum. 19 quoniam varii sunt casus humani. 20 a mentis tranquillitate & gravitate, quam natura ipsa nobis dedit. 21 ne quid facias, quod non deceat sapientem, cuius non est adversis fortunæ casibus moveri, aut secundis tolli. 22 cupiditate rerum humanarum, affectibus & voluptatibus. *Quippe nec ira Deum tantum, nec tela, nec hostes, quantum sola nocet animis illapsa voluptas.* 23 consideranda, animadvertenda. 24 demissi & vilis. 25 quod magis deceat magnificum, qui magnos facit sumtus sine aliqua avaritia. 26 quam tum maxime amittimus, cum maxime affectamus. 27 nam gloriæ cupidus non est sui juris, sed servit affe-

qui. 28 omnia, quæ magnanimus facit, eo spectant, ut sit liber. 29 magistratus & cura exercitus. 30 ut Timoleon regnum Corinthi; Scipio Africanus regnum Hispaniæ. 31 ut Tarquinus Collatinus consultatum, Sulla dictaturam. 32 cum de animi perturbationibus agatur, voluptas nulla corporis, sed animi tantum intelligenda est. Neque vero gaudium animi hic significatur, cum ratione animus movetur placide & constanter: sed lætitia gessiens, quæ est sine ratione animi elatio. 33 perseverantiam, hoc est, in re cum ratione considerata stabilem permanenciam. 34 auctoritatem honestam. 35 gubernatione reipublicæ. 36 cessationem negotiorum & curæ publicæ. 37 tanquam in  
lo-

38 Philosophi, longeque 39 principes, & quidam homines 40 severi, & graves, nec populi, nec principum mores ferre potuerunt: vixeruntque nonnulli in agris, delectati 41 re sua familiari. His idem propositum fuit, quod 42 regibus, ut ne qua re egerent, ne cui parerent, 43 libertate uterentur: cuius proprium est, sic vivere, ut velis.

## C A P. XXI.

## A R G U M E N T U M.

*Insistit incepto argumenta, ac primo quidem refert eos, qui jure possint a gubernanda Republica abstinere: secundo, qui nullo jure se removere queant, recenset, geminam hujus propositionis causam afferens: tertio de officiis gubernantium Rempublicam agit, quæ quatuor potissimum esse dicit: postremo præceptum de vitanda remeritate subjiciens monito in omni deliberatione necessario concludit.*

**Q**UARE, cum hoc commune sit potentia cupidorum cum iis, quos dixi, otiosis, 1 alteri se adipisci id posse arbitrantur, si 2 opes magnas habeant: 3 alteri, si contenti sint & suo, & parvo. In quo neutrorum omnino contemnenda est sententia: sed & 4 facilius, & 5 tutius, & 6 minus aliis gravis, aut molesta vita est otiosorum: 7 fructuosior autem hominum generi, & ad 8 claritatem, 9 amplitudinemque aptior eorum, qui se ad rempublicam & ad res magnas gerendas accommodaverunt. Qua-

locum tutum & non obnoxium tot fluctibus, quot surgunt in republica. 38 ut Socrates, Plato, Aristoteles, Epicurus cum suis sectatoribus. 39 valde primi inter ipsos Philosophos. 40 ut Pomponius Atticus. 41 domestica, delectati re sua familiari. 42 vocabulo magnificentissimo eorum institutum ornat. 43 ut essent liberi in otio, quod sequebantur.

1 Reges. 2 regnum opulentum magnasque potentias. Qui enim opes possidet, se ipsarum

præsidio omnia posse credit. 3 otiosi & Philosophi, si imponant finem cupiditatibus. 4 quoniam facilius possumus philosophari, quam regnare. 5 quia Philosophi non timent gladios fortunæ, quibus Reges obnoxii sunt. 6 quoniam non offenduntur homines otio Philosophorum. 7 afferens majorem utilitatem communi hominum societati. Ergo præstantior: non enim nobis tantum ipsis nati sumus. 8 splendorem nominis. 9 gloriam.

10 pro,



Quapropter, & iis forsitan concedendum sit 10 rem-  
publicam non capeffentibus, qui 11 excellenti inge-  
nio, doctrinæ sese dediderunt, & iis qui aut 12 va-  
letudinis imbecillitate, aut 13 aliqua graviore causa  
impediti, a republica recesserunt, cum ejus admini-  
strandæ potestatem aliis laudemque concederent.  
Quibus autem talis nulla sit causa, si 14 despiciere  
se dicant ea, quæ 15 plerique 16 admirentur, im-  
peria, & magistratus, iis non modo non laudi, ve-  
rum etiam 17 vitio dandum puto. Quorum 18 ju-  
diciam in eo, quod 19 gloriam contemnant, & pro  
nihilò putent, difficile factum est non probare: sed vi-  
dentur 20 labores, & molestias tum 21 offensionum,  
tum 22 repulsarum, quasi quandam 23 ignominiam,  
timere, & infamiam. Sunt enim, qui in rebus con-  
trariis 24 parum sibi constant: voluptatem 25 seve-  
rissime contemnant, in dolore sint 26 molliores: 27  
gloriam negligant, frangantur infamia: atque ea qui-  
dem non satis constanter. Sed iis, qui habent a na-  
tura 28 adjumenta rerum gerendarum, 29 abjecta  
omni cunctatione, adipiscendi magistratus, & 30 ge-  
renda respublica est. Nec enim aliter aut regi civi-  
tas, aut declarari animi 31 magnitudo potest. 32 Ca-  
peffentibus autem rempublicam 33 nihilò minus quam  
Philosophis, haud scio an magis etiam, & magnifi-

C 3

cen-

10 pro, si non capeffant. Græ-  
co more dictum. 11 Vide Sene-  
cam de tranquillitate animi cap.  
36. & Epictetum in Enchiridio  
cap. 31. 12 infirma valetudine;  
ut majoris Africani filius. 13  
cum, alicujus metu, libere sen-  
tentiam dicere non licet. 14  
contemnere. 15 major pars ho-  
minum. 16 magni æstiment.  
17 vituperandum, seu vitio ver-  
tendum. 18 sententiam & opi-  
nionem. 19 non enim amanda  
gloria, sed id, unde oritur glo-  
ria, honestum, & virtus. 20 qui  
subeundi sunt in petendo magi-  
stratu. 21 cum res ex animi  
sententia non succedit: vel,  
quod magistratum bona fide ge-  
renti multorum simultates &  
odia suscipienda sunt. 22 quo-  
niam non adipiscuntur magi-  
stratum, quem petunt. 23 cum  
ignominia non tam sunt, quam  
solidæ gloriæ, materies. 24 pa-  
rum sint constantes in rebus ad-  
versis, medii terminos transi-  
lientes. 25 gravissime & con-  
stanter. 26 fracto animo & mol-  
li. Utrumque fortitudinis est,  
nec dolore, nec voluptate vin-  
ci. 27 facilius enim rebus com-  
modis caremus, quam incom-  
modas sustinemus. Sed vir for-  
tis & magnus non timet infamiam  
injuria illatam. 28 qui  
valent ingenio, prudentia, vi-  
ribus corporis. 29 sine aliqua  
mora. 30 administranda. 31  
quæ non in otiosa vita, sed in  
rebus gerendis prospicitur. 32  
accedentibus ad curam reipubli-  
cæ. 33 Sensus est: Philosophi  
magnificentiam & despicientiam  
rerum humanarum adhibent:  
capeffentes vero rempubl. nihilò  
mi-

centia, & 34 despicientia adhibenda sit rerum humanarum, quam sæpe dico, & 35 tranquillitas animi, atque securitas: siquidem nec anxii futuri sunt, & cum gravitate constantiaque victuri. Quæ eo 36 facilio-  
ra sunt Philosophis, quo minus 37 multa 38 patent in eorum vita, quæ fortuna feriat, & quo minus multis rebus egent: & quia, si quid adversi eveniat, tam graviter 39 cadere non possunt. Quocirca non sine causa 40 majores motus animorum concitantur, majoraque efficienda rempublicam gerentibus, quam 41 quietis: quo magis his & magnitudo animi est adhibenda, & vacuitas 42 ab angoribus. Ad rem gerendam autem qui accedit, caveat, ne id modo consideret, quam illa res honesta sit, sed etiam, ut habeat, 43 efficiendi facultatem. In quo ipso 44 considerandum est ne aut 45 temere desperet propter ignaviam, aut 46 nimis confidat propter cupiditatem. 47 in omnibus autem negotiis, priusquam aggrediare, adhibenda est 48 præparatio diligens.

## C A P. XXII.

## A R G U M E N T U M.

*Quandoquidem fortitudinem in castrensem, & togatam supra distinxerat Cicero, utriusque nunc collationem instituit, & utra sit præstantior, disputat. Præfert.*

minus, quam Philosophi, & fortasse magis etiam, adhibere debent. 34 ut omnia contemnat, quæ homini accidere possunt in utramque partem. 35 seditio perturbationum. 36 tanto facilius est Philosophis servare gravitatem, & vacare affectibus, quanto minus est in ipsis, quod sit in manu fortunæ. 37 pauciora, quam in vita eorum, qui rempubl. administrant. 38 sunt obnoxia & exposita telis fortunæ, ut magistratus & imperia. 39 quoniam Philosophis omnia sunt præmeditata. Alii vero tolluntur in altum, ut lapsu graviore ruant. 40 quoniam timent casum & tela fortunæ. 41 otiosus seu Philosophis. 42 animi perturbationibus. 43 In-  
spicere debemus primum nosmet ipsos, deinde quæ aggredimur negotia, deinde eos, quorum causa, aut cum quibus agendum est. Ante omnia necessarium est se ipsum estimare: quia fere plus nobis videmur posse, quam possumus. Seneca de tranquillit. animi cap. 4. 44 prudenter judicandum. 45 nullo adhibito iudicio desperet, se posse perficere, quod incepit. 46 ne nimis audeat. 47 in omnibus rebus agendis, tam bello, quam pace. 48 diligenter omnia necessaria præparanda sunt, ut id, quod incipimus, perficere possimus: hoc enim nisi fiat, turpiter nos prostituemus.

ferre autem togatam bellicæ, idque tam rationibus, quam exemplis probat. Rationes affert duas, quarum prior a durabilitate effectuum utriusque fortitudinis, posterior a præstantia causæ efficientis petitur. Exempla sunt vel externa, Atheniensium & Lacedæmoniorum, vel domestica, cum aliorum partim togatorum, Scauri, Catuli, Nasicæ, partim Imperatorum C. Marii, & Pompeii: tum proprium, quod est oppressio conjurationis Catilinarie in toga ab auctore facta, quam a magnitudine periculorum, & testimonio Pompeii defendit, & amplificat.

**S**ED cum plerique arbitrentur, res bellicas majores esse, quam urbanas, 1 minuenda est hæc opinio. 2 Multi enim bella sæpe quæsierunt propter gloriæ cupiditatem: atque id in magnis animis, ingeniisque plerumque contingit: eoque magis, si sunt ad rem militarem 3 apti, & cupidi bellorum gerendorum. 4 Vere autem si volumus judicare, multæ res extiterunt 5 urbanæ majores, clarioresque, quam bellicæ. Quamvis enim Themistocles jure laudetur, & sit ejus nomen, quam 6 Solonis, illustrius, citeturque 7 Salamis clarissimæ testis victoriæ, quæ anteponatur consilio Solonis, ei, quo 8 primum constituit Areopagitas; non minus præclarum hoc, quam illud, judicandum est. Illud enim 9 semel profuit, hoc semper proderit civitati: hoc consilio leges Atheniensium, hoc majorum instituta servantur. Et Themistocles quidem nihil dixerit, in quo ipse Areopagum adjuverit: at 10 ille vere, ab se adjutum Themistocles.

C. 4.

mi-

1 Confutanda est, non tollenda. Tempus autem hoc dijudicat: modo enim bellicæ excellent, modo urbanæ. 2 ut Mummius Achaicus, M. Crassus, Julius Cæsar, multique alii. 3 præstantes robore corporis, & membrorum optima valetudine. 4 sine fraude, & ut veritas ipsa requirit. 5 gesta consilio senatorum urbanorum. 6 Solon Archon & Legislator creatus novis legibus Rempublicam Atheniensium temperavit, anno III. Olympiadis XL VI. 7 vide supra Cap. XVIII. Not. 38. 8

Cecrops primus, qui urbem Athenarum condidit, Areopagum constituit. Ab urbe condita usque ad Solonem anni fere CCCLV. numerantur, qui cum alia pleraque Atheniensium instituta abrogasset, Areopagi Senatam, quod popularis esset, retinuit, & tam longo tempore labefactatum restituit. Quod Cicero indicat, dum constitutum eum Senatam dicit a Salone. Est enim constituere, confirmare, robur addere. 9 Peris Græcia pulsus, ac trucidatus, 10 Areopagus vere adjutum. 11 vide.

mistoclem. Est enim bellum gestum consilio senatus  
 ejus, qui a Solone erat constitutus. Liceat eadem  
 de 11 Pausania 12 Lysandroque dicere: quorum re-  
 bus gestis quamquam imperium Lacedæmoniorum 13  
 dilatatum putatur; tamen ne minima quidem ex par-  
 te Lycurgi legibus, & disciplinæ 14 conferendi sunt;  
 quin etiam 15 ob has ipsas causas & 16 parentiores  
 habuerunt exercitus, & 17 fortiores. 18 Mihi qui-  
 dem, neque 19 pueris nobis, 20 M. Scaurus 21 C.  
 Mario, neque, cum 22 versaremur in republica, 23  
 Q. Catulus 24 Cn. Pompejo cedere videbatur. 25  
 Parva enim sunt foris arma, nisi est consilium do-  
 mi. Nec plus 26 Africanus, singularis 27 & vir, &  
 imperator, in 28 excindenda Numantia reipublicæ  
 profuit, quam eodem tempore 29 P. Nasica 30 pri-  
 vatus, cum 31 Tib. Gracchum interemit: quam-  
 quam 32 hæc quidem res non solum ex domestica est  
 ratione, attingit etiam 33 bellicam, quoniam vi  
 manuque confecta est: sed tamen id ipsum gestum est  
 consilio 34 urbano, sine exercitu. Illud autem opti-  
 mum

11 vide supra Cap. XVIII. not. 30. 12 Lysander Lacedæmonius Athenas per deditio-  
 nem cepit, & de Antiocho tro-  
 phæa statuit. 13 Multum hic va-  
 riant MScTa & Interpretes. Di-  
 latatum retinet Grævius cum  
 editionibus melioribus. Facile  
 quidem credit, aliam hic vocem  
 extitisse, quæ intercedit, sed  
 tamen sententia hanc aut simi-  
 lem desiderat. 14 comparandi  
 sunt. 15 propter disciplinam,  
 leges, & educationem juvenum,  
 ut præcepit Lycurgus. 16 ut ab  
*obediens obedientior*, sic a *parens*  
*parentior* dicitur. Alii, *para-*  
*riores*. Respicit ad ordinem mi-  
 litæ, quæ sæpe victoriam Spar-  
 tani sunt adepti. 17 promptio-  
 res ad omnia pericula & labo-  
 res. 18 Hætenus de Græcis:  
 nunc de Romanis ponit exem-  
 pla & comparat. 19 cum ego  
 essem puer. Natus autem Cice-  
 ro anno ab V. C. DCXLIX. 20  
 Hic gloria domestica floruit,  
 æste *gravitatis & constantiæ*,  
 entulum.

Nec tamen bellica gloria ca-  
 ruit: nam de Liguribus Consul  
 A. V. C. DCXLVI. triumphavit.  
 21 qui bellica laude claruit, &  
 sexies consul fuit. 22 cum se-  
 natoriis muneribus fungeremur.  
 23 fuit optimus Senator, qui  
 templum Jovis Capitolini dedi-  
 cavit &c. 24 qui bellica gloria  
 floruit, & *magnus* a devicta  
 Africa cognominatus est. 25  
 Parum profunt arma extra ur-  
 bem, nisi regantur optimo se-  
 natorum consilio. 26 minor,  
 Paulli filius. 27 belli, domi-  
 que. 28 quam delevit A. V. C.  
 DCXXI. 29 Cn. Scipionis filius,  
 Africani minoris patruelis, vir  
 optimus ob hoc ipsum a Senatu  
 judicatus. 30 nullum habens  
 publicum munus. 31 Tribunum  
 plebis, perniciosas reipubl. le-  
 ges ferentem. 32 cædes Grac-  
 chi. 33 partem bellicæ virtutis:  
 quoniam opus fuit manu & pedi-  
 bus subselliorum conficere Grac-  
 chum: sed hoc fecerunt optima-  
 tes in toga sine exercitu. 34  
 senatorio, domestico.

num est in quod invadi solere ab 35 invidis & 36 improbis audio:

*Cedant 37 arma togæ, concedat 38 laurea laudi.*

Ut enim alios omittam; 39 nobis rempublicam gubernantibus, nonne 40 togæ arma cessere? neque enim in republica periculum fuit gravius unquam, nec 41 majus otium. Ita consiliis, diligentiaque nostra 42 celeriter de manibus 43 audacissimorum civium delapsa arma ipsa ceciderunt. Quæ res igitur gesta unquam in bello 44 tanta? 45 qui triumphus conferendus? licet enim, Marce fili, apud te 46 gloriari, ad quem & hæreditas hujus gloriæ, & factorum imitatio pertinent. Mihi quidem certe, vir abundans bellicis laudibus, Cn. Pompejus, multis audientibus, hoc tribuit, ut diceret, frustra te 47 triumphum tertium deportaturum fuisse, nisi 48 meo in rempublicam beneficio, ubi triumpharet, esset habiturus. Sunt ergo domesticæ fortitudines non inferiores militaribus: in quibus plus etiam, quam in his, operæ studiique ponendum est.

## C A P. XXIII.

## A R G U M E N T U M.

*Togatam fortitudinem non inferiorem esse sagata, Cicero confirmat argumentis: quorum prius a subjecto, sive materia utriusque fortitudinis; alterum ab effectibus desumptum est. Deinde, ne prorsus non esse bellum gerendum existimaretur, præcepta quedam polemi-*

C 5

ca-

35 ut M. Antonio. 36 ut L. Bestia, & L. Pisone. 37 præstantia bellica consilio Senatorum. 38 triumphus honorifico Senatus judicio & egregio Scto. Tale judicium meruit Cicero post Catilinariam conjurationem, eodemque tempore hunc versus composuit. 39 in nostro consulatu. 40 mihi togato arma conjuratorum: quoniam in toga consilio oppressi ipsos armatos. 41 quies & tranquillitas, quæ oppressa illa conjuratione in republ. fuit. 42 intra paucos dies. 43 conjuratorum,

qui plus audebant, quam liceret. 44 quanta fuit mea, cum conjuratos oppressi. 45 quæ bellica laus alicujus imperatoris potest cum mea laude conferri de oppressa prima conjuratione? 46 O hominem gloriæ nimis cupidum! 47 primus Pompeji triumphus fuit de Africa, secundus de Hispania, tertius de Mithridate rege Ponti; quod Romanorum nemini hæcenus contigerat, ut trinum e trina orbis parte triumphum duceret. 48 mea opera & vigilantia in rempublicam.

illa

ea tradit, & quæ militari viro imprimis spectanda, quæque fugienda exponit.

**O**MNINO illud 1 honestum, quod ex animo excelso, 2 magnificoque quarimus, 3 animi efficitur, non 4 corporis viribus. Exercendum tamen corpus, & ita 5 afficiendum est, ut 6 obedire consilio, rationique possit in 7 exequendis negotiis, & in 8 labore tolerando. Honestum autem id, quod exquirimus, totum est positum in animi cura, & cogitatione: in quo non minorem utilitatem afferunt, qui 9 togati reipublicæ præsent, quam qui bellum gerunt. Itaque 10 eorum consilio sæpe aut non 11 suscepta, aut 12 confecta bella sunt, nonnunquam etiam 13 illata: ut 14 M. Catonis bellum tertium Punicum: in quo etiam 15 mortui valuit auctoritas. Quare expetenda quidem magis est 16 decernendi ratio, quam decertandi fortitudo: sed cavendum, ne 17 id bellandi magis fuga, quam utilitatis ratione, faciamus. Bellum autem ita suscipiatur, ut nihil aliud, nisi 18 pax quæsitæ videatur. 19 Fortis vero, & constantis est, non perturbari in rebus 20 asperis, nec 21 tumultuantem 22 de gradu dejici, ut dicitur; sed 23 præsentis animo uti & consilio, nec a 24 ratione discedere: quamquam 25 hoc.

1 illa laus fortitudinis & magnanimitatis. 2 magnanimo. 3 consiliis & prudentia. 4 ratione victus & arte gymnastica. 5 Græce diceretur, ἄνω διαλιπένας δὲ τὸ σῶμα. 6 ut possit obire ea, quæ ratio facienda suaserit. 7 cum necessitas jussit pugnare pro patria. 8 circa quem fortitudo versatur. 9 sine armis in urbe remp. consilio gubernant. 10 togatorum. 11 adversus aliquos, quamvis provocaverint. 12 absoluta. 13 sponte, nullo provocante. 14 vide Plin. lib. XV. 15 cum actum est, Catone jam mortuo, de Carthagine evertenda. 16 lepida oppositio, in qua nihil est emendandum. 17 ignavia, quod bellum ut timidi fugiamus. 18

Cicero in Orat. ad Cæsarem de republ. ordinanda: *Sapientes pacis causa bellum gerunt: laborem spe otii sustentant. Nisi illam firmam efficit, vinci, an vicisse, quid retulit?* 19. Vulg. fortis animi; sed vox animi est inepti glossatoris, subintelligendum potius, viri. 20 adversis. 21 tumultu perterritum perturbatum. 22 animo consternari. ac veluti a statu mentis dimoveri. Metaphora, ab athleticis & militibus. 23 animus, qui adest, quemque metus & perturbatio non abstulit, cogitat, & considerat ea, quibus optatum rei exitum consequatur. 24 a prudentia & statu sanæ mentis. 25 hoc, quod dictum est, uti animo præsentis &c.

26 il-

hoc animi, 26 illud etiam 27 ingenii magni est, 28 præcipere cogitatione futura, & aliquanto 29 ante constituere, quid accidere possit in utramque partem, & quid agendum sit, cum quid evenerit: nec committere aliquid, ut aliquando dicendum sit: 30 NON PUTARAM. Hæc sunt opera magni animi & excelsi, & prudentia, consilioque fidentis. 31 Temere autem in acie versari, & manu cum hoste 32 confingere, 33 immane quiddam, & 34 belluarum simile est; sed, cum tempus necessitasque postulat, decertandum manu est, & mars. 35 servituti, turpitudini, que anteponenda.

## C A P I T U L U M XXIV.

## A R G U M E N T U M.

*Jam Cicero ad armatam accedit fortitudinem, & ab initio fugiendam in victos severitatem, inde vero extrema fortitudinis, temeritatem, & timiditatem, vitanda esse monet. Atque hoc præceptum, quoad prius extremum, duplici similitudine medicorum & navigantium illustrat: quoad posterius vero, subjecta divisione periculorum in privata & publica vita, ubi rursus privata & ab objectis, & causis finalibus distinguit, amplificat. Porro quid fieri hic soleat, exemplis dissimilibus Græcorum; quid fieri debeat, unico Romano, declarat, tandemque omnia, quæ dixerat, a bellicis ad togatas transfert actiones.*

1 DE evertendis autem, 2 diripiendisque urbibus: valde considerandum est. NE QUID TEMERE, NE QUID CRUELITER. 3 Idque est viri  
C. 6. ma.

26 illud, quod sequitur, prævidere, scilicet futura. 27 prudentiæ naturalis. 28 antecapere & animo præoccupare. In vulgatis multis, percipere, mendose legitur. 29 firmo judicio affirmare id, quod futurum est. 30 Turpissimam aiebat Fabius Imperatoris excusationem esse, Non putaram. Seneca de Ira II. 31 idem Scipioni Africano tribuit Valerius Maximus VII. 2.

31 inconsulte, imprudenter. 32 pugnare manu tantum, non consilio. 33 ferinum & ab humanitate alienum. 34 viribus, non ratione utentium. 35 Nam fortis viri & magnanimi, potius in acie mori, quam turpiter cedere, aut pati servitutum præter decorem.

1 Solo æquandis. 2 prædandis & spoliandis. 3 in multis vulg. perperam additur fiat, de quo

magnanimi, rebus 4 agitatatis, punire fontes, 5 multitudinem conservare, in omni fortuna 6 recta, atque honesta retinere. Ut enim sunt, quemadmodum supra dixi, qui urbanis rebus bellicas anteponant: sic reperies multos, quibus periculosa, & 7 calida consilia quietis cogitationibus & 8 splendidiora, & 9 majora videantur. Nunquam omnino periculi fuga 10 committendum est, ut imbelles timidique videamur. Sed fugiendum etiam illud, ne offeramus nos periculis 11 sine causa: quo nihil posset esse stultius. Quapropter in adeundis periculis consuetudo imitanda medicorum est, qui leviter ægrotantes leniter curant; gravioribus autem morbis 12 periculosas curationes & ancipites adhibere coguntur. Quare 13 in tranquillo tempestatem adversam optare dementis est: subvenire autem tempestatem quavis ratione, sapientis: eoque magis, si plus adipiscere re 14 explicata boni, quam 15 addubitata mali. Periculosa autem rerum actiones partim iis sunt, qui eas suscipiunt, partim reipublicæ. Itemque alii de vita, alii de gloria & benevolentia civium in discrimen vocantur. Promptiores igitur debemus esse ad nostra pericula, quam ad communia: dimicareque 16 paratius de honore, & gloria, quam de cæteris commodis. Inveni autem multi sunt, qui non modo pecuniam, sed vitam etiam profundero pro patria parati essent: iidem gloriae 17 jacturam ne minimam quidem facere vellent, ne 18 reipublica quidem postulante: ut Callicratidas, qui,

quo temere libris investo dudum questus fuit Parrhasius. 4 expensa demum & animo diligenter volutata causa. 5 populum impotentem. 6 quoniam nec prosperitas, nec adversitas nos ad injustitiam & turpitudinem cogere debent. 7 ferocia & inconsulta, extemporanea & temeraria, qualia mulierum & sunt & appellantur. 8 majoris gloriae, splendoris, & famæ. 9 ampliora. 10 incidendum in hoc, quod est contra fortitudinem & magnanimitatem. 11 quo distinguitur a fortitudine temeritas: quales sunt apud Tacitum Histor. II, 86. qui non

tam præmiis periculorum, quam ipsis periculis læti pro certis olim partis nova, ambigua, ancipitia malunt. 12 quæ aut curent, aut perdant graviter ægrotantem. 13 translatio a nautis sumpta. 14 quovis modo confecta. 15 propter spem incerti exitus omissa. Sic Alexander valetudine conclamata tatius est ratus, dubiæ se fidei medico (Philippo) credere, quam indubitato morbo perire. Justinus XI, 9. 16 promptiore animo. 17 damnum, sed jactura proprie dicitur in mari, cum urgente tempestate res e navi jaciuntur. 18 utilitate Reipubl. ita exigente.

19 hoc



qui, cum Lacedæmoniorum dux fuisset 19 Peloponnesiaco bello, multaque fecisset 20 egregie 21 vertit ad extremum omnia, cum 22 consilio non paruit eorum, qui classem ab 23 Arginuffis removendam, nec cum Atheniensibus dimicandum putabant. Quibus ille respondit: Lacedæmonios, classe illa amissa, aliam parare posse: se fugere sine suo dedecore non posse. Atque hæc quidem Lacedæmoniis plaga 24 mediocris: illa 25 pestifera, qua, cum Cleombrotus, 26 invidiam timens, 27 temere cum Epaminonda 28 conflixisset, Lacedæmoniorum 29 opes corruerunt. Quanto 30 Q. Maximus melius? de quo Ennius:

*Unus homo nobis 31 cunctando 32 restituit rem:*

*Non ponebat enim 33 rumores ante 34 salutem.*

*35 Ergo postque magisque viri nunc gloria claret.*

Quod genus peccandi vitandum est etiam in rebus urbanis. Sunt enim, qui quod sentiunt, etsi 36 optimum sit, tamen invidiæ 37 metu non audent dicere.

## CAP.

19 hoc bellum descripserunt Thucydides & Xenophon. 20 strenue & fortiter. 21 in fine turbavit: & publicam perdens felicitatem, & suam gloriam amittens. 22 sententiæ: nam censebant tempori cedendum esse; nec expectandam classem Atheniensium. 23 sunt tres insulæ parvæ, sitæ in continenti ante Lesbum in Maltæ conspectu, contra Mitylenen. 24 vide de hoc prælio Diodorum Siculum lib. XV. non multum detrimenti Lacedæmoniis attulit, quoniam non amiserunt imperium, imo superarunt tandem Athenienses, post Callicratidæ mortem, duce Lysandro. 25 quæ Lacedæmoniis imperium eripuit, exitiumque attulit. 26 ne videretur cum hoste Epaminonda sentire, differendo pugnam. 27 malo consilio & nulla spe victoriæ. 28 in præclara Leuærica pugna. 29 potentia & imperium. 30 Q. Fabius Maximus, qui cum bello Punico secundo dictator esset, Hannibalem summa patientia & cunctatione fregit. 31 differendo pugnam, quam Hannibal fortuna tunc adspirante optabat. 32 imperium Romanum prope collapsum recuperavit. 33 obtreccationes eorum, qui Fabium appellabant segnem & cunctatorem pro dictatore. 34 Reipublicæ Romanæ. 35 Lepida sententia: Ergo claret ejus viri gloria non modo post obitum, sed magis etiam, quam cum viveret. 36 ipsi reipublicæ, & communi utilitati. 37 ne aliquem lædant, si id dixerint, quod patriæ optimum est.

## A R G U M E N T U M.

Revertitur ad vitam togatam Cicero, & primo præceptis duobus Platonis, quæ sint officia gubernatorum Reipublicæ, docet: nempe præferendam salutem publicam privatis commodis, fugiendamque esse προσωποληψίαν, id est opum, & dignitatis respectum. Siquidem inde seditiones, discordiæ, & bella civilia orirentur: quod similitudine, contrario, addito eventu, & exemplis ostendit. Deinceps a forti, magnanimoque homine remotam cupit calumniam, ambitionem, iracundiam, & morositatem, eidemque commendat veritatem, justitiam, clementiam, & affabilitatem. Cum fortitudinis quoque munus sit, delicta coercere, præscribit aliquot regulas in puniendo observandas: in quarum postrema Peripateticos τὸ Δυμοειδῆς tantopere in homine laudantes perstringit, eique Stoicorum opponit ἀπαθείαν.

**O**MNINO, qui reipublicæ præfuturi sunt, duo in Platonis præcepta 2 teneant: unum ut utilitatem civium 3 sic tueantur, ut quæcunque agunt, ad eam 4 referant, 5 obliti commodorum suorum: alterum, ut 6 totum corpus reipublicæ curent, ne dum partem aliquam tuentur, reliquas deserant. Ut enim 7 tutela, sic procuratio reipublicæ ad utilitatem eorum, qui commisi sunt, non ad eorum, quibus commissa, gerenda est. Qui autem parti civium consulunt, partem negligunt, rem 8 perniciosissimam in civitatem inducunt, seditionem atque discordiam: ex quo evenit ut alii populares, alii studiosi 9 optimi cujusque videantur, pauci 10 universorum. Hinc apud Athenienses magnæ 11 discordiæ: in 12 nostra repu-

1 In libro de Republ. 2 obferrent & sciant. 3 eo pacto & animo. 4 omnia illius communitatis causa faciant. 5 non curantes proprias utilitates: quod difficile admodum est, propter φιλαυτίαν. 6 Nam frustra proceres princeps, plebe neglecta, ut defœtura corpore caput, nuntaturumque instabili pondere tuetur. Plin. Panegyri. cap. 27. 7 constituitur enim tutor in rem pupilli, & ut ejus serviat rationibus. 8 afferentem maximam perniciem. 9 qui dicuntur optimates. 10 qui tam optimates, quam plebem curent. 11 ut Cycloniorum, Diacriorum, obaratorum,

republica, non solum seditiones, sed pestifera etiam  
 13 bella civilia: quæ gravis & fortis civis, & in re-  
 publica dignus. 14 principatu, fugiet, atque ode-  
 rit, tradetque se. 15 totum reipublicæ: neque opes  
 aut potentiam confectabitur: totamque eam sic tue-  
 bitur, ut omnibus consulat. Nec vero criminibus fal-  
 sis in odium aut invidiam quemquam. 16 vocabit:  
 omninoque ita justitiæ, honestatique adhærescet, ut  
 dum eam conservet, quamvis graviter. 17 offendat,  
 mortem appetat potius, quam deserat illa, quæ  
 dixi. 18 Miserrima est omnino. 19 ambitio, hono-  
 rumque contentio: de qua præclare apud. 20 eundem  
 est Platonem: 21 similiter facere eos, qui inter se  
 contenderent, uter. 22 potius rempublicam admini-  
 straret, ut, si nautæ certarent, quis eorum potissi-  
 mum gubernaret. Idemque præcepit, ut eos adver-  
 sarios existimemus, qui. 23 arma contra ferant: non  
 eos, qui. 24 suo iudicio tueri rempublicam velint:  
 qualis fuit inter. 25 P. Africanum, & Q. Metellum  
 sine acerbitate dissensio. Nec vero audiendi, qui. 26  
 graviter irascendum. 27 inimicis putabunt, idque ma-  
 gnanimi, & fortis viri esse censebunt: nihil enim lau-  
 dabilius, nihil magno, & 28 præclaro viro dignius.  
 29 pla-

torum, & aliorum: quas omnes  
 Solon composuit, docente Plu-  
 tarcho in eius vita. 12 ut se-  
 cessiones in montem sacrum, &  
 Gracchorum, & sexcentæ aliæ.  
 13 quæ fuerunt inter Syllam &  
 Marium: inter Cæsarem & Pom-  
 pejum &c. 14 ut sit princeps  
 in civitate. 15 Patriam unam  
 spectabit: ad eam omnia refe-  
 ret. Non partim serviet sibi,  
 partim reipubl. sed totus rei-  
 publ. serviet, aut saltem nun-  
 quam sibi cum detrimento rei-  
 publicæ. 16 non adducet in  
 odium alicujus partis. 17 in  
 rebus suis, id est, damnum pa-  
 tiatur, & jacturam faciat rei  
 familiaris, & dignitatis. 18  
 quia affert miserias & servitu-  
 tem, privatque libertate & tran-  
 quillitate animi. 19 vide libel-  
 lum Q. Ciceronis de petitione  
 consulatus. 20 Lib. VI. de Re-  
 publica. 21 Erasmus hoc genus

loquendi novam & inusitatum  
 esse arbitratur: sed ita etiam  
 alibi Cicero. Ut Tuscul. 4. si-  
 militer facit, ut si posse putet  
 eum &c. 22 potius dicitur de  
 duobus: quis de pluribus. Vide  
 elegantiam a Cicerone serva-  
 tam. 23 Plato de Legibus lib.  
 IX. docet, qui Reipubl. hostes  
 sint censendi. 24 ut ipsis vide-  
 tur, & putant esse melius. 25  
 Africanus ex Africa, Metellus  
 ex Macedonia, eodem anno  
 triumpharunt. Valerius Maxi-  
 mus lib. IV. eorum contentio-  
 nem ab æmulatione virtutum  
 profectam, ad graves testatasque  
 inimicitias progressam fuisse scri-  
 bit: ita tamen, ut eam præci-  
 pua veneratione deleverit mo-  
 deratio. 26 Seneca iram mu-  
 liebre vitium esse dicit. 27 iis,  
 qui voluntate a nobis abhorrent,  
 non hostibus. 28 Amplissimo,  
 & summa laude digno.

29 quæ

29 placabilitate, atque 30 clementia. In liberis vero populis, & in 31 juris æquabilitate, exercenda etiam est 32 facilitas, & 33 altitudo animi, quæ dicitur: ne, si irascamur aut 34 intempestive accedentibus, aut 35 impudenter rogantibus, in 36 morositatem 37 inutilem, & 38 odiosam incidamus. Et tamen ita 39 probanda est mansuetudo, atque clementia, ut adhibeatur 40 reipublicæ causa 41 severitas, 42 sine qua administrari civitas non potest. Omnis autem & 43 animadversio, & 44 castigatio, 45 contumelia vacare debet: neque ad eum, qui 46 punitur aliquem aut verbis castigat, sed 47 ad reipublicæ utilitatem referri. Cavendum est etiam, ne 48 major poena, quam culpa sit: & ne iisdem de causis alii 49 plectantur, alii 50 ne appellentur quidem. Prohibenda autem maxime est ira in puniendo: numquam enim 51 iratus qui accedet ad poenam, mediocritatem illam

te-

29 quæ ad eos pertinet, qui concitati facile placantur. 30 Seneca ait, clementiam esse temperantiam animi in potestate ulciscendi, vel lenitatem superioris adversus inferiorem in constituendis poenis. 31 *ἰσωνομία* 32 faciles omnibus aditus ad eos, qui liberos populos regunt, esse debent: neque ulla esse occupatio tanta, quæ eos impediatur ab iis, qui querelas suas ad eos perferre volunt, audiendis. 33 altitudo animi non est hoc loco excelsitas, vel elatio; sed *βαθύτης* seu altitudo, qua præditus homo non statim detegit omnes animi motus, neque eos in promptu habet, sed abdit ac tegit, cum opus est. 34 Hinc Terentius: *In tempore ad eum veni, quod rerum omnium est primum.* 35 ea, quæ honeste, sineque summa nostra fraude præstare non possumus. 36 morosus est, qui nimis exacte, nimisque ad unguem fieri omnia postulat, ut aliquando ob id indignetur, & levissima re offendatur. 37 ei, in quo est. 38 aliis. 39 laudanda. 40 ut tranquillitas & honesta disciplina conservetur. 41 talis Atticus, teste Cornelio Nepote in ejus

vita cap. 15 & Agricola, de quo Tacitus cap. 7. *Nec illi, quod est rarissimum, aut facilitas auctoritatem, aut severitas amorem deminuit.* 42 nam licentia omnes deteriores fiunt. 43 cum quis punitur in pecunia, vel in persona; sed plerumque in persona. 44 quæ fit verbis, ut mox Cicero. 45 contumelia est species injuriæ, cum quis punitur iudicis affectu, & magis studio notandi infamia, quam juris exequendi. Qui ergo in castigando contumeliosus est, ostendit, se libidine potius & iracundia, quam justitiæ studio duci. 46 *Punit* habent multi; sed *punitur* scripsit Cicero, teste Nonio & Servio: quemadmodum etiam Cicero *vetari* & *queri* dixit, pro *vetare* & *querere*. 47 cum punitio propter exemplum fit, ut cæteri a similibus peccatis, quæ prohiberi publicitus interest, metu cognitæ poenæ deterreantur. 48 nam poenæ potius molliendæ sunt, quam exasperandæ. 49 graviter puniantur. 50 ne verbis quidem castigentur; ut Juvenalis ait: *Dat veniam corvis, vexat censura columbas.* 51 Cupiditas modum non novit. Est autem ira cupiditas ultionis. Quare qui-

cun-

tenebit, quæ est inter nimium, & parum: quæ placet 52 Peripateticis; & recte placet, modo ne laudarent 53 iracundiam, & dicerent 54 utiliter a natura datam. Illa vero omnibus in rebus 55 repudianda est: optandumque, ut ii, qui præfunt reipublicæ, 56 legum similes fiat: quæ ad puniendum non iracundia, sed æquitate ducuntur.

## C A P. XXVI.

## A R G U M E N T U M.

*Hic docet, quid in rebus secundis, & successibus prosperioribus viro forti vitandum, retinendumque sit. Post civilem denuo laudat fortitudinem, eamque in publicam, & privatam, atque hanc rursus in philosophicam & æconomicam distribuit; fontemque hunc officiorum tertium præceptorum hætenus traditorum commendatione claudit.*

**A**TQVE etiam 1 in rebus prosperis, & 2 ad voluntatem nostram fluentibus, superbiam, 3 fastidium, 4 arrogantiamque 5 magno opere fugiamus. Nam ut adversas res, sic secundas immoderate ferre, 6 levitatis est: præclaraque est æquabilitas in omni vita, & 7 idem semper vultus, eademque frons: ut de 8 Socrate, item de 9 Cajo Lælio accepimus. Philippum quidem, Macedonum Regem, rebus gestis, & glo-

cumque ad reposcendam poenam iratus accedit, modum tenere non potest. 52 sectatoribus Aristotelis, quem vide in secundo Moralium. 53 Seneca inter iram & iracundiam idem ait interesse, quod inter ebrium & ebriosum, inter timentem & timidum. 54 si tantum ob egregias res irascemur. 55 vide Ciceronem IV. Tusculan. ubi totus Stoicus Peripateticos vehementer reprehendit. 56 Hinc hausit Seneca de Ira, L. 16. *Procedam in tribunal, non furvens, nec infestus, sed vultu legis, quæ scilicet non excandescit, sed omnibus est equalis.*

1 Difficilius enim res secundæ feruntur, quam adversæ. 2 ut nos optamus. 3 cum omnia, quæ videntur esse infra nostram fortunam, fastidio quodam rejicimus. 4 quæ plus sibi honoris tribui postulat, quam meretur. 5 ali *magnopere*: sed Ciceroni & aliis antiquis familiare est, *magno opere, maximo opere, summo opere &c.* 6 inconstantiæ, quæ gravitati inimica est. 7 quoniam mutatio vultus indicat, animum non esse sedatum. 8 quod de Socrate Xantippe prædicat III. Tuscul. 15. 9 qui Scipionis Africani summus amicus, & sapiens a Romanis ap-

pel-

gloria superatum a 10 filio: 11 facilitate vero, & humanitate video superiorem fuisse. Itaque alter semper magnus, alter sæpe 12 turpissimus fuit: ut recte præcipere videantur, qui monent, ut 13 quanto superiores simus, tanto nos geramus summissius. Panætius quidem 14 Africanum auditorem & familiarem suum solitum ait dicere: ut equos, propter crebras 15 contentiones præliorum ferocitate exultantes, domitoribus tradere solent, ut his facilius possint uti; sic homines, secundis rebus 16 effrænatos, sibi-que 17 præidentes, tamquam in 18 gyrum rationis & doctrinæ duci oportere, ut 19 perspicerent rerum humanarum imbecillitatem, varietatemque fortunæ. Atque etiam in 20 secundissimis rebus maxime est utendum consilio amicorum: hisque major etiam, quam ante, tribuenda est 21 auctoritas. Iisdemque temporibus cavendum est, ne assentatoribus patefaciamus aures, nec 22 adulari nos sinamus; in quo falli facile est. Tales enim nos esse putamus, ut jure laudemur. Ex quo nascuntur innumerabilia peccata, cum homines 23 inflati opinionibus, turpiter irridentur, & in maximis versantur 24 erroribus. Sed hæc quidem hæc hactenus. Illud autem sic est judicandum, 25 maximas geri res, & maximi animi ab iis, qui rempublicam regant, quod eorum administratio latissime pateat, ad plurimosque pertineat; esse autem magni ani-

pellatus fuit. 10 Alexandro Magno. 11 *Iram pater (Philippus) dissimulare, plerumque etiam vincere: hic (Alexander) ubi exarsisset, nec dilatio ultionis, nec modus erat.* Justinus IX. 8. 12 sæpe infamia summa notatus propter insolentiam & crudelitatem in suos, cum merito incaluisse. 13 *quo plura possis, plura patienter feras.* Seneca Troad. 14 vide Vellejum Paterculum. Panætius fuit præceptor Africani minoris, & in libris de Officiis a Cicerone sæpe allegatis hæc de illo inseruit. 15 decertationes & prælia, strepitusque tubarum, quibus effecti sunt ferociosiores. 16 superbientes & elatos. 17 nimium fidentes. 18 Quemadmodum enim

equi in gyrum aguntur, nec suo impetu ferri sinuntur; sic non est committendum, ut homines fortunati ultra eos limites, vel dicendo vel agendo, evagentur, quos ratio & doctrina præscribunt. 19 & cogitando, & discendo. 20 quoniam homines in prospera fortuna non sunt compotes sui. 21 auctoritati illorum & monitis credendum. 22 adulatione circumveniri. Passive dictum, jmore antiquo. 23 elati tali persuasione. 24 quoniam ea non habent, quæ habere se credunt. 25 Affert Cicero suam sententiam & conclusionem superioris disputationis: & dicit illos esse locandos in primo magnanimitatis gradu, qui reip. regunt. 26 hæc

animi, & fuisse multos, etiam in 26 vita otiosa, qui aut 27 investigarent, aut 28 conarentur 29 magna quædam, 30 seseque suarum rerum finibus continerent: aut 31 interjecti inter Philosophos, & eos, qui rempublicam administrarent, delectarentur 32 re sua familiari, non eam quidem omni ratione 33 exaggerantes, 34 neque excludentes ab ejus usu suos: potiusque 35 & famicis impartientes, & reipublicæ, si 36 quando usus esset. 37 Quæ primum bene parta sit nulloque 38 turpi quæstu, neque 39 odioso: tum, quamplurimis 40 modo dignis se utilem præbeat: deinde, augeatur 41 ratione, 42 diligentia, 43 parsimonia: nec 44 libidini potius luxuriæque quam liberalitati, & beneficentiæ, pateat. Hæc præscripta servantem, licet 45 magnifice, 46 graviter, 47 animoseque vivere atque etiam 48 simpliciter, 49 fideliter, vitæque hominum 50 amice.

C. A. P. XXVII.

A R G U M E N T U M.

*Absolutis tribus prioribus, quartum nunc Honesti fontem ostendit. Ac primum elegantissimis vocabulis Tem-*

26 hi sunt secundi, qui se ad philosophandum contulerunt & doctrinam. 27 inquirerent ingenio & invenirent. 28 etsi illa non assequerentur. Nam in magnis voluisse sat. est. 29 notitiam magnarum rerum & causas earum. 30 suum negotium agerent, contenti sua fortuna & sorte, nec dignitates & honores captarent. Metaphora almitibus agrorum. 31 medii. 32 quam Philosophi non curant. 33 non accumulantes rem domesticam per fas & nefas; sed unde oportet: id est, & suis prædiis pecuariis & villatica pastione. Excludit avaritiam. 34 requirit benignitatem. 45 His & præcedentibus verbis descripsit quasi Pomponium Atticum, cujus vitam apud Cornelium Nepotem vide. 36 si necessitas exigeret. 37 tria maxime præcipiuntur in re familia-

ri. 38 fordido, inhonesto: ut lenocinium, militia mercenaria, latrocinium. 39 publicanorum, portitorum, fœneratorum. 40 alioquin esset contra justitiam & liberalitatem, quæ dare debet, quibus oportet. 41 quæ scilicet res uberiores fructus, & certiores redditus afferant. 42 ut ipse rem tuam cures, neque quidquam omittas. 43 Magnum enim verctigal est parsimonia, ut ait noster in Paradoxis. 44 intemperantiæ & superfluitati. 45 cum splendore & gloria. 46 constanter, non leviter. 47 absque metu & trepidatione. 48 sine fraude, non sophistice. 49 absque perfidia & negligentia. 50 humaniter, non tyrannice. Ut nullius hominis inimicitiam suscipias, sed omnium benevolentiam tibi concilies.

I PRO

Temperantiae descriptionem, enumeratione partium, si-  
ve specierum vicinarum, præponit. Deinde Decorum in-  
separabile quidem hujus virtutis siue adjacens siue con-  
sequens esse docet, ita tamen, ut discrimen aliquod in-  
ter hæc demonstraret, ac sigillatim etiam reliquis Honesti  
partibus, Prudentiæ, Justitiæ &c. illud ipsum inesse  
doceat. Postea Decorum in generale, & speciale divi-  
dens utrumque describit, atque hoc posterius tantum in  
Temperantia consistere profitetur.

1 SEQUITUR, ut de 2 una reliqua parte honesta-  
tis dicendum sit, in qua verecundia, & quasi  
quidam 3 ornatus vitæ, 4 temperantia, & modestia,  
omnisque sedatio perturbationum animi, & rerum 5  
modus cernitur. Hoc loco continetur id, quod dici  
Latine decorum potest: Græce enim 6 πρέπει dicitur.  
Hujus vis ea est, ut ab honesto non queat separari.  
Nam & 7 quod decet, honestum est: & quod  
honestum est, decet. Qualis autem differentia sit honesti,  
& decori, facilius intelligi, quam 8 explanari  
potest. Quidquid enim est, quod deceat, id tum apparet,  
cum 9 antegressa est honestas. Itaque non solum in hac  
10 parte honestatis, de qua hoc loco differendum est,  
sed etiam in 11 tribus superioribus, quid deceat,  
apparet. Nam & 12 ratione uti, atque 13  
ora-

1 Pro, reliquum est. 2 Temperantia, illarum virtutum, unde honestas officiumque manat, quarta. 3 quem Plato lib. IV. de Republ. tribuit temperantiæ. Est enim verecundia in vita humana quasi flos quidam. 4 temperans Ciceroni est, non modo qui sobrie casteque vivit, sed etiam qui nihil non compositè decenterque aut dicit, aut facit, nihil quod cum bonorum sapientumque omnium approbatione non excipiatur. 5 Est modus in rebus, sunt certi denique fines: quos ultra citraque nequit consistere rectum. Horatius. 6 ἀπὸ τοῦ πρέπει decere, a περιέπειν, ornare. 7 honestum & decorum videntur inter se reciprocari; differunt tamen. Honestum enim semper est

idem. Decorum vero mutatur tempore, loco, & ætate, estque multiplex. 8 demonstrari re ipsa & actu. 9 præcessit. Antegredi Ciceronis ætate pro eo, quod Græci προηγήσθαι dicunt, crebris usurparunt sermonibus. Sic quod Stoici in constitutione fati sumserunt, πάντα γίνεσθαι, καὶ προηγήσθαι αἰτίας, Cicero vertit, omnia, quæ fiunt, causis fiunt antegressis. 10 quarta. 11 prudentia, justitia, fortitudine: & probat hoc, incipiens a prudentia. 12 recta ratione & intellectu in omnibus rebus. 13 is prudenter oratione utitur, qui in omni tempore & loco ea loquitur, quæ temporis & loci ratio postulat.

14 non



oratione prudenter, & agere, quod agas, 14 considerate; omnique in re, quid sit veri, videre, & 15 tueri decet: contraque 16 falli, 17 errare, 18 labi, 19 decipi, 20 tam dedecet, quam 21 delirare, & 22 mente esse captum. Et iusta 23 omnia decora sunt: iniusta contra, ut turpia, sic indecora. Similis est ratio fortitudinis. Quod enim viriliter, animoque 24 magno fit, id dignum viro & decorum videtur: quod contra, id ut turpe, sic indecorum. Quare pertinet quidem 25 ad omnem honestatem hoc, quod dico decorum: & ita pertinet, ut non recondita quadam ratione cernatur, sed sit in promptu. Est enim quiddam, idque intelligitur in omni virtute, quod deceat, quod cogitatione magis a virtute potest, quam re separari. Ut enim 26 venustas, & pulcritudo corporis fecerni non potest a valetudine, sic hoc, de quo loquimur, decorum, totum quidem illud est cum virtute 27 confusum, sed mente & cogitatione distinguitur. Est autem ejus descriptio duplex. Nam & generale quoddam decorum intelligimus, quod in omni honestate versatur; & aliud huic subiectum, quod pertinet ad singulas partes honestatis. Atque illud superius sic fere definiri solet: decorum id esse, quod consentaneum sit hominis 28 excellentiæ, in eo, in quo natura ejus a reliquis animantibus differat. Quæ autem 29 pars subiecta generi est, eam sic definiunt, ut id decorum esse velint, quod ita 30 naturæ consentaneum sit, ut in eo 31 moderatio, & 32 temperantia appareat cum 33 specie quadam liberali.

CAP.

14 non temere. 15 defendere. 16 decipi falsis opinionibus, & rebus, & non videre verum. 17 falsum pro vero sequi. 18 errare quadam negligentia. 19 verbis. 20 tam est indecorum. 21 exorbitare a via rationis, & ea dicere ac facere, quæ ab omnibus iridentur. 22 mente capi dicuntur infani: quemadmodum oculis capi cæci. 23 nunc ostendit decorum in iustitia: mox in fortitudine. 24 contemnentis res humanas & pericula. 25 decorum cum omni virtute confusum est. 26 pulcritudo non potest actu separari ab ipsa valetudine corporis: possumus tamen libera cogitatione intelligere, aliud esse pulcritudinem, aliud valetudinem. 27 ita immixtum, ut re ipsa nequeat separari. 28 præstantiæ. 29 illud decorum particulare, quod est species primi & generalis decori. 30 ita conveniat naturæ humanæ. 31 modus quidam in omnibus dictis factisque: ne vel nimium, vel parum fiat: ne quis sibi nimiam tribuat. 32 quæ moderatur eas voluptates, quæ tactu & gustu percipiuntur. 33 cum quadam elegantia, qualis & hominum liberaliter educatorum, & liberalibus artibus imbutorum, qui

in

## ARGUMENTUM.

Decorum speciale rursus dividit in Poeticum & Philosophicum. Prius tam vitiosas, quam honestas personas respicere, ac singulis congruentiam quandam virtutum, & vitiorum cum natura, ætate, moribus, ingenio, &c. attribuere; Philosophicum autem juxta naturæ & rationis præscriptum in bonis tantum recta, justa, honesta requirere ait: idque ipsum porro evidenti similitudine commendat. Postmodum verecundiam ac justitiam potissimum ad civilem societatem pertinere subindicat, subjuncta inter eas virtutes differentia, ac brevi de utroque Decoro repetitione. Hactenus dixit auctor de Decoro in quatuor partibus honestatis observando, nunc de eodem, in affectuum gubernatione, in ludis ac jocis servando, quoque præcipit. Ac utitur distinctione virium animi in homine juxta Stoicos bimembri, quarum altera ἐρμὴ, in appetitu posita, altera λόγος, sive Ratio.

**H**ÆC ita intelligi ( a 1 Philosophis ) existimare possumus ex eo 2 decoro, quod poetæ sequuntur: de quo alio loco plura dici solent. Sed tum servare illud poetæ dicimus, quod deceat, cum id quod quaque 3 persona dignum est, & 4 fit, & 5 dicitur: ut, si aut 6 Æacus, aut Minos diceret:

7 Oderint, dum metuant: aut

8 Natis sepulcro ipse est parens:

indecorum videretur, quod eos fuisse justos accepimus. At, 9 Atreo dicente, 10 plausus excitantur: est

in omni sensu, oratione, gestu-  
ve nihil insulsi, nihil absurdi  
& inconditi præ se ferant.

1 Quæ Parenthesi inclusa, ab  
sunt a Grævii editione. 2 ar-  
gumentum a minori: nam si  
poetæ, multo magis philosophi.  
3 introducta. 4 quoniam vir  
gravis non debet introduci, ut  
faciat, quæ levissimi hominis  
sunt, & e contrario. 5 sic in  
verbis quisque secundum suam  
dignitatem & habitum, quem

habet, sive bonum sive malum,  
debet induci ad loquendum a  
poetis. 6 Hi Jovis filii habiti,  
& propter summam justitiam  
apud inferos judicare dicti sunt.  
7 Verba Atrei apud Aëtium in  
Tragœdia. 8 verba ejusdem  
Atrei, qui Thresti fratri filios  
comedendos apposuit. Unde ven-  
ter patris erat sepulcro ipsis fi-  
liis. 9 crudelissimo tyranno,  
qui nullam noxam, nullum fa-  
cinus reformidabat. 10 in thea-

Et enim digna 11 persona oratio. Sed poetæ quid  
 quemque deceat, ex persona judicabunt: nobis autem  
 12 personam imposuit ipsa 13 natura, magna cum 14  
 excellentia, præstantiaque animantium 15 reliquorum.  
 Quocirca poetæ in magna 16 varietate personarum,  
 etiam vitiosis quid conveniat, & quid deceat, vide-  
 bunt. Nobis autem cum a natura constantiæ, mode-  
 rationis, temperantiæ, verecundiæ partes datæ sint:  
 cumque eadem natura doceat 17 non negligere, quem-  
 admodum nos adversus homines geramus: efficitur,  
 ut & 18 illud, quod ad omnem honestatem pertinet,  
 decorum, quam 19 late fufum sit, appareat, & 20  
 hoc, quod spectatur in unoquoque genere virtutis.  
 Ut enim pulcritudo corporis apta compositione mem-  
 brorum movet oculos, & delectat hoc ipso, quod  
 inter se omnes partes cum quodam 21 lepore 22 con-  
 sentiunt: sic hoc decorum, quod elucet in 23 vita, mo-  
 vet 24 approbationem eorum, quibuscum vivitur, 25  
 ordine, 26 & constantia, & 27 moderatione dictorum  
 omnium, atque factorum. Adhibenda est igitur quæ-  
 dam reverentia 28 adversus homines & optimi cujus-  
 que & reliquorum. Nam 29 negligere, quid de se  
 quisque sentiat, non solum 30 arrogantis est, sed  
 etiam 31 omnino dissoluti. Est autem, quod differat  
 32 in

tro a spectatoribus plauditur in  
 laudem poetæ. 11 nam poe-  
 tæ crudelem crudeliter loquen-  
 tem fingunt. 12 dedit ratio-  
 nem, & semina virtutum, per-  
 sonamque communem omnibus  
 hominibus: non fictam more  
 poetico: illa persona & partes  
 tanto majori studio & decore  
 in hoc mundi theatro nobis sunt  
 agendæ, quanto excellentiores  
 dotes præ aliis animantibus ac-  
 cepimus. 13 id est, Deus. 14  
 quoniam homines ratione cæ-  
 teris animantibus antecellunt &  
 præstant. 15 alii, *reliquarum*:  
 quæ generis varietas in hoc no-  
 mine insolens non est: atque  
 Ciceronem utroque genere id  
 usurpare, in vulgus notum est.  
 16 quoniam variæ sunt qualita-  
 tes personarum. 17 sed consi-  
 derare, quemadmodum viva-  
 mus: quod qui negligunt, di-

cuntur impudentes, perditæ &  
 profligati pudoris. 18 generale  
 decorum. 19 sparsum per omnes  
 virtutes. 20 particulare deco-  
 rum. 21 gratia, lenitate, & ve-  
 nustate, qua respicientes mo-  
 ventur. 22 conveniunt, qua-  
 drant. 23 rebus, quas agimus.  
 24 laudationem & commenda-  
 tionem. 25 ut suo loco & tem-  
 pore fiant omnia. 26 ut ratio-  
 ni semper obediat appetitus.  
 27 ut ne vehementiores naturæ  
 impetus sequamur in dicendo  
 & agendo. 28 omnes enim re-  
 vereri debemus, sed primum  
 optimos, deinde reliquos. 29  
 Stoici famam & existimationem  
 habebant inter adiaphora, sed  
 quæ tamen propter utilitatem  
 non essent negligenda. 30 su-  
 perbi & qui falsa quadam opi-  
 nione elatus aliorum de se opi-  
 nionem negligit. 31 qui nullo  
 offi.

32 in hominum ratione habenda, inter justitiam, & verecundiam. Justitiæ partes sunt, non 33 violare homines: verecundiæ, non 34 offendere, in quo maxime perspicitur vis decori. His igitur expositis, quale sit id, quod decere dicimus, intellectum puto. 35 Officium autem, quod ab eo ducitur, hanc primum habet viam, quæ deducit ad 36 convenientiam conservationemque naturæ: quam si sequemur ducem, numquam aberrabimus: sequemurque & id, quod 37 acutum & perspicax natura est, & id, quod 38 ad hominum consociationem accommodatum; & id, quod 39 vehemens, atque forte. Sed maxima vis decori in 40 hac inest parte, de qua disputamus. Neque enim solum 41 corporis, qui ad naturam apti sunt, sed multo etiam magis 42 animi motus probandi, qui item ad naturam accommodati sunt. Duplex est enim vis animorum, atque 43 naturæ: una pars in appetitu 44 posita est; quæ est 45 ὀρεξίς Græce, quæ hominem huc & illuc 46 rapit: altera in 47 ratione; quæ docet, & explanat, quid faciendum, 48 fugiendumve sit. Ita fit, ut ratio præsit, appetitus obtemperet.

## CAP.

officii ac pudoris vinculo teneatur, & licentia utitur ad omnia, quæ agere vult; tanquam ille, qui frontem perfricit. 32 alii: *in omni ratione*. Sed præstat, *in hominum ratione*. Sumit enim Cicero differentiam ex ratione societatis humanæ. In qua tuenda aliud justitiæ, aliud verecundiæ munus esse ostendit. 33 per vim alicui injuriam inferre. 34 fraude & verbis alicui nocere, ut illius animus alienus fiat, & de te male sentiat: a quibus ipsa verecundia nos reprimat, quæ nihil aliud est, quam pudor aliquis, non qui inculciatur ob turpitudinem aliquam admissam, verum qui præcurrat ut cautio, ne turpitudine admittatur. 35 actio, quæ manat a decore. 36 ut conveniat naturæ humanæ, hoc est, rationi. 37 quod nobis ostendit prudentia. 38 in quo versatur justitia. 39 quod est fortitudinis, in adeundis periculis, su-

scipiendis laboribus, & offensionibus subeundis. 40 in temperantia. 41 *Quemadmodum quis ambulet, sedeat, qui ductus oris, qui vultus in quoque sit: nihilne est in his rebus, quod dignum libero aut indignum esse dicamus? nonne odio dignos multos putamus, qui quodam motu aut statu videntur naturæ modum & legem contempsisse?* Cicero lib. V. de Finibus. 42 ut amor, pietas, misericordia, dolor &c. 43 Lambinus & Manutius malunt, omnibus licet antiquis libris adversantibus, *natura*. Cicero enim de animis, non de natura loquitur, ipsorumque animorum vim naturamque describit. 44 sensitivo. 45 Cicero lib. II. de natura Deorum, voluntarios mundi motus ἑρμῆς appellat. 46 vi quasi trahit. 47 quam idcirco in capite, tanquam in arce, Plato collocavit. 48 male vulgo *fugendumque*.

1 Mar.

## CAP. XXIX.

## ARGUMENTUM.

Disputat Cicero, utrum Appetitus, an Ratio præstantior sit, deque earum usu regulas quasdam addit: id præcipue efficiendum hic inculcans, ut Ratio præsit, affectus obtemperent: quod præceptum ab effectibus, contrariis, & egregia iratorum ὑποτυπώσεαι amplificat. Inde de fine hominis hac occasione disserit, eumque non ad jocum &c. sed ad studia graviora factum indicat. Sub finem, sicubi necessario ad remissiones animi descendendum, quatenus & quomodo id fieri debeat, quæ item in ludendo attendendæ conditiones, adjectis quibusdam honestorum ludorum speciebus, ostendit.

OMNIS autem 1 actio vacare debet temeritate, & negligentia: nec vero 2 agere quidquam cujus non possis causam probabilem reddere. Hæc est enima fere descriptio 3 officii. Efficiendum autem est, ut appetitus rationi obediant, eamque neque 4 præcurrant, nec propter pigritiam, aut ignaviam 5 deferant, sintque 6 tranquilli, atque omni 7 perturbatione animi careant. Ex quo elucebit omnis constantia, omnisque moderatio. Nam qui appetitus longius 8 evagantur, & tanquam 9 exultantes, sive 10 cupiendo, sive 11 fugiendo, 12 non satis a ratione retinentur, hi sine dubio finem, & modum transeunt. Relinquunt enim, & abjiciunt obedientiam, nec rationi parent, cui sunt subjecti 13 lege naturæ: a quibus non modo

D

ani-

1 Marfus legit, *omnis autem ratio: aitque, Ciceronem præscribere, qualis debeat esse ratio, quæ appetitum sensitivum regere debet. Nam si ratio est temeraria & negligens, nec se, nec appetitum regere poterit.* 2 Manutius observat, hoc durius quibusdam videri, *actio non debet agere quidquam; idque ille quidem emollire conatur: sed si cum Marso legis, ratio, omnis tollitur difficultas.* 3 medii, quod supra ita definiiverat: *Medium officium id esse, quod*

*cur factum sit, ratio probabilis reddi possit.* 4 & sic fit exsuperatio, & nimium. 5 & sic est defectio & parum. Medium vero tenendum est. 6 & sedati & moderati, ut ratio jubet. 7 perturbatio tollit constantiam, inquit Ambrosius. 8 ut equi ferociiores. 9 qualis Chærea apud Terentium. 10 & sic erit nimium. 11 & sic erit parum. 12 Virgilius: *Fertur equis auriga, nec audit currus habenas.* 13 quoniam natura vult, ut appetitus rationi pareat.

14 ut

animi perturbantur, sed etiam corpora. Licet 14 ora ipsa cernere 15 iratorum, aut eorum, qui aut 16 libidine aliqua, aut 17 metu commoti sunt, aut 18 voluptate nimia gestiunt, quorum omnium vultus, voces, motus, statusque mutantur. Ex quibus illud intelligitur, (ut ad officii 19 formam revertamur) appetitus omnes 20 contrahendos, 21 sedandosque, 22 excitandamque animadversionem, & diligentiam, ut ne quid 23 temere, ac 24 fortuito, inconsiderate, negligenterque agamus. Neque enim ita generati a natura sumus, ut 25 ad ludum, & jocum facti esse videamur; sed ad severitatem potius, & ad quædam 26 studia graviora, atque majora. 27 Ludo autem, & joco 28 uti illo quidem licet: sed sicut somno, & 29 quietibus cæteris, tum cum gravibus, seriisque rebus satisfecerimus. Ipsumque genus jocandi non 30 profusum, nec immodestum, sed 31 ingenuum, & 32 facetum esse debet. Ut enim 33 pueris non omnem 34 licentiam ludendi damus; sed eam, quæ ab honestis actionibus non sit aliena: sic in ipso joco aliquod probi ingenii 35 lumen eluceat. 36 Duplex omnino est jocandi genus: unum 37 illiberale, 38 petulans, 39 flagitiosum, 40 obscœnum: alterum 41 elegans, urbanum,

14 ut in comœdiis & tragœdiis. 15 ira se profert, inquit Seneca, & in faciem exit: quantoque major hæc est, effervescit manifestius. 16 vehementi appetitu alicujus rei. 17 quoniam pallent. 18 exultant, & præter decorum de aliqua voluptate lætitiâ ostendunt. 19 attende, quæ sit officii forma. 20 ut equos ferocientes. 21 ut populum ad seditiones spirantem. 22 quasi dormientem: nam cum ratio videtur esse sopita, excitanda est, ut appetitui imperet. 23 inconsulte & sine rationis præscriptione. 24 forte fortuna, nullo adhibito iudicio. 25 Proverbium sapit, ut Cicero in Verrem: *per ludum & jocum evertere aliquem*. 26 vide Aristotelem Ethic. 6. Polit. 8. & M. Antonium lib. V. de vita sua. 27 Objectioni per occupationem respondet. 28

Seneca Epist. 3. *Inter se ista miscenda sunt, & quiescenti agendum, & agenti quiescendum est. Cum rerum natura delibera: illa dicet tibi se & diem fecisse & noctem.* 29 ut Sallustius de Catilina: *neque vigiliis, neque quietibus ceteris sedari poterat.* 30 non dissolutum. 31 ingenio homine dignum, ut non habeat apertam obscœnitatem. 32 gratia movendi risum cum decoro. 33 *Quo semel est imbuta recens &c.* Horatius. 34 Licentia significat impunitatem agendi quidquid velis. 35 signum & specimen boni ingenii appareat. 36 vide imprimis Francisci Vavassoris librum de ludrica dictione. 37 non libero homine dignum, sed servili & scurrili. 38 lascivum & scurrile, quod ab honestate discedit. 39 sceleratum, & sine aliqua consideratione & ingenio. 40 turpe, ob-

num, ingeniosum, facetum. Quo genere non modo 42 Plautus noster, 43 Atticorum antiqua comœdia, sed etiam 44 Philosophorum Socraticorum libri referti sunt, multaque multorum facete 45 dicta, ut ea, quæ a sene 46 Catone sunt collecta, quæ vocantur 47 ἀποφθέγματα. Facilis igitur est distinctio ingenui, & illiberalis joci. Alter est, si 48 tempore fit, ac 49 remisso animo, 50 homine dignus: alter ne libero quidem, si rerum turpitudini adhibetur verborum obscœnitas. Ludendi etiam est quidam 51 modus, retinendus, ut 52 ne nimis omnia profundamus, 53 elatique voluptate in aliquam turpitudinem delabamur. Supeditant etiam & 54 campus noster, & 55 studia venandi, honesta exempla ludendi.

## D 2

## CAP.

obscœnum est in verbis. 41 ornatum quadam elegantia, & dignum homine libero atque eleganti. 42 Plauti sales, & facetias omnis laudavit & admirata est antiquitas, ad Augusti usque Imperatoris ætatem, qua severior Horatius, Augusto forsitan haud improbante, scripsit: *At nostri proavi Plautinos & numeros, & Laudavere sales: nimium patienter utrumque.* 43 Quintilianus negat Latinis Atticam Venerem in comœdiis concessam: Aristophanis comœdiæ apud antiquos maximo in pretio fuerunt. 44 hoc satis apparet ex Platonis dialogis. 45 Cicero ad Cornelium Nepotem lib. II. apud Macrobius: *Itaque nostri, cum omnia, quæ dixissemus, Dicta essent, quæ facete, & breviter, & acute loquuti essemus, eo proprio nomine appellari Dictæria voluerunt.* 46 Macrobius II. Cap. I. Catonem censorium argute joculari solitum scribit. 47 Plutarchus apophtegmata Catonis inter cætera Romana multa commemorat. 48 in loco opportuno: vel, ex tempore: nam joci esse debent subiti. 49 tum se quis jucunditati dedit, cum res graves &

seriæ non tractantur. 50 Vulgo legitur, *libero dignus, alter ne homine quidem*: quam lectionem licet ex antiquis libris cum Victorio, Langio & aliis mutaverit Grævius, habet tamen pro certissima. Jocus, inquit Cicero, qui tempore fit & remisso animo, est jocus ingenuus, & libero ac liberaliter educato dignus; qui vero fit alieno tempore, & obscœnus est, illiberalis quidem dicitur, quasi indignus libero homine, sed ne homine quidem dignus est, quia contra honestum est, quod omnes homines docet ratio. 51 mensura quædam & mediocritas. 52 ea scilicet, quæ profundi solent in lusu: ut risus, clamor, sermonis libertas, motus etiam carnis: quæ moderanda sunt. 53 gestientes & exultantes nimia ludendi alacritate. Tum enim est definendum, cum ludus fit optimus. 54 in campo Martio celebrabantur equitia, id est, ludi ex cursibus equorum in honorem Martis, & exercitationes bellicæ a pueris & adolescentibus. 55 quibus dediti imprimis erant Romani, unde *Romanis sollemne viris* opus vocat Horatius lib. I. epist. 18.

¶ Alii

## ARGUMENTUM.

*Ad retinendum in omni officio Decorum, in ludo maxime, & voluptatibus, discrimen inter brutum, & hominem perpetuo respiciendum ait, ac rationes tres, quare frenanda nimia voluptas, adfert. Hinc absoluto Decoro generali in omni vita promiscue custodiendo, etiam id, quod huic subiectum est, persequitur; & quid personarum una communis, altera peculiaris, aliarumque περὶ ἑστῶτων respectu faciendum docet, variis exemplis demonstrans, quantæ naturarum sint dissimilitudines, quam mirificæ varietates in moribus, vita, actionibus, habitu & cura ac studiis hominum; eosque inter se, nempe facetos cum severioribus, hilariores cum tristibus, simplices & apertos cum his qui illis contrarii sunt, comparat:*

**S**ED pertinet ad omnem officii quæstionem, semper in promptu habere, quantum natura hominis pecudibus, reliquisque belluis 1 antecedit. Illæ 2 nihil sentiunt, nisi voluptatem; ad eamque feruntur 3 omni impetu: hominis autem mens 4 discendo alitur, & cogitando, semper aliquid aut 5 anquirit, aut agit, videndique, & audiendi delectatione 6 ducitur. Quin etiam, si quis est 7 paullo ad voluptates propensior, modo ne sit ex 8 pecudum genere, (sunt enim quidam homines 9 non re, sed nomine) sed si quis est 10 paullo erectior, quamvis voluptate 11 capiatur, occultat, & 12 dissimulat appetitum voluptatis, propter verecundiam. Ex quo intelligitur, corporis voluptatem non satis esse 13 dignam hominis præstantia, eamque contemni, & rejici oportere: si sit

1 Alii Codices habent, antecedit, id est, præstantior sit. 2 nam bestię uni voluptati addictæ sunt, nihil præterea curant. 3 omni conatu, nulla ratione obstante, quam non habent. 4 Cicero V. Tusculan. Mens nostra exquirendis excogitandisque rebus alitur, cum oblectatione solertiæ, qui est unus survivissimus pastus animorum. 5 investigat, contempletur. 6 tenetur cupiditate audiendi aliquid & videndi, ut sciat. 7 magis inclinatus, quam velit natura hominis non penitus corrupta. 8 quæ nihil boni malive fugiunt, sed naturam ducem sequuntur, rationem negligentes. 9 ab humanitate enim longissime absunt. 10 non ita propensus demersusque in voluptatem. 11 delectetur. 12 cœlat & negat propter dedecus. 13 Voluptas bonum pecoris est. Sc-



fit quispiam, qui 14 aliquid tribuat voluptati, diligenter ei tenendum esse ejus fruendæ 15 modum. Ita que 16 victus, 17 cultusque corporis ad valetudinem referantur, & ad vires, non ad voluptatem. Atque etiam, si considerare volumus quæ sit in natura 18 excellentia, & dignitas, intelligemus, quam sit turpe 19 diffuere luxuria, & 20 delicate, ac molliter vivere; quamque honestum, 21 parce, 22 continenter, 23 severe, 24 sobrie. Intelligendum est etiam, duabus 25 quasi nos a natura indutos esse personis, quarum una est communis, ex eo, quod omnes participes sumus rationis, præstantiæque ejus, qua antecellimus bestiis, a qua omne honestum, decorumque 26 trahitur, & ex qua 27 ratio inveniendi officii 28 exquiritur: altera autem, quæ proprie 29 singulis est tributa. Ut 30 enim in corporibus magnæ dissimilitudines sunt (alios enim videmus velocitate ad cursum, alios viribus ad luctandum valere, itemque in formis, aliis 31 dignitatem inesse, aliis venustatem) & sic in animis existunt etiam 32 majores varietates. Erat in L. 33 Crasso, & 34 L. Philippo multus lepos: major etiam, magisque de industria in 35 Q.

D 3

Cæ.

Seneca epist. 97. 14 dicat aliqua ex parte voluptatem amandam, & in aliquo numero habendam. 15 adhibendam esse moderationem, cum voluptate frui voluerit. 16 cibus & potus. 17 ornatus & vestitus. 18 quoniam homo propter rationem & orationem longo quasi intervallo bestiis antecellit. 19 omnibus libidinibus frena laxare. 20 genio indulgere. 21 ne quid sumtus fiat in res supervacaneas. 22 coercere libidinem, imperare voluptatibus. 23 cogitationi rerum gravium atque utilium esse intentum: aut rei familiari, aut philosophiæ operam dare. 24 cibo & potu ad conservandam tantum valetudinem uti, non autem crapulæ se dedere. 25 quoniam non dicitur in hoc proprie persona, sed qualitas & dispositio. 26 quoniam nihil est agendum, quod hominis præstantiam dedecet. 27 via & modus. 28

quoniam omnia officia huic præstantiæ accommodari debent, ut generale illud decorum servetur. 29 quoniam diversæ sunt hominum qualitates 30 sumit hoc ab Aristotele ex lib. I. Polit. 31 virile quiddam dignitas, muliebres venustas habet. 32 *Mille hominum species, & rerum discolor: Velle suum cuique est, nec voto vivitur uno.* 33 Persius Satyra V. De quo Cicero lib. II. de Orat. *Non vere quisquam reperietur præter hunc in utroque genere leporis excellens: & illo, quod in perpetuitate sermonis, & hoc quod in celeritate atque dicto est.* 34 L. Martius Philippus Consul A. V. C. 663. de quo in Bruto Cicero: *Erat in eo summa libertas, multæ faceriæ, satis creber in reperiendis, solutus in explicandis sententiis.* 35 L. Cæsar Strabo, quo & filio negat quenquam in Bruto Cicero sale & lepore conditiorem fuisse.

36 Ci-

Cæsare, L. filio. At iisdem temporibus in 36 M. Scauro, & in 37 M. Druso adolescente singularis severitas: in 38 C. Lælio multa hilaritas: in ejus familiari 39 Scipione 40 ambitio major, vita 41 tristior. De Græcis autem, dulcem & facetum festivique sermonis, atque in omni oratione 42 simulatorem, quem *εἰρωνεία* Græci nominaverunt, Socratem accepimus: contra, 43 Pythagoram, & 44 Periclem, summam auctoritatem consecutos sine ulla hilaritate. Callidum 45 Hannibalem ex Pœnorum, ex nostris ducibus 46 Q. Maximum accepimus, facile celare, tacere, 47 dissimulare, insidiari, 48 præripere hostium consilia. In quo 49 genere Græci 50 Themistoclem, & 51 Pheræum Jasonem, cæteris anteponunt. In primisque versutum, & callidum factum Solonis: qui, quo & tutior vita ejus esset, & plus aliquanto reipublicæ prodesset, 52 fure.

36 Cicero in Bruto: *In oratione Scauri sapientis hominis & vestigi, gravitas summa, & naturalis quedam inerat auctoritas, ut testimonium dicere putares, cum pro reo diceret.* 37 qui in tribunatu C. Gracchum Collegam fregit, *vir & oratione gravis, & auctoritate*, ut de illo Tullius in Bruto. 38 Cicero pro Muræna: *Quis C. Lælio comior? quis jucundior eodem ex studio isto? quis illo gravior? quis sapientior?* Plura de eo dabimus infra in Dialogo de Amicitia. 39 quem Fannius in Annalibus *εἰρωνεία* appellat. 40 ambitio hic est *σεμνότης* in habitu & cultu. 41 i. e. severior. 42 Socrates de se ipse detrahens in disputatione, plus tribuebat iis, quos volebat refellere, ita cum aliud diceret, aliud sentiret, libenter uti solitus est ea dissimulantia, quam Græci *εἰρωνείαν* vocant. 43 cujus tanta fuit auctoritas, ut in proverbium abierit, *αὐτὸ εἰρωνεία*. 44 Summæ apud Athenienses auctoritatis: quippe qui ea ipsis persuaderet, quæ minime volebant. 45 Vide Valerium Maximum lib. VII. cap. de Stra-

tagem. 46 Hic est Q. Fabius Maximus, qui Hannibalem cunctando fregit. Unde videns Hannibal, astus suos a Fabio deprehendi, dixit: Et Romani suum Hannibalem habent. 47 non ostendere, quid agere vellent. 48 providere, quid hostes consultent facturique sint: & sic eorum consiliis obviam ire, nec permittere, ut id exequantur, quod cogitant. 49 calliditatis. 50 Xerxes inter angustias freti Salaminii victus magis est consilio Themistoclis, quam armis Græciæ: quoniam naves barbarorum propter multitudinem non poterant explicari. 51 Jason Princeps Argonautarum, a Poëtis celebratus, calliditate sua expeditionem in Colchos perfecit, aureo vellere potitus. 52 vides verum esse illud tritum: *Stultitiam simulare loco sapientia summa est.* Exemplo fit præter Solonem, in sacris David, apud Romanos Brutus, Historiam Solonis Laertius in vita ejus recenset, quemadmodum subitam simulans dementiam Atheniensibus persuasit bellum contra Megarenses pro recuperanda Salaminæ insula, cujus publicam facere mentionem sub

pœ.

furere se simulavit. Sunt his alii multum 53 dispa-  
 54 simplices, & aperti, qui nihil ex occulto, nihil  
 ex insidiis agendum putant, veritatis cultores, frau-  
 dis inimici: itemque alii, qui quidvis perpetiantur  
 55 cuivis deserviant, dum quod velint, consequantur.  
 Ut 56 Sullæ M. Crassum videbamus. Quo in genere  
 versutissimum, & patientissimum Lacedæmonium 57  
 Lyfandrum accepimus: 58 contraque Callicratidam,  
 qui præfectus classi proximus post Lyfandrum fuit. 59  
 Itemque in sermonibus, alium quemque, quamvis præ-  
 potens sit, efficere, ut 60 unus de multis esse videa-  
 tur. Quod in 61 Catulo, & in patre, & in filio, idem-  
 que in Q. Mucio 62 Mancina vidimus. Audivi ex ma-  
 joribus natu, hoc 63 idem fuisse in P. Scipione Nasi-  
 ca: 64 contraque, patrem ejus, illum, qui T. Grac-  
 chi 65 conatus perditos 66 vindicavit, 67 nullam co-  
 mitatem habuisse sermonis: 68 ne Xenocratem qui-  
 dem, severissimum Philosophorum, ob eamque rem  
 D 4. ipsam

pœna capitis prohibitum erat. 53 dissimiles. 54 sine fraude & si-  
 mulatione. 55 omnes prensando & affectando præter decorum.  
 56 Vulgo: *ut Sullam & M. Cras-  
 sum videbamus.* Sed quoniam  
 nusquam legitur, Sullam alios  
 coluisse, & servili obsequio di-  
 gnitates meruisse, Grævius ex  
 MS. replicuit, *ut Sullæ M. Cras-  
 sum videbamus*, scil. deservire:  
 Crassus enim Sullam sectatus est,  
 & coluit enixe, ejusque gratia  
 potissimum: ad illas divitias &  
 postea honores est evectus. 57  
 Vide Cornelium Nepotem in  
 ejus vita. 58 Lyfander prius in  
 convivio apud Cyrum Persarum  
 Regem adulationibus pecuniam  
 impetraverat, quam ad bellum  
 navale optabat: sed Callicrati-  
 des pro Spartana dignitate ani-  
 mos gerens, cum a Rege semel  
 auditus, iterum rogasset admit-  
 ti, & repulsam tulisset, discessit,  
 malens servata dignitate Spar-  
 tam carere pecuniis, quam præ-  
 ter decorum animi sui inviæti &  
 excelsi barbaro Regi adulari.  
 59 Sententia non est obscura,  
 sed verba sunt scabrosa. Nimi-  
 rum hoc vult: Esse in quibus-  
 dam sermonis comitatem, ut,  
 quamvis sint in magna dignita-  
 te constituti, tamen cum ser-  
 mones ferunt cum infimæ quo-  
 que sortis hominibus, videtur  
 & ipsi ejusdem loci & ordinis  
 homines esse, nullum ut præ se  
 ferant in oratione fastum. 60  
 ob suavitatem sonumque dulcem.  
 Hic ad laudem refertur, alibi,  
 unus de multis, ad infamiam.  
 61 uterque enim Catulus sic in  
 congressibus & sermonibus ver-  
 sabantur, ut plebeji viderentur,  
 quamvis potuissent uti fastu. Vid.  
 Cicero in Bruto. 62 Alii le-  
 gunt: *Q. Mutius Numantius*;  
 Sed Manutius ostendit, *Mancia*,  
 gentium Romanarum cognomen  
 fuisse, ut Helvius; ex qua po-  
 stea gente Pertinax Imperator  
 originem traxerit. 63 hanc ser-  
 monis comitatem. 64 sic appa-  
 ret dissimilitudo maxima inter  
 patrem & filium. 65 audaciam  
 detestabilem & perditione di-  
 gnam, quoniam aura populari  
 evectus Rempubl. cogitabat op-  
 primere. 66 ultus est. 67 adeo  
 severus erat & gravis. 68 id est,  
 ne Xenocratem quidem comita-  
 tem sermonis habuisse: nam gra-  
 vita-

ipsam magnum, clarumque fuisse. Innumerabiles aliæ dissimilitudines sunt naturæ, morumque, 69 minime tamen vituperandorum.

## C A P. XXXI.

## A R G U M E N T U M.

*Exposita naturarum in hominibus varietate partim quedam vite formandæ præcepta tradit, & retento, si non sit vitiosa, natura propria, præcipue κακοζηλίαν h. e. pravam alienorum gestuum & sermonum imitationem vitandam statuit: partim M. Catonis, Ulyssis, Ajaci &c. exemplis, quantam hæc animorum differentia vim habeat, demonstrat, atque sub finem argumento ab his trionibus, a minori scilicet ad majus, ducto, superius de naturis, ejusque propriis sequendis, exercendis, moderandis præceptum repetit, quidque, si necessitas aliud jubeat, hic faciendum, aperit.*

**A**DMODUM autem 1 tenenda sunt sua cuique, non vitiosa, sed tamen propria, quo facilius decorum illud, quod quærimus, retineatur. Sic enim est faciendum, ut contra 2 universam naturam nihil 3 contendamus: ea tamen conservata, 4 propriam naturam sequamur: ut, etiam si sint alia graviora, atque meliora, tamen nos studia nostra naturæ regula 5 metiamur. Neque enim attinet repugnare naturæ, nec quidquam 6 sequi, quod assequi non 7 queas. Ex quo magis emergit, quale sit decorum illud: ideo, quia nihil decet 8 invita (ut ajunt) Minerva, id est adversante & repugnante natura. Omnino, si quidquam

vitæ summa ab ipsa natura præditus fuit, ac semper vultu serivo & habitu serivo perduravit. 69 si scilicet illæ naturales inclinationes recte regantur, nec per pravam adsuefactionem aliquid labis contraxerint.

1 Alii, tuenda. Monet Cicero, ut quisque suæ naturæ ductum sequatur, nec inepte ac stolide aliorum mores affectet. 2 Decorum generale. 3 nil conemur

efficere, quod ab hominis præstantia sit alienum. 4 decorum speciale. 5 consideremus, & prudenter judicemus, ad quid propria natura nos impellat; & sic contineamus nos intra naturæ nostræ fines, Metaphora a fabricis. 6 sequi, assequi, paronomasia. 7 Latini verbum nequeo ita probarunt: ut non queo minime repudiaverint. 8 Horatius: Tu nihil invita dicas faciasve

quam est decorum, nihil est profecto magis, quam  
 9 æquabilitas universæ vitæ, tum singularum actio-  
 num, quam conservare non possis, si aliorum natu-  
 ram imitans, omittas tuam. Ut enim sermone eo de-  
 bemus uti, qui notus est nobis, ne (ut quidam) 10  
 Græca verba inculcantes, jure optimo irrideamur; sic  
 in actiones, omnemque vitam, nullam discrepantiam  
 conferre debemus. Atque hæc differentia 11 natura-  
 rum tantam habet vim, ut nonnunquam mortem sibi  
 ipse consciscere alius debeat, alius in eadem cau-  
 sa non debeat. Num enim 12 alia in causa 13 M.  
 Cato fuit, alia cæteri, qui se in Africa Cæsari tra-  
 diderunt? 14 atque cæteris forsitan vitio datum ef-  
 fet, si se interemissent, propterea quod eorum vita  
 15 lenior, & mores fuerant faciliores: Catoni autem  
 cum incredibilem tribuisset natura gravitatem, eam-  
 que ipse perpetua constantia roborasset, semperque in  
 proposito, susceptoque consilio permanisset, morien-  
 dum potius, quam 16 tyranni vultus aspiciendus fuit.  
 Quam multa passus est 17 Ulyxes illo errore 18 diu-  
 turno, cum & mulieribus (si Circe, & Calypso, mu-  
 lieres 19 appellandæ sunt) inferviret, & in omni  
 sermone omnibus affabilem, & jucundum se esse  
 vellet? 20 domi vero etiam contumelias 21 fervorum  
 22 ancillarumque pertulit, ut ad id aliquando, quod  
 cupiebat, perveniret. At 23 Ajax, quo 24 animo tra-  
 ditor, millies oppetere mortem, quam illa perpeti,  
 maluisset. Quæ contemplantes 25 expendere oportebit,  
 quid quisque habeat sui: eaque 26 moderari, nec vel-  
 le experiri quam se 27 aliena deceant. Id enim ma-  
 D 5 xime

*Minerva.* 9 in qua nulla est  
 perturbationum varietas. 10 Hoc  
 ipsum Juvenalis exagitat in Ro-  
 manis matronis Satyra 6. *Omnia*  
*Græce, cum sit turpe magis no-*  
*stris miscere. Latine &c.* 11 in-  
 geniorum. 12 alio loco, alia  
 conditione. 13 Hoc ex Stoico-  
 rum placitis, quæ merito Peri-  
 patetici aliique fere Philosophi  
 omnes repudiarunt: Cæsar Ca-  
 tonis morte audita & suam &  
 illius vicem doluit, dicens: In-  
 video morti Catonis, quoniam  
 ipse gloriæ invidit meæ. 14 ele-  
 ganter sæpe Cicero, atque ini-  
 dio sententiæ usurpat: quod qui  
 non attendunt, male reponunt,  
*atque.* 15 non ita gravis, ut  
 Catonis. 16 scripsit hæc Cicero,  
 Cæsare interemto. 17 in anti-  
 quissimis variorum scriptorum  
 codicibus audit *Ulyxes*, non  
*Ulysses.* 18 per Xannos post ca-  
 ptum Ilium. 19 dicebantur enim  
 filiz Numinis, fictæ tamen ab  
 Homero. 20 postquam reversus  
 est habitu mendici. 21 Melan-  
 tii. 22 Melanthus. 23 Tela-  
 monius, de quo exstat Sophoclis  
 Tragedia. 24 forti & excelso.  
 25 animo ponderare & intueri  
 diligentius. 26 cum modo men-  
 suraque tractare. 27 accommo-  
 data:

xime quemque decet, quod est cujusque maxime su-  
um. Suum igitur quisque noscat ingenium, 28 acrem-  
que se & vitiorum suorum judicem præbeat: ne sce-  
nici plus, quam nos, videantur habere prudentiæ.  
Illi enim non optimas, sed sibi accommodatissimas  
fabulas eligunt. Qui voce freti sunt, 29 Epigonos,  
30 Medumque: qui gestu, 31 Menalippam, 32 Cly-  
tæmnestram: semper 33 Rupilius, quem ego memini,  
34 Antiopam: non sæpe 35 Æsopus 36 Ajacem. Ergo  
37 histrio hoc videbit in scena, 38 non videbit fa-  
piens in vita? Ad quas igitur res aptissimi erimus,  
in iis potissimum 39 elaborabimus. Sin aliquando ne-  
cessitas nos ad ea detruferit, quæ nostri ingenii non  
erunt; omnis adhibenda erit cura, meditatio, dili-  
gentia, ut ea, si non decore, at quam minimum in-  
decore facere possimus. Nec tam est enitendum,  
ut 40 bona, quæ nobis data non sunt, sequamur,  
quam ut 41 vitia fugiamus.

## C A P. XXXII.

## A R G U M E N T U M.

*Quo doctrina de Decoro speciali plenior sit, & per-  
fectior, superioribus duabus personis duas adjungit alias,  
nempe fortuitam & voluntariam, quarum breviter de-  
clarat origines: sed missa priore, quod fortune ratio-  
nem nemo reddere debet, vel potest, de posteriore, quam  
quisque sibi suo judicio accommodat, prolixius agit: ac  
primum honesta quædam studiorum genera, ad quæ se  
alii atque alii applicant, enumerat: deinde triplicem  
ἐκ δευτέρου τῶν λογισμῶν, in deligenda & assumenda sibi  
certa persona prosequitur, dum parentes vel imitari,  
vel superare etiam liberi in eodem, aut diverso etiam  
vite.*

data naturis aliorum. 28 leve-  
rum, non sui nimis amantem.  
29 Attii tragœdiam. 30 Pacuvii  
tragœdiam: pro qua alii male Me-  
deam substituerunt. 31 Attii. 32  
Attii 33 scenicus fuit ætate Cicero-  
nis. 34 tragœdiam de Antiopa. 35  
quem Cicero pronuntiando imi-  
tatus est. 36 tragœdiam de  
Ajace furente. 37 homo vilissi-  
mus. 38 multo magis videre  
debet, ut id eligat, ad quod est  
aptus, & nil agat, quod non  
deceat. 36 diligenter labores  
nostros conferemus. 40 bonas  
dispositiones, & aptitudines ad  
res agendas. 41 Nam vitiis ne-  
mo sine nascitur, optimus ille  
est, qui minimis urgetur: ut  
vere Horatius. Vitiositas autem  
naturæ corrigitur doctrina &  
usu seu adsuefactione.

I Ut

vite genere, vel omiffa majorum imitatione proprium sequi institutum solent. Denique de hac persona, quam quisque sua voluntate suscepit, præcepta tradit, & mature de certo vite genere eligendo, Herculis exemplo, deliberandum suadet.

**A**C duabus his personis, quas supra dixi, tertia adjungitur, quam 1 casus aliquis, vel tempus imponit: quarta 2 etiam, quam nobismet ipsis iudicio nostro accommodamus. Nam regna, imperia, 3 nobilitates, honores, divitiæ, opes, eaque, quæ sunt his contraria, 4 in casu fita, temporibus gubernantur: ipsi autem gerere quam personam velimus, a nostra voluntate proficiscitur. Itaque se alii ad philosophiam, alii ad jus civile, alii ad eloquentiam applicant: ipsarumque virtutum in alia alius mavult excellere. Quorum vero patres, aut majores aliqua gloria 5 præstiterunt, ii student plerumque eodem in genere laudis excellere: ut Q. Mucius, P. filius, in jure civili; 6 Pauli filius Africanus in re militari. Quidam autem ad eas laudes, quas a patribus acceperunt, addunt aliquam suam: ut hic idem Africanus 7 eloquentia cumulavit bellicam gloriam. Quod idem fecit 8 Timotheus, Cononis filius; qui cum belli laude non inferior fuisset, quam pater, ad eam laudem doctrinæ, & ingenii gloriam adjecit. Fit autem interdum, ut nonnulli omiffa imitatione majorum, suum quoddam institutum consequantur: maximeque in eo plerumque elaborant ii, qui magna sibi proponunt, 9 obscuris orti majoribus. Hæc igitur omnia, cum quærimus, quid deceat, complecti animo, & cogitatione debemus. Inprimis autem 10 constituendum est, quos nos, & quales esse velimus, & in quo 11 genere vitæ: quæ deliberatio est omnium

D. 6

dis.

1 Ut illi, qui adipiscuntur magistratus, imperia, honores, divitias, & ea omnia, quæ sunt in manu fortunæ. 2 aliqui enim volunt invigilare legibus, aliqui philosophiæ &c. 3 generis & natalium. 4 posita in manu fortunæ, quoniam possunt amitti. 5 excelluerunt in aliquo genere laudis & gloriæ. 6 Pauli Æmilii filius, qui de Perseo

Macedonum rege triumphavit. 7 semper fere in manibus habuit Cyropædiam. 8 fuit Isocratis discipulus, ac præceptori imaginem æneam dicavit. Confer Cornelium Nepotem in ejus vita. 9 qui non habent claros natales, & humili loco nati sunt. 10 vitæ genus considerate diligendum. 11 activa an contemplativa, privata an publica.

14 quo-

difficillima. Ineunte etiam adolescentia, cum est maxima 12 imbecillitas consilii, tunc id sibi quisque genus ætatis 13 degendæ constituit, quod maxime adamavit: itaque ante implicatur aliquo certo genere, cursuque vivendi, quam potuit, quod optimum esset, judicare. Nam quod Herculem 14 Prodicium dicunt, (ut est apud Xenophontem) cum primum pubesceret, (quod tempus a natura ad deligendum, quam quisque viam vivendi sit ingressurus, datum est) exiisse in solitudinem, atque ibi sedentem, diu secum multumque dubitasse, cum duas cerneret vias, unam voluptatis, alteram virtutis, utram ingredi melius esset: hoc Herculi, 15 Jovis saturo edito, potuit fortasse contingere: nobis non item, qui imitamur, 16 quos cuique visum est, atque ad eorum studia, institutaque impellimur. Plerumque autem parentum præceptis 17 imbuti, ad eorum consuetudinem, moremque deducimur: alii multitudinis iudicio feruntur, quæque 18 majori parti pulcherrima videntur, ea maxime 19 exoptant: nonnulli tamen 20 sive felicitate quadam, sive bonitate naturæ, sive parentum disciplina, rectam vitæ secuti sunt viam.

## C A P. XXXIII.

## A R G U M E N T U M.

*Deliberationis dictæ difficultatem, recensitis aliquot hac in re erroribus, captandæ attentionis, & monendi ergo exaggerat. Porro in deligendo vitæ genere duo spectanda esse monet, Naturam, & Fortunam, & collatione instituta Naturam longe potentiolem esse Fortunam innuit. Postea de mutatione generis vitæ non recte instituti, vel suscepti agit, eamque neque temere, neque præcipitanter faciendam esse monet, atque tandem, quæ in imitatione majorum sint excipienda, duabus præceptionibus suggerit, posteriori exemplum Filii Africani superioris inferens.*

## ILLUD

12 quoniam ratio non est perfecta. 13 vivendæ & tenendæ. 14 est dare primum saporem. 15 ut est in fabulis. 16 voluntatis libertas conceditur nobis ad imitandum. 17 imbuiere proprie est dare primum saporem. 18 quam vincere meliorem, ait Livius. 19 quod nunquam facient, qui sapiunt. 20 alludit ad tria hominum genera, ab Hesiodo nobis proposita.

1. Par-



**I**LLUD autem maxime 1 rarum genus est eorum, qui aut excellentis ingenii magnitudine, aut præclara eruditione, atque doctrina, aut utraque re ornati, spatium etiam deliberandi habuerunt, quem potissimum 2 vitæ cursum sequi vellent. In qua deliberatione ad suam cujusque naturam consilium est omne 3 revocandum. Nam cum in omnibus, quæ aguntur, ex eo modo, quo quisque 4 natus est, ( ut supra dictum est ) quid deceat, exquirimus: tum in tota vita constituenda multo est ei rei cura major adhibenda, ut 5 constare in vitæ perpetuitate possimus nobismet ipsis, 6 nec in ullo officio claudicare. Ad hanc autem rationem quoniam maximam vim natura habet, 7 fortuna proximam: utriusque omnino 8 ratio habenda est in deligendo genere vitæ: sed naturæ 9 magis: multo enim & firmior est, & constantior: ut fortuna nonnunquam, tanquam ipsa 10 mortalis, cum 11 immortalis natura pugnare videatur. Qui igitur ad naturæ suæ 12 non vitiosæ genus consilium vivendi omne contulerit, is constantiam teneat: id enim maxime decet. Nisi forte se intellexerit errasse, in deligendo genere vitæ. Quod si acciderit, ( 13 potest autem accidere ) facienda morum, institutorumque mutatio est. Eam igitur mutationem, 14 si tempora adjuvabunt, facilius, commodiusque faciemus: sin minus, 15 sensim erit, 16 pedetentimque facienda: ut amicitias, quæ minus delectent, & minus probentur, magis decere, censent sapientes, sensim 17 diffuere, quam repen-

1 Pauci admodum possunt reperiri: quoniam tempus ante solet præterire, quam deliberationem instituant. 2 quod genus vitæ degendæ eligere, constituere finem, ad quem tendentes quiescerent. 3 accommodandum. 4 Sic nasci poeta verius dicitur, quam fieri. 5 constantiam servare & perseverare. 6 pro, ne in ullo officio claudicemus, sive erremus. 7 quæ aliquando vocat nos ad aliquod vitæ institutum, & ut honoribus inserviamus. 8 consideratio & respectus. 9 quoniam potius eam vitam eligere debemus, ad quam apti sumus natura, quam illam quæ a fortuna offertur. 10 quæ mutabilis est ac non durat, 11 quæ non mutatur. 12 quoniam si natura vitiosa est, enim debemus, ut illam emendemus ratione; nec vita, quam illa appetit, eligenda, sed corrigenda; ut Socrates fecit. 13 homines enim sumus, quorum errare est proprium. 14 si quædam opportunitas ratioque temporum nos ad aliud vitæ genus vocaverit, ut ipsum Ciceronem, qui oppressa republ. a Cæsare, relicto foro & curia totum se dabat Philosophiæ. 15 paullatim, quantum ad animum. 16 quantum ad actiones. 17 Sic Cicero in Lælio. *Tales amicitia sunt remissione usus elevanda.*

repente præcidere. Commutato autem genere vitæ, 9  
 omni ratione curandum est, ut id bono 18 consilio  
 fecisse videamur. Sed quoniam paullo ante dictum  
 est, imitandos esse majores: primum illud exceptum  
 sit, 19 ne vitia sint imitanda: deinde, si natura 20  
 non feret, ut quædam imitari possint, ut superioris  
 Africani filius, qui 21 hunc 22 Paulo natum ado-  
 ptavit, propter infirmitatem valetudinis non tam  
 potuit patris similis esse, quam ille fuerat 23 sui.  
 Si igitur non poterit sive causas 24 defenditare, sive  
 25 populum concionibus tenere, sive 26 bella gere-  
 re: illa tamen præstare debebit, quæ 27 erunt in  
 ipsius potestate, 28 justitiam, 29 fidem, 30 li-  
 beralitatem, 31 modestiam, 32 temperantiam; quo-  
 minus ab eo id, quod desit, requiratur. Optima au-  
 tem hæreditas a patribus traditur liberis, omnique  
 patrimonio præstantior, 33 gloria virtutis, rerumque  
 gestarum: cui dedecori esse 34 nefas, & impium ju-  
 dicandum est.

## C A P. XXXIV.

## A R G U M E N T U M.

*Post præcepta de Decoro generalia, ad specialia, quæ  
 pendent a circumstantiis ætatum, temporum, locorum,  
 for-*

*de, & ut Catonem dicere audi-  
 vi, dissuenda magis quam discin-  
 denda. 18 ne postea iterum re-  
 linquamus locum pœnitentiæ.  
 19 ita Platonis gibbum, Aristo-  
 telis balbutiem, Alexandri M.  
 aquilinam nasum, stolide disci-  
 puli aulicique sunt imitati. 20  
 non patientur, & aliena penitus  
 erit a tali imitatione. 21 de  
 quo sæpe mentionem fecimus;  
 vel, propiorem ætati nostræ.  
 22 filium Pauli Æmilii, Sci-  
 pionem, sibi adoptavit, qui co-  
 gnominatus est Africanus minor.  
 23 sui scilicet Patris, Publii  
 Scipionis similis, qui, Impera-  
 tor, post multas in Hispania  
 victorias occubuit. 24 miti ver-  
 bo usus est, pro causas ageres:  
 nam accusant etiam sæpe orato-  
 res. 25 delectare, non tantum*

*docere & movere. 26 nam Ro-  
 mana respublica & oratoria fa-  
 cultate, & rei militaris scien-  
 tia plurimum valuit. 27 Hinc  
 Plautus Ingenio, non ætate, adi-  
 piscitur sapientia. 28 quæ suum  
 cuique tribuit. 29 dictorum con-  
 ventorumque constantiam & ve-  
 ritatem. 30 quæ re, opera,  
 consilio alios juvat. 31 quæ mo-  
 dum servat cum in aliis rebus,  
 tum in opinione de sese. 32 quæ  
 pravis affectibus dominatur. 33  
 supra etiam ad filium dixit Ci-  
 cero: Ad te hæreditas hujus glo-  
 riæ, & factorum imitatio per-  
 tinet. 34 male in vulg. vitium  
 cum nefas jungitur, quippe  
 quod est infra nefas. Quare  
 Gruterus & Grævius merito re-  
 ponunt, impium.*

1. Hoc:

*fortunarum &c. transit Cicero: & primum quæ adole-  
scentum sint munera docet: deinde quæ senes deceant,  
quæve minus, ostendit: postmodum de officiis magistra-  
tuum & privatorum, peregrinorum item, & incolarum  
secundum præceptum Decori agit; sub finem autem of-  
ficia a decoro, decorum autem a circumstantiis pendere, & in  
omni animi consilio constantiam esse servandam admonet.*

**E**T quoniam officia non eadem disparibus ætatibus  
tribuuntur, aliaque sunt juvenum, alia senio-  
rum; aliquid etiam de hac distinctione dicendum est.  
Est igitur adolescentis, 1 majores natu vereri, exque  
his 2 deligere optimos, & 3 probatissimos, quorum  
consilio atque auctoritate nitatur. Ineuntis enim æta-  
tis 4 inscitia, senum 5 constituenda & regenda pru-  
dentia est. Maxime autem 6 hæc ætas a libidinibus  
arcenda est, exercendaque in labore, patientiaque & ani-  
mi, & corporis, ut eorum & in bellicis, & civilibus offi-  
ciis 7 vigeat industria. Atque etiam cum 8 relaxare ani-  
mos, & dare se jucunditati volent, caveant 9 intem-  
perantiam, meminerint verecundiæ: quod erit faci-  
lius, si ejusmodi quidem rebus 10 majores natu in-  
teresse velint. Senibus autem labores corporis minu-  
endi, 11 exercitationes animi etiam augendæ viden-  
tur: danda vero opera, ut amicos, & juventutem,  
& maxime rempublicam consilio, & prudentia quam-  
plurimum adjuvent. Nihil autem magis cavendum  
est senectuti, quam ne 12 languori se desidiæque de-  
dat. 13 Luxuria vero cum omni ætati turpis, tum  
senectuti foedissima est. Sin autem 14 libidinum in-  
temperantia accesserit, 15 duplex malum est, quod &  
ipsa.

1 Hoc in primis observarunt Lacedæmonii ex Lycurgi insti-  
tutis: idemque summopere com-  
mendat Plato lib. IX. de Legi-  
bus: 2 Solebant Romani ado-  
lescentes statim a die tyrocinii  
commendari viro insigni, quem  
imitaretur. 3 eos, qui magnæ  
civium parti probantur: quod  
non temere fit, nisi virtute ex-  
cellant. 4 alii legunt, *inscien-  
tia*: sed apud optimos scriptores  
non differunt. 5 laudabiliter  
traducenda. 6 quam etiam Ly-  
curgus Lacedæmoniis commen-  
davit. 7 ut patriæ & omnibus  
prodesse & possint, & velint. 8  
quos tanquam arcus intentos  
habuerunt. 9 illam præcipue  
quæ indulget voluptatibus per-  
niciosis & turpibus. 10 quod  
ex instituto Lycurgi observaba-  
tur in Lacedæmoniorum repu-  
blica, & faciendum præscribit  
Plato lib. II. de Legibus. 11  
*arma senectutis sunt artes exer-  
citationesque virtutis.* Cicero in  
Caton. 12 torpori & inertia.  
13 quædam superfluitas in omni-  
bus & maxime venereis. 14 Ca-  
to major ob senilem lasciviam  
male audivit. 15 fenex enim  
talis.

ipsa senectus concipit dedecus, & facit adolescentium  
 16 impudentiorem intemperantiam. Ac ne illud qui-  
 dem alienum est, de magistratum, de privatorum,  
 de civium, de peregrinorum officiis dicere. Est igitur  
 proprium munus magistratus, 17 intelligere, se-  
 gerere personam civitatis, debereque ejus dignitatem  
 & decus sustinere, servare leges, 18 jura describere,  
 ea fidei suæ commissa meminisse. Privatum autem  
 oportet 19 æquo, & pari cum civibus jure vivere,  
 20 neque submissum & abjectum, neque se efferentem;  
 tum in republica ea velle, quæ tranquilla, & hone-  
 sta sint. Talem enim & sentire bonum civem, & di-  
 cere solemus. Peregrini autem, & incolæ officium est  
 nihil præter suum negotium agere, nihil de alieno  
 anquirere, 21 minimeque in aliena esse republica cu-  
 riosum. Ita fere officia reperientur, cum quæretur,  
 quid deceat, & quid aptum sit personis, temporibus,  
 ætatibus. Nihil est autem, quod tam deceat, quam  
 in omni re gerenda, consilioque capiendo servare 22  
 constantiam.

## C A P. XXXV.

## A R G U M E N T U M.

*Cum non solum quid deceat, rectumve & honestum sit, cognitum & perspectum esse, sed in consuetudinis etiam luce id eminere debeat, ut probemur his, cum quibus vivimus, de gestu, motu, cultuque corporis, ut omnibus numeris absoluta sit hæc præceptio, deinceps auctor docere quoque instituit, & tria ad omnem externam actionem, ut probetur, requiri ait, nempe formositatem, ordinem, & ornatum; cui disputationi verecundie commendationem quasi præmium præmittit, eamque primo judicio nature, dein consensu sanorum homi-*

talibus dupliciter peccat: primum re, deinde exemplo. 16 ut ipsos adolescentes minus pudeat peccare. 17 animadvertere, se esse personam publicam. 18 non est leges ferre, sed jus suum cuique tribuere, jus dicere. 19 nam potentiores & tenuiores conjuncti esse debent in republ. gerenda. 20 qui imperare pari-  
 ter, obedireque, cum opus sit, possit. 21 non est peregrini, ut alienis se negotiis inferat, quæ nihil ad se pertinent; nec ita perferretur leges & mores alienæ reipublicæ, ut illius arcana, quæ nolunt perveſtigari, rimetur. 22 animi stabilitatem, ne mutemus facile propositum vitæ & institutum.

: Est

hominum confirmat : huic autem gemino argumento Cynicos opponit, naturæ iudicium negantes, hominumque auctoritatem, absurditate collecta, elevantes : curam autem verecundiæ quantam esse velit, argumento iterum ab histrionibus sumpto, & exemplo moris Romani ostendit.

SED quoniam decorum illud in omnibus factis, & dictis, in corporis denique motu, & statu cernitur : idque positum est in tribus rebus, 1 formositate, 2 ordine, 3 ornatu ad actionem apto, 4 difficilibus ad eloquendum, sed satis erit intelligi : in his autem tribus continetur cura etiam illa ut 5 probe mur iis, quibuscum, & apud quos vivamus : his quoque de rebus pauca dicantur. Principio, corporis nostri magnam natura ipsa videtur habuisse rationem : quæ formam nostram, reliquamque figuram, in qua esset species honesta, posuit in 6 promptu : quæ partes autem corporis, ad naturæ necessitatem datæ, ad aspectum essent deformem habituræ, ac turpem, eas contexit, atque 7 abdidit. Hanc naturæ tam diligentem fabricam imitata est hominum 8 verecundia. Quæ enim natura occultavit, eadem omnes, 9 qui sanamente sunt, remouent ab oculis, ipsique necessitati dant operam, ut quam occultissime 10 pareant : quarumque partium corporis usus sunt necessarii, eas neque partes, neque earum usus suis nominibus appellant : quodque 11 facere turpe non est, modo occulte, id dicere 12 obscœnum est. Itaque nec actio rerum illarum aperta 13 petulantia vacat, nec 14 oratio.

1 Est elegantia, quæ spectatur in gestu, habitu ac sermonibus familiaribus, quam Græci *σεμνοτητα* dixerunt. Formositas Ciceroni est dignitas corporis. 2 Græci *ἀταξίαν* dixerunt, cui opposuerunt *ἀταξίαν*. 3 quoniam non omnes actiones eundem ornatum requirunt. 4 non *difficilius*, ut vulgo legitur, sed *difficilibus*, scil. rebus, ob Latini sermonis inopiam. 5 laudemur : quoniam nihil est agendum, quod eos offendat : 6 in aperto, ut ab omnibus cernerentur. 7 in intimis occultavit. 8 pudor, ut id vitet & tegat, quod turpe est duce natura. 9 qui enim contrarium facit, ubi vestium usus est receptus, existimationem suam quam omnes tueri debent, minuit, & se tanquam hominem levissimum, & tam perfriatæ frontis, ut omnem pudorem decoxerit, prostituit ac omnium contemptui exponit. 10 opus naturæ occultissime faciunt. 11 quia naturale & necessarium. 12 turpe & contra hominis dignitatem & pudorem. 13 petulans dicitur inverecondus, lascivus, libidinosus. 14 scilicet, petulantia vacat.

tionis obscœnitas. Nec vero audiendi sunt 15 Cynici, aut si qui fuerunt Stoici 16 pene Cynici, qui reprehendunt, & irrident, quod ea, quæ re turpia non sint, 17 nominibus & verbis flagitiosa ducamus: illa autem, quæ turpia sint, nominibus appellemus suis. Latrocinari, fraudare, adulterare, re turpe est: sed dicitur non obscœne: liberis dare operam, re honestum est, 18 nomine obscœnum: pluraque in eam sententiam ab eisdem contra verecundiam disputantur. Nos autem 19 naturam sequamur, & omne, quod abhorret 20 oculorum, auriumque approbatione, fugiamus. Status, incessus, sessio, 21 accubitio, vultus, oculi, manuum motus 22 teneant illud decorum. Quibus in rebus duo maxime sunt fugienda, ne quid 23 effœminatum, aut molle, & ne quid durum, aut rusticum sit. Nec vero histrionibus, oratoribusque concedendum est, ut iis hæc apta sint, nobis 24 dissoluta. 25 Scenicorum quidem mos tantam habet a 26 vetere disciplina verecundiam, ut in scenam sine 27 subligaculo prodeat nemo. Verentur enim, ne, si quo casu evenerit, ut corporis partes quædam aperiantur, aspiciantur non decore. 28 Nostro quidem more cum parentibus 29 puberes filii, cum foreris generi non lavantur. Retinenda est igitur huius generis verecundia, præsertim natura ipsa magistra, & duce.

## CAP.

cat. 15 Ignominia cognomen: quia obvios quosque admonendo allatrare verius, quam alloqui, soliti sunt, vel, quod in propatulo cum conjugibus, canum more, coire ipsis mos fuit: 16 fuerunt enim Stoici, qui Cynicorum rationem & vitam probarunt. 17 Variant vulgati Codices. Sed hæc est Ciceronis manus. Irrident, inquit, Cynici eos, qui, quæ re non sunt turpia, ducant verbis ac nominibus flagitiosa esse. 18 cum eius operæ nomen dicitur. Vid. Cic. Epist. 22. lib. IX. Famil. 19 quæ nobis in sevit pudorem, & corpus ita finxit & formavit, ut honestatis summam videatur habuisse rationem. 20 quod in aliis existat, ab oculorum &c. minus Latine dicitur. 21 accubitio non accubatio legunt meliores Codices cum Nonio, dicimusque accubitum, non accubatum. 22 ne ita his in rebus nos geramus, ut aliis tædio simus, eorumque oculos offendamus. 23 ut in Sardanapalo, effœminatum erit, quantum ad actionem, molle ad animum. 24 inepta & danda vitio. 25 ut pugiles & histriones. 26 ab antiqua institutione. 27 subligaculum erat indumentum ab umbilico ad genua, quo primum in Olympicis ludis athletæ & pugiles usi sunt, auctore Thucydide. 28 Valerius lib. IV. Cap. I. 29 post XIV. ætatis annum: impuberes autem lavabantur.

## C A P. XXXVI.

## A R G U M E N T U M.

Nunc de tribus illis, in quibus Decorum in actione externa est positum, differere incipit: & primum de formositate sive pulchritudine tradit, quam in duo dividit genera, quorum unum est venustatis ad mulieres pertinens, alterum dignitatis, viris magis conveniens: atque hic partim ea, quæ ad dignitatis conservationem faciunt, formam nempe virilem, colorem, munditiem, vestitum &c. partim quæ eandem deformant, v. g. tarditates molliores, festinationes nimias in incessu & gressu recenset. Deinde, qualem animi pulchritudinem esse velit, explicat, atque hic ad naturam dirigi vult animi motus, quorum alios cogitationis, alios ipsius appetitus esse dicit.

CUM autem 1 pulchritudinis duo genera sint, quorum in altero venustas sit, in altero dignitas: 2 venustatem muliebrem ducere debemus; dignitatem virilem. Ergo & a forma removeatur omnis 3 viro non dignus ornatus: & huic simile vitium in gestu, motuque caveatur. Nam & 4 palæstrici motus sæpe sunt odiosiores: & 5 histrionum nonnullis 6 gestus inepti non 7 vacant offensione: & in 8 utroque genere, quæ sunt recta, & simplicia, laudantur. Formæ autem dignitas 9 coloris bonitate tuenda est: color 10 exercitationibus corporis. Adhibenda est præ-

1 Ad justam, & quæ cum majestate quadam conjuncta sit, pulchritudinem, & apta proceritas corporis requiritur: quæ ubi deest, *venustus* quidem quis dici, *pulcher* proprie dici non potest. 2 Sallustius: *Munditia mulieribus, labor viris convenit.* 3 omnis expolitio cutis & fucus, & calamistrum, quo mulieres utuntur. 4 in palæstris docebantur, & brachia & totum corpus movere, decore ad leges, numerosque. 5 qui recitant comædias, & tragædias, & personas aliorum, referunt. 6 solebant Comædiis Romæ dare operam, gestuum pronuntiationisque causa. 6 non probantur a spectatoribus, tanquam molles & inepti. 7 in palæstricis moribus & gestu histrionum. 8 nativi, non fucati & medicaminibus comparati. Hinc *colorati* dicebantur, qui prospera utebantur valetudine. Improbatur autem in viris color albus, laudi vero ducebatur fuscus, & quasi adustus sole. 10 præcipue in campo Martio, & ruri venata, ut superius ostendit. Tullius.

præterea 11 munditia 12 non odiosa, neque 13 exquisita nimis: tantum quæ fugiat agrestem, & 14 inhumanam negligentiam. Eadem ratio est habenda 15 vestitus: in quo, sicut in plerisque rebus, mediocritas optima est. Cavendum est autem, ne aut tarditatibus utamur in gressu mollioribus, ut pompærum 16 ferculis similes esse videamur: aut in festinationibus suscipiamus 17 nimias celeritates; quæ cum fiunt, anhelitus movetur, vultus mutantur, ora torquentur: ex quibus magna significatio fit, non adesse constantiam. Sed multo etiam magis elaborandum est, ne animi motus a natura recedant, quod assequemur, si cavebimus, ne in 18 perturbationes, atque 19 exanimationes incidamus: & si attentos animos ad 20 decoris conversationem tenebimus. Motus autem animorum duplices sunt: alteri cogitationis; alteri appetitus. Cogitatio in vero exquirendo maxime versatur; appetitus impellit ad agendum. Curandum est igitur ut 21 cogitatione ad res quam optimas utamur, appetitum rationi obedientem præbeamus.

## C A P. XXXVII.

## A R G U M E N T U M.

*Deinceps quedam de Decoro in sermone tenendo monita præscribit, quibus generalem ejus divisionem in Rhetoricum, & quotidianum sive Philosophicum præmittit,*

11 ornatus quidam decorus. 12 ne quid nimis nos perterre-  
quæ facit aliis fastidium. 13 nimis affectata & accurata. 14 ab  
homine alienam. 15 Maxima semper fuit hominibus liberis,  
nec ineptis, cura, ut, quoties in publicum esset prodeundum,  
decenti essent habitu. 16 Fercula erant instrumenta lineæ,  
quibus signa ante triumphantem vehi per pompam solebant. Tar-  
dissime autem pompæ triumphalis fercula circumferebantur. 17  
hoc enim habebatur servile. *Liberos homines modico magis  
par est gradu ire, servile esse du-  
ce festinatius currere.* Plautus. 18 ne quid nimis nos perterre-  
faciat, & mentem nobis excu-  
tiant. Perturbationes per *motus  
animi nimios, rationi non ob-  
temperantes* definit mox Cicero  
cap. 38. 19 pavoris comites. Pavor autem sapientiam omnem  
ex animo expectorat. 20 Edi-  
tiones recentiores *decori*: sed  
*decoris* non solum visitur in olim  
excusis, verum & MSS. & non  
longe post noster. *Modus autem  
est optimus, decus ipsum tenere,  
de quo ante diximus.* 21 vir bo-  
nus abstinet non tantum a per-  
petrando, sed etiam a cogitan-  
do malo.

1 Et



rit, & ubi quisque locum habeat, indicat. Hinc quædam de voce, quæ sermonis index est, eique dignitatem affert, demonstrat, ac in ea duo requirit, claritatem scilicet & suavitatem, quarum illam exercitatione, hanc imitatione augeri innuit, exempla adjiciens eorum, in quibus commendata fuerit vocis bonitas, ut in Catulis, L. Crasso, Cæsare. Ultimo de virtutibus & vitiis sermonis tractat, qualis & quantus esse debeat, ostendens.

**E**T quoniam magna vis orationis est, eademque duplex; altera contentionis, altera sermonis: 1 contentio disceptationibus tribuatur 2 judiciorum, 3 concionum, 4 senatus: sermo in 5 circulis, disputationibus, congressionibus familiarium versetur: persequatur etiam convivia. 6 Contentionis præcepta rhetorum sunt, 7 nulla sermonis. Quamquam haud scio an possint hæc quoque esse. Sed 8 discentium studiis inveniuntur magistri: 9 huic autem qui studeant, sunt nulli: rhetorum turba referta omnia: quamquam quæ verborum sententiarumque 10 præcepta sunt, eadem ad sermonem pertinebunt. Sed cum orationis indicem vocem habeamus; in voce autem duo sequamur, ut 11 clara sit, ut 12 suavis: utrumque omnino a natura petendum est: verum alterum 13 exercitatio augebit, alterum imitatio præse 14 loquentium, & leniter. Nihil aliud fuit in Catulis, ut eos 15 exquisito iudicio putares uti litterarum; quamquam erant litterati: sed & 16 alii. Hi autem optime uti Lingua Latina putabuntur. Sonus erat dulcis,

1 Est oratio acris ad confirmandum aut confutandum apta. 2 in genere judiciali. 3 in genere demonstrativo. 4 in genere deliberativo. 5 corona hominum confabulantium de aliqua re honesta. 6 præcipiunt rhetores, quomodo & quando debeamus uti contentione: sed non præcipiunt, quomodo utamur sermone. 7 vide tamen Aristotelem IV. Ethic. ad Nicom. Cap. 6. 8 eorum, qui dicendi artem præcipere cupiunt. 9 quoniam esset res quasi infinita, persequi præcepta de sermone quotidiano. 10 apud rhetores. 11 ut exaudiatur, & sa-

tis intelligatur oratio. 12 quæ levelet audiendi fastidium. 13 Magnam curam veteres habebant vocis, & in ea exercenda multum studii ponebant. Propter quam causam dabant operam phonascis, seu magistris vocis. 14 ita clare, ut omnes audiantur litteræ, sed tanta lenitate, ut nullius aures offendant. 15 videbantur accurate & optime judicare de litteris & lingua Latina, cum ita loquerentur, & commendabantur suavitate vocis, cum non essent admodum eruditi. 16 scil. erant litterati, tamen non putabantur exquisito uti iudicio litterarum. 17 Hoc

cis: litteræ 17 neque expressæ, neque oppressæ, ne aut obscurum esset, aut putidum. Sine contentione vox 18 nec languens, nec canora. 19 Uberior oratio L. Crassi, nec minus faceta: sed bene loquendi de Catulis opinio non minor. 20 Sale vero & facetiis Cæsar, Catuli patris 21 frater, vicit omnes: ut in ipso illo 22 forensi genere dicendi, contentiones aliorum 23 sermone vinceret. In omnibus igitur his elaborandum est, si in omni, quid deceat, exquirimus. Sit igitur hic sermo, in quo 24 Socratici maxime excellunt, 25 lenis, 26 minimeque pertinax: insit in eo 27 lepos. Nec vero tamquam in 28 possessionem suam venerit, 29 excludat alios: sed cum reliquis in rebus, tum in sermone communi, 30 vicissitudinem non iniquam putet. Ac videat in primis quibus de rebus loquatur: si seriis, severitatem adhibeat, si jocosis, leporem. In primisque provideat, ne 31 sermo vitium aliquod indicet inesse moribus: quod maxime tum solet evenire, cum 32 studiose de 33 absentibus, 34 detrahendi causa, 35 aut per ridiculum,

aut

17 Hoc optime docet Quintilianus Instit. I. 11. ut expressa sint verba, ut suis quæque litteræ sonis enunciarentur: quarundam enim vel exilitate, vel pinguedine nimia laboramus: quasdam velut acriores parum efflamus, & aliis non dissimilibus, sed quasi hebetioribus permutamus. 18 nec torpens, nec tinnula. Studendum summopere, ne oratio fiat deforme canticum, neve frangatur in effæminatam & scenicam pronuntiationem. 19 Crassi, qui suo tempore summus orator fuit, oratio copiosior quidem erat oratione Catulorum: sed de illis non minor erat opinio, quod bene uterentur lingua Latina. 20 facetiis & joco. 21 fratres apud Romanos dicti fuerunt non modo, qui iisdem parentibus, sed & qui fratribus, & qui fratre ac sorore nati erant. 22 judiciali & causis, quæ in foro agebantur. 23 oratione sua, sine contentione: quæ multum salis & leporis habebat; eratque tanquam sermo quotidianus. Hoc adeo placebat populo,

24 Academici veteres, qui a Socrate originem habuerunt, in disputationibus maxima verecundia utebatur, ut ex Xenophonte liquet. 25 suavis: intentior vox est rusticitatis argumentum. 26 concedat aliis, quod est concedendum. 27 festivitas quædam & suavitas cum gratia. 28 proverbium sapit. 29 vitium eorum, qui semper loqui in omnibus congressibus, nec alios audire volunt. 30 verior hæc est lectio, cuius loco in vulgatis legitur. *Vicissitudine nonnunquam utendum putet.* 31 Nihil enim certius illo Solonis dicto apud Laertium: *ὁ λόγος εἰδωλὸν τῶν ἔργων.* Oratio est simulacrum operum 32 dedita opera. 33 nam inter præsentis linguæ mutato metu continentur, ut ait Tacitus, & Terentius: *Qui, quæ voluerit, dixerit: ea, quæ non voluerit, audiet.* Huc pertinet tritum illud, de absentibus & mortuis nil nisi bene loquendum esse. 34 ad imminuendam alterius existimationem & gratiam. 35 sive joco,

co,

aut severe, maledice, contumelioseque dicitur. Habentur autem plerumque sermones 36 aut de domesticis negotiis, aut de republica, aut de artium studiis atque doctrina. Danda igitur opera est, ut etiam si 37 aberrare ad alia cœperit, ad hæc revocetur oratio: sed 38 utcumque aderunt res. Neque enim omnes iisdem de rebus, 39 nec omni tempore, 40 nec similiter delectamur. Animadvertendum est etiam, quatenus sermo delectationem habeat, & ut incipiendi ratio fuerit, ita sit 41 desinendi modus.

## C A P. XXXVIII.

## A R G U M E N T U M.

*Quod paulo ante paucis attigit, cavendum esse, ne sermo vitium aliquod indicet inesse moribus, id nunc copiosius explicat, & omnes pravorum affectus a sermone excludit. Post vultum & gestus format, atque objurgationibus vehementioribus in colloquiis non esse utendum monet. Non quomodo inimicis respondendum inculcat, tandemque jactantiam, certum stultitiæ signum, in sermone fugiendam esse præcipit.*

**S**ED 1 quomodo in omni vita rectissime præcipitur, ut perturbationes fugiamus, id est motus animi nimios, rationi non obtemperantes: sic ejusmodi motibus sermo debet vacare, ne aut 2 ira existat, 3 aut cupiditas aliqua, aut 4 pigritia, aut 5 ignavia, aut tale aliquid appareat. Maximeque curandum est, ut eos, quibuscum sermonem conferemus, & 6 vereri, & 7 diligere videamur. 8 Objurgationes etiam non-

nun-

co, sive serio. 36 de quibus rebus sermo sit instituendus, docet. 37 minus caute. 38 qualescumque erunt res, de quibus loquimur, videndum est, ne modum excedamus. 39 nam alias aliter affecti sumus. 40 alii magis, alii minus. 41 quod qui non faciunt, molestissimi sunt, & odio enecant, quibuscum sunt.

1 Mutarunt hic vulgo contra veterum codicum fidem, quomodo in quoniam, eo quod quomo-

do in *ἁποτάσει* orationis infolentior videretur. 2 emineat, appareat, animadvertatur. Excandescere in sermone probrosus est, & virum sapientem maxime dedecet. 3 prava & injusta. 4 fuga honesti & necessarii laboris. 5 timidus & degener animus honesta pericula reformidans. 6 ne superbi & impudentes. 7 ne barbari & inhumani videamur. Quare vitanda est nimia familiaritas, quæ parit contemptum. 8 Ne amicorum

casti-

nunquam incidunt 9 necessariae; in quibus utendum est fortasse & vocis contentione majore, & verborum gravitate acriore. Id agendum etiam, 10 ut ne ea facere videamur irati, sed, 11 ut ad urendum, & secandum, sic & ad hoc genus castigandi 12 raro, 13 invitique veniamus, nec unquam, nisi necessario, si nulla reperietur alia medicina: sed tamen ira procul absit, cum qua nihil recte fieri, nihil considerate potest. 14 Magna autem parte clementi castigatione licet uti, gravitate tamen adjuncta, ut & 15 severitas adhibeatur, & 16 contumelia repellatur. Atque etiam illud ipsum, quod acerbitatis habet objurgatio, significandum est, ipsius causa, qui objurgetur, susceptum esse. Rectum est autem, etiam in illis contentionibus, quae cum 17 inimicissimis fiunt, etiam si 18 nobis indigna audiamus, tamen 19 gravitatem retinere, iracundiam repellere. Quae enim cum aliqua perturbatione fiunt, nec constanter fieri possunt, nec iis, qui adsunt, probari. 20 Deforme etiam est de se ipso 21 praedicare, falsa praesertim, & cum irrisione audientium imitari 22 militem gloriosum.

CAP.

castigare ob meritam noxam, immane est facinus, verum in aetate necessarium. Plautus. 9 ob hominum injuriam & pertulantiam. 10 Cicero Stoicorum sententiae subscribit, qui contra Peripateticos sine ira castigandos esse improbos, docet. 11 quemadmodum chirurgi inviti quodammodo secant & urunt vulnus, ut qui patitur, sanetur, non studio secandi aut urendi: sic amicum castigare debemus, non studio castigandi, sed corrigendi reducendique ad officium. 12 & licebit. Nam crebro peccantes crebro etiam puniendi. 13 nobis enim ipsis, & aliis molesti sumus. 14 alii: magna ex parte. Sed Gravius

praefert ellipsim particulæ ex. 15 Contra Horatius: *Ridentem dicere verum, quid vetat?* 16 convitia indigna homine ingenuo. Nam qui quid gessit, quod minus deceat, si reprehendatur, non ægre ferre debet. 17 qui nos capitali odio persequuntur. 18 quamvis in nos contumeliosi fuerint, & convitia indigna effuderint. 19 constantiam: ut non moveamur ad affectum. In quo maximo nobis adjumento sunt litterarum studia. 20 turpe & plenum ludibrii. 21 palam dicere & jactare sese in ipso quotidiano sermone. 22 Thrasonem Terentianum & Pyrgopolinicum Plautinum.

1 quæ

## C A P. XXXIX.

## A R G U M E N T U M.

Nunc de Decoro in ædificiis etiam attendendo differit: ubi eorum considerat Necessitatem, Dignitatem, Commoditatem, atque Laxitatem denique sive Spatium. Subinde tamen magis virtuti, quam ædificiorum splendori studendum esse monet, & exemplis dissimilibus Cn. Octavii & Scauri probat, ad honores adipiscendos magnificentiam ædium conduxisse aliis, aliis vero minus: ubi illorum simul errorem notat, qui res externas aliorum magis, quam virtutes imitantur. Hinc præcepta quædam generalia, quibus superiora velut in summam redigit, in omni actione observanda annectit, & facta eorum comparatione præstantissimum illud esse ostendit, ut rationi appetitus obtemperet.

**E**T quoniam 1 omnia persequimur, (2 volumus quidem certe) dicendum est etiam, qualem hominis honorati, & principis domum placeat esse. Cujus finis est usus, ad quem accommodanda est ædificandi descriptio: & tamen adhibenda 3 dignitatis, commoditatisque diligentia. 4 Cn. Octavio, qui primus ex illa familia 5 consul factus est, honori fuisse accepimus, quod præclaram ædificasset in 6 Palatio, & plenam dignitatis domum: quæ cum vulgo viferetur, 7 suffragata domino, 8 novo homini, ad consulatum putabatur. Hanc 9 Scaurus demolitus, 10 accessionem adjunxit ædibus. Itaque ille in suam domum consulatum primus intulit: hic 11 summi & clarissimi viri filius, in domum multi-

E  
pli-

1 Quæ ad officiorum rationem pertinent. 2 arrogantiam vita. In quam incidit, qui profitetur, se nihil omittere. 3 quoniam decet principem virum & magnificum, habere domum magnificam & plenam dignitatis. 4 De Perseo Rege Macedoniae triumphavit post præturam, sed navali triumpho. 5 A. V. C. DXXCIIIX. cum Torquato. 6 dictum a Palanto, urbe Arca-

diæ, unde Evander evenit. Erat urbis pars celeberrima, ubi Candidati domos conducebant. 7 fuisse auxilio, & tulisse suffragia ad consulatum consequendum. 8 cujus majores non fuerant in magistratu. 9 cujus domus in palatio quoque fuit. De ejus magnificentia vide Plinium . XXXVI. cap. 15. 10 ædes quas, domum Octavii demoliendo, majores effecit. 11 M. Scauri

plicatam, 12 non repulsam solum retulit, sed 13 ignominiam & 14 calamitatem. Ornanda est enim dignitas domo, non ex domo tota quærenda: nec 15 domo dominus, sed domino domus honestanda est. Et 16 ut in cæteris habenda ratio non sui solum, sed etiam aliorum: sic in domo clari hominis, inquam & 17 hospites multi recipiendi, & 18 admit-tenda hominum 19 cujusque modi multitudo, adhi-benda est cura 20 laxitatis. 21 Aliter ampla domus dedecori domino sæpe fit, si est in ea 22 solitudo, & maxime, si aliquando alio domino solita est 23 frequentari. Odiosum est enim, cum a prætereunti-bus dicitur: 24 *O domus antiqua, heu quam dispa-ri dominare domino!* quod quidem, his temporibus, 25 in multis licet dicere. Cavendum est etiam, præsertim si ipse ædifices, ne extra modum sumptu, & magnificentia prodeas. Quo in genere 26 multum mali etiam in 27 exemplo est. Studiose enim pleri-que, præsertim in hanc partem, facta principum imi-tantur: ut 28 L. Luculli, summi viri, virtutem quis? at quam multi 29 villarum magnificentiam imi-

yi principis senatus filius vitri-cum habuit Sullam. 12 in pe-titione consulatus: atque etiam de ambitu damnatus est. 13 nam L. Sulla in Sicilia quæstor, repetundarum damnatus est. 14 cur suapte sponte exulavit. 15 Hoc est, quod Seneca dixit: *habita non amœne, sed salubriter, nec dominum esse velis notum a domo, sed domum a domino.* 16 quemadmodum in omnibus aliis rebus, quid nobis agendum sit, considerare debemus, non so-lum propter nos, verum etiam propter alios. 17 amici exter-ni. 18 ut tunc erant clientes: & varia hominum genera do-mos principum ingrediuntur. 19 alii legunt: *cujusque generis.* Sed *cujusque modi* præferunt scripti libri & Nonius, eodem-que alibi utitur Cicero. 20 am-plitudinis. Medium itaque te-nere debet. 21 id est, *aliqui.* Ut in Lælio: *Aliter amicitia sta-biles permanere non possunt.* 22 a adeo ampla est, ut non tota

possit habitari. 23 coli familiæ frequentia, clientumque concur-su. 24 Ex vetere poeta. Est au-tem, *o domus, senarii finis: in-teger vero senarius id quod se-quitur: antiqua, heu, quam do-mino dominaris dispari.* Licet verba sint transposita. Sensus est: *O domus antiqua, quæ olim ha-buisti dominum honoratum & clarum virum, & quæ diceba-ris domus illius, aut illius viri, scilicet Pompeji: heu, quam, disparis & dissimilis domini do-mus diceris.* Nonnulli malunt, *o domus Anci.* Sed id reliqui non probant. 25 in multis Cæ-sarianis, Pompejanas ædes nullo alio quam victoriæ jure habitan-tibus. 26 *multas ædificare do-mos, & pascere multos, est ad pauperiem semita certa quidem.* 27 semper enim principes imi-tatur populus. 28 Tubero Stoi-cus Lucillum togatum Xerxen appellavit propter villam in sinu Bajano, & aquam marinam im-missam effosso monte. 29 De

imitati sunt? quarum quidem certe est adhibendus modus, ad mediocritatemque revocandus. Eademque mediocritas ad usum, cultumque vitæ referenda est. Sed hæc hæctenus. In omni autem actione suscipienda tria sunt tenenda: primum, ut appetitus rationi pareat; quo nihil est ad officia conservanda accommodatius: deinde, ut animadvertatur, quanta illa res sit, quam efficere velimus: ut neve major, neve minor cura & opera suscipiatur, quam causa postulet: tertium est, ut caveamus, ut ea, quæ pertinent ad liberalem speciem, & dignitatem, moderata sint. Modus autem est optimus, decus ipsum tenere, de quo ante diximus, nec progredi longius. Horum tamen trium præstantissimum est, appetitum obtemperare rationi.

## C A P. XL.

## A R G U M E N T U M.

*Quod erat secundum ex iis, in quibus Decori vim positam esse dixit, id nunc tertio & ultimo loco explicat: docens de ordine rerum, & temporum opportunitate. Ubi primum de Vocabulis certi quid constituit, & ne quis εὐταξίαν Modestiam interpretetur, definitionibus, quid inter illa, & his affinia intersit, palam facit: atque his propositis, quid sit hujus loci proprium, indicat. Deinde quem ordinem in actionibus, & vitæ universæ officiis servari velit Cicero, luculenter ostendit, ita ut videatur singula pene officii momenta prosequi, eaque omnia egregie similitudinibus, exemplis, & epiphonematibus declarat.*

**D**EINCEPS de ordine rerum, & temporum opportunitate dicendum est. Hac autem scientia continetur ea, quam Græci εὐταξίαν nominant, non hæc, quam interpretamur modestiam: quo in verbo modus inest. Sed illa est εὐταξίαν, in qua inteli-

E 2

tel. i.

Luculli hortis sumtuosissimis vide Plutarchum in ejus vita. 30 species & dignitas est externa pompa, splendor & ornatus, qui in cultu & alio parati in oculos hominum incurrit. Hinc personæ senatoriæ dicuntur speciosæ ab illa specie tunicæ lati-

claviæ, quæ hominum oculos, cum in publico versarentur, feriit. 31 nam est veluti causa efficiens eorum, quæ sequuntur. 1 Alii legunt, continet eam: 2 nostra lectio melior. 2 εὐταξία significat disciplinam quandam

telligitur ordinis conservatio. Itaque, ut eandem nos modestiam appellemus, sic definitur a Stoicis, ut modestia sit scientia earum rerum, quæ agentur, aut dicentur, loco suo collocandarum. Itaque videtur eadem 3 vis ordinis, & collocationis fore. Nam & ordinem sic definiunt, compositionem rerum aptis, & accommodatis locis: locum autem 4 actionis, opportunitatem temporis esse dicunt. Tempus autem actionis 5 opportunum, Græce *ἄναπλα*, Latine appellatur occasio. 6 Sic fit, ut modestia hæc, quam interpretamur ita, ut dixi, scientia sit opportunitatis idoneorum ad agendum temporum. Sed potest eadem esse prudentiæ 7 definitio, de qua principio diximus: hoc autem loco de 8 moderatione, & temperantia, & 9 earum similibus virtutibus quærimus. Itaque quæ erant prudentiæ propria, suo loco dicta sunt: quæ autem harum virtutum, de quibus 10 jamdiu loquimur, quæ pertinent ad verecundiam, & ad eorum 11 approbationem, quibuscum vivimus, nunc dicenda sunt. Talis est igitur ordo actionum adhibendus, ut quemadmodum in oratione constant, sic in vita omnia sint apta inter se, & convenientia. Turpe est enim, valdeque vitiosum, in re severa, 12 convivii dicta, aut 13 delicatum aliquem inferre sermonem. Bene Pericles, cum 14 haberet collegam in Prætura Sophoclem poetam, hique 15 de communi officio convenissent, & casu formosus puer præteriret, dixissetque Sophocles, O puerum pulchrum, Pericle! *At enim Prætorem, Sophocle, decet, non solum 16 manus, sed etiam oculos 17 abstinentes*

dam & verecundiam manendi in suo ordine & loco, sic ut nec adspiremus altius, quam decet, nec evagemur latius: deinde quandam elegantiam, prudentiamque, omnia ordine & tempestive faciendi. 3 natura & proprietas. 4 operationis. 5 hinc in loco sæpe est tempestive. 6 ex horum verborum definitione hoc sequitur. 7 quia rationem ostendi, qua quidque faciendum sit. Itaque prudentiæ nomine virtutes omnes Socrates intellexit. 8 moderatio est hoc loco, quam paulo ante modestiam dixit. 9 hæc lectio præferenda est alteri, quæ habet, *aliis similibus*. 10 jamdiu melius est, quam *jamdudum*, quod in aliis legitur: quia continuatio temporis & actionis manentis huic loco bene convenit. 11 laudationem & commendationem. 12 Vulgati habent *convivio dignum*. 13 Quod friget præ illo. 14 hoc factum est bello Samio: quod, Periclis ductu & auspiciis Athenienses gesserunt anno quarto Olympiadis XXIV. 15 ut jura redderent. 16 a pecuniæ lucro. 17 a libidinoso aspectu. 18 nu-



res habere. Atque hoc idem Sophocles, si in 18 athle-  
 tarum probatione dixisset, iusta 19 reprehensione  
 caruisset. Tanta vis est 20 & loci, & temporis: ut  
 si quis, cum causam sit acturus, in itinere, aut in  
 21 ambulatione secum ipse meditetur, aut si quid  
 aliud attentius cogitet, non reprehendatur: at, hoc  
 idem si in 22 convivio faciat, 23 inhumanus vi-  
 deatur, 24 inscitia temporis. Sed ea, quæ multum  
 25 ab humanitate discrepant, ut, si quis in foro  
 cantet, aut si qua est alia magna perversitas, facile  
 apparent, nec magnopere admonitionem, & præcepta  
 desiderant: quæ autem parva videntur esse delicta,  
 neque a 26 multis intelligi possunt, ab iis est di-  
 ligentius declinandum. Ut in fidibus, aut in tibiis,  
 quamvis paullum discrepent, tamen id a 27 sciante  
 animadverti solet: sic videndum est in vita, ne 28  
 forte quid discrepet; vel multo etiam magis, quo  
 major, & melior actionum, quam sonorum, concen-  
 tus est.

## C A P. XLI.

## A R G U M E N T U M.

*Minima etiam errata studiose esse cavenda, partim  
 simili a Musicis sumpto, partim congerie aliquot exem-  
 plorum illustrat. Post ex vitiis alienis nostra emendan-  
 da monet, itemque in rebus dubiis doctiores, & pru-  
 dentiores esse consulendos, quod posterius ab exemplo  
 pictorum, & poetarum etiam confirmat. Hinc quæ  
 consuetudine introducta sunt, observanda omnino esse  
 precipit, & gemina occupatione tam κακαζυλίαν in  
 variis præstantium virorum exemplis, quam Cynicorum  
 ἀναίδειαν verecundiæ inimicam vitandam esse censet.*

E 3

Po-

18 nudis enim corporibus athle-  
 tæ certabant, ut si viderentur ro-  
 busti, a prætoribus probarentur.  
 19 nam oratio actioni fuisset con-  
 sentanea. 20 ut nec omnia, nec  
 passim, nec ab omnibus. 21  
 quod cum facerent philosophi  
 fere semper & non suo loco, ir-  
 ridebantur ab aliis. 22 unde lex  
 ista, ἢ τίθι ἢ ἀπιθι, aut bibe,

aut abi. 23 rusticus. 24 ita ele-  
 gantissime vertit Cicero, quam  
 Græci dicunt ὠκαιρίαν. 25 ab  
 his moribus, quos homo bene  
 institutus habere debet. 26 im-  
 perita multitudo. 27 perito  
 in musicis. 28 ut sit equalitas  
 ac tenor vitæ per omnia conso-  
 nans sibi. Seneca Epist. 31.

1 Artis

Postremo de colendis iis, qui etate, dignitate, & auctoritate antecellunt, quedam adjicit, & generali precepto locum hunc omnem de Modestia claudit.

**I**TAQUE, ut 1 in fidibus musicorum aures vel minima sentiunt: sic nos, si acres, ac diligentes 2 esse volumus, animadversoresque vitiorum, magna sæpe intelligimus ex parvis. Ex oculorum 3 obtutu, ex superciliarum 4 aut remissione, aut contractione, ex mœstitia, ex hilaritate, ex risu, ex locutione, ex reticentia, ex contentione vocis, ex submissione, ex ceteris similibus, facile judicabimus, quid eorum apte fiat, quid ab officio naturaque discrepet. Quo in genere non est incommodum, quale quodque eorum sit, 5 ex aliis judicare: ut, si quid 6 dedeceat in aliis, vitemus & ipsi. Fit enim nescio quomodo, ut 7 magis in aliis cernamus, quam in nobismet ipsis, si quid delinquitur. Itaque facillime corriguntur in discendo. 8 quorum vitia imitantur, emendandi causa magistri. Nec vero alienum est, ad ea eligenda, quæ dubitationem afferunt, adhibere doctos homines, vel etiam usu peritos, & quid his de quoque officii genere placeat, exquirere. Major enim pars eo fere deferri solet, quo 9 a natura ipsa deducitur. 10 In quibus videndum est, non modo, quid quisque loquatur, sed etiam, quid quisque sentiat, atque etiam, qua de causa quid quisque sentiat. Ut enim 11 pictores, & ii, qui 12 signa fabricantur, 13 & vero etiam poetæ, suum quisque opus

1. Aptissima comparatio. Nam vita hominum harmonia est. 2 quidam interserunt, *judices*, non attendentes, *acres & diligentes* sine substantivo etiam alibi a Cicerone poni. 3 nam oculi sunt in amore duces. 4 Est enim in superciliis pars animi: negamus, annuimus. Hæc maxime indicant fastum. Vide Plinium lib. XI. *Histor. Nat. cap. 37. Ira contractis, tristitia deductis, hilaritas remissis ostenditur superciliis.* Quintil. XI 3. 5 ad hoc alienorum morum speculum tanto diligentius nostros explorare ac emendare debemus quanto cœciores in re nostra iudices sumus propter *φιλανθρίαν*, affectuumque nebulam. *Felix, quem faciunt aliena pericula cautum.* 6 Sic etiam Terentius in *Adelphis Act. III. Scen. 4.* & Horat. lib. 1. *sat. 4.* 7 *aliena vitia in oculis habemus, nostra a tergo sunt.* Seneca. 8 magistri, cum discipulos reprehendere volunt, eos imitantur; ut discipuli videndo cognoscant, quam dedeceat id, in quo reprehenduntur. 9 a recta ratione. 10 saluberrimum est hoc præceptum Ciceronis. Nam prout quisque affectus est, ita varie de rebus judicat. 11 maxime Appelles. 12 sculptores & statuarii. 13 *Et vero affirmantis est, ut sæpe Cicero.* Inepte in aliis,

opus a vulgo considerari vult: ut, si quid reprehensum sit a pluribus, id corrigatur: hique & secum, & cum aliis, quid in eo peccatum sit, 14 exquirunt: 15 sic aliorum iudicio permulta nobis & facienda & non facienda, & mutanda, & corrigenda sunt. Quæ vero 16 more aguntur, institutisque civilibus, de his nihil est præcipiendum. Illa enim ipsa 17 præcepta sunt, nec quemquam hoc errore duci oportet, ut, si quid Socrates, aut Aristippus 18 contra morem, consuetudinemque civilem fecerint, locutive sint, idem sibi arbitretur licere. 19 Magnis illi & divinis bonis hanc licentiam assequerantur. 20 Cynicorum vero ratio tota est ejicienda: est enim inimica verecundiæ, sine qua nihil rectum esse potest, nihil honestum. Eos autem, quorum vita perspecta in rebus honestis, atque magnis est, bene de republica sentientes ac bene meritos, aut merentes, 21 sicut aliquo 22 honore, aut imperio affectos, observare, & colere debemus: 23 tribuere etiam multum senectuti: 24 cedere iis, qui magistratum habebunt: 25 habere delectum civis, & peregrini: in ipsoque peregrino, 26 privatimne an publice venerit: ad summam (ne agam de singulis) communem totius generis hominum conciliationem, & consociationem colere, tueri, servare debemus.

## E 4

## CAP.

aliis, & veri poetæ legitur. 14 diligentur perscrutantur. 15 modo iis probari velimus, & quid alii de nobis existiment, non contemnamus. 16 Vide Corn. Nepotem in proœmio, ubi ostendit, non eadem omnibus honesta esse atque turpia, sed omnia majorum institutis iudicari. 17 quæ ab omnibus observari debent: ergo de his non opus est præcipere. 18 quoniam Socrates novam Athenis religionem introducebat, contra mores & instituta civitatis: & Aristippus voluptati omnia tribuebat, & quæstui philosophiam habere cœpit, & ejus domum meretrices frequentabant. 19 virtutibus excellentibus, eruditione eximia. 20 qui omnia volebant fieri ad libidinem & appetitum, nullamque verecundiæ habebant rationem. 21 sententia est, non secus honorandos esse Philosophos, aliosque privatos bene merentes de republica; atque eos, qui constituti sunt in honore vel imperio. 22 magistratu civili aut militari. 23 propter usum rerum, ætate partum: & quod junioribus parentum loco sint. 24 & propter potestatem, & propter publicam auctoritatem. 25 erga cives officiosi, peregrinos honore afficere debemus. 26 nam, si legatus, major ei tribuendus est honor.

I Di.

## CAP. XLII.

## ARGUMENTUM.

*Ultimus de Decoro locus de artibus & quæstibus est: de quibus hic nonnulla superioribus addit. Et ut planum fiat, quæ libero ac ingenuo homine digna sint, quæ minus, distinguit artificia, & dedecere hominem ingenuum, ait, tum ea, quæ incurrunt in odia hominum, tum quæ luxui, & voluptatibus inserviunt; mercenariorum item, opificum & popularum quæstus, quos omnes illiberales censet: decere autem maxime, quibus vel prudentia major inest, vel non mediocris utilitas queritur, quales Medicina, Architectura, doctrina rerum honestarum: mercaturam quoque, si avaritia absit, & agriculturam, quam eximie commendat.*

**J**AM de artificiis, & quæstibus, qui 1 liberales habendi, qui 2 sordidi sint, hæc fere accepimus. Primum improbantur ii quæstus, qui in odia hominum incurrunt, ut 3 portitorum & 4 fœneratorum. Illiberales autem, & sordidi quæstus 5 mercenariorum omnium, quorum operæ, non quorum artes emuntur. Est enim illis ipsa merces 6 auctoramentum servitutis. Sordidi etiam putandi, qui 7 mercantur a mercatoribus, quod statim vendant. Nihil enim proficiunt, nisi admodum mentiantur. Nec vero quidquam est turpius 8 vanitate: 9 opificesque omnes in fordida arte versantur. Nec vero  
quid-

1 Digni homine libero & ingenuo. 2 serviles. In quibus comparandis necesse est, ut manus sordeant. 3 quorum opera publicani utebantur in exigendis vestigalibus & portoriis. 4 qui pecuniam sub quæstu immo- dico aliis elocant. 5 ut bajuli, cæterique, qui corporis operam locant. 6 quoddam privilegium & auctoritas servi: illa enim merces effecit, ut majoris sit auctoritatis, quam servus; li- cet uterque serviat: tamen ille conductus mercede magis aucto- ratus videtur. Non enim tene- tur ad operam suam præstandam, nisi detur merces: servi autem in potestate dominorum sunt. Sed hæc moribus Romanis, non hodiernis. 7 insitores, qui ab agricolis & mercatoribus emunt, quod statim carius vendunt, ni- hil lucrantes, nisi mentiantur, se magno pretio emisse. 8 men- dacio. 9 ut fabri, futores & simi-

quidquam 10 ingenuum potest habere officina. Minimeque artes probandæ, quæ ministræ sunt voluptatum, 11 cetarii, 12 lanii, coqui, 13 fartores, 14 piscatores, ut ait 15 Terentius. Adde huc, si placet, 16 unguentarios, 17 saltatores, 18 totumque ludum talarium. Quibus autem artibus aut prudentia major inest, aut non mediocris utilitas quaeritur, ut medicina, ut architectura, ut 19 doctrina rerum honestarum: hæ sunt iis, quorum ordini conveniunt, honestæ. Mercatura autem, si 20 tenuis est, sordida putanda est: si magna & copiosa, multa undique apportans, multisque 21 sine vanitate impertiens, non est admodum vituperanda: atque etiam, si satiata quæstu, vel 22 contenta potius, ut sæpe ex alto in portum, ex ipso portu se in agros, possessionesque 23 contulerit, videtur jure optimo posse laudari. Omnium autem rerum, ex quibus aliquid acquiritur, nihil est agricultura melius, nihil uberius, nihil dulcius, 24 nihil homine, nihil libero dignius. De qua, quoniam in Catone Majore satis multa diximus, illinc assumes, quæ ad hunc locum pertinebunt.

## C A P. XLIII.

## A R G U M E N T U M.

*Transit nunc Cicero ad comparationem duorum inter se honestorum: atque hic officia justitiæ longe præferenda esse officiis prudentiæ asserit, ideo quod communè magis serviant societati: ideoque hoc capite tribus po-*

E 5

tissi-

similes. 10 ingenuo liberoque homine dignum. 11 qui vendunt pisces magnos, & bolonas exercent. 12 qui carnes vendunt. 13 qui insitia & farcina faciunt. 14 qui recentes pisces vendunt. 15 in Eunuchoad. 2. scena 2. 16 qui vendunt unguenta ad delicias & luxum. 17 histriones, qui saltando fabulam in theatro exhibent. 18 qui non oblectandi, sed lucri causa fit. 19 munus docendi honestas artes. 20 paucarum mercium. 21 vendens sine mendacio, ut non decipiantur emtores. Licet hoc adeo familiare sit mercatoribus, ut congenitum videatur, & sine eo sacra eorum constare vix videantur. 22 quæ aliquando finem cupiditatibus imponit, & quæstu jam parto contenta vivit. 23 iverit ad agros emendos colendosque, ut domesticos alere possit. 24 Vulgo: nihil libero homine dignius. Sed præstat scriptorum librorum lectio: nihil homine, nihil libero dignius, hominem enim fere appellat eum, qui sapientiæ præceptis fit imbutus: liberum, qui servus non sit.

1 Si

tissimum argumentis a fine hominis, a sapientiae definitione, & a communi experientia, & testimonio ac consensu omnium saniorum hominum desumptis probat.

**S**ED ab iis partibus, quæ sunt honestatis, quemadmodum officia ducerentur, satis expositum videtur. Eorum autem ipsorum, quæ honesta sunt, potest incidere sæpe contentio, & comparatio; 1 de duobus honestis, utrum honestius: qui locus a 2 Panætio est prætermissus. Nam cum omnis honestas manet a partibus quatuor, quarum 3 una sit cognitionis, 4 altera communitatis, 5 magnanimitatis, 6 quarta moderationis: hæc in deligendo officio sæpe inter se comparentur necesse est. Placet igitur, 7 aptiora esse naturæ ea officia, quæ 8 ex communitate, quam ea, quæ 9 ex cognitione ducuntur: idque hoc argumento confirmari potest, quod, si contigerit ea vita sapienti, ut in omnium rerum affluentibus copiis, quamvis omnia, quæ cognitione digna sunt, summo otio secum ipse consideret, & contempletur; tamen si solitudo tanta sit, ut hominem videre non possit, 10 excedat e vita. Princepsque omnium virtutum est illa sapientia, quam *σοφία* Græci vocant: prudentiam enim quam Græci *φρόνησις*, 11 aliam quandam intelligimus, quæ est rerum expetendarum, fugiendarumque scientia. illa autem sapientia, quam principem dixi, rerum est 12 divinarum, atque 13 humanarum scientia: in qua continetur deorum, & hominum commu-

1 Si scilicet incidant præstanda in idem tempus, cum utroque defungi non liceat: tum deliberatur, utrum alteri sit præferendum. 2 Non mirum. Stoicis enim placebat peccata esse paria, ut notum est, & nullum esse medium inter virtutem & vitium. 3 prudentia. 4 iustitia. 5 fortitudo. 6 temperantia. 7 magis convenire & utiliora esse humanæ naturæ. 8 quæ faciunt ad societatem humanam tuendam. 9 quæ versantur in inquirendo vero. 10 quamvis ex meditatione ipsa & consideratione rerum divinarum maximam capiat voluptatem, majorem tamen capiet, si habuerit socium, quo cum ea communitur, quæ meditando invenit. 11 In vulgatis quibusdam additur, dicunt: sed quoniam in MSS. deest, *ἀπὸ κοινῆς* ex priori versu repetendum erit *vocant*. 12 Per res divinas intelligit naturales & illarum causas, ad mentem gentilium Philosophorum, qui statuebant, aut mundum esse Deum, aut Dei partem. 13 quæ complectitur doctrinam societatis humanæ tu-

munitas, & societas inter ipsos. Ea si maxima est, ut certe; necesse est, quod a 14 communitate ducatur officium, id esse maximum. Etenim cognitio, contemplatioque naturæ 15 manca quodam modo atque inchoata sit, 16 si nulla actio rerum consequatur. Ea vero actio in hominum commodis tuendis maxime cernitur. Pertinet igitur ad societatem generis humani. Ergo hæc cognitioni anteponenda est. Atque id optimus quisque re ipsa ostendit, & iudicat. Quis est enim tam cupidus in perspicienda, cognoscendaque rerum natura, ut si ei tractanti, contemplantique res cognitione dignissimas, subito sit oblatum periculum, discrimenque patriæ, cui subvenire, opitularique possit, non illa omnia relinquat atque abjiciat, etiam si 17 dinumerare se stellas, aut 18 metiri mundi magnitudinem posse arbitretur? atque 19 hoc idem in parentis, in amici re, aut periculo fecerit. Quibus rebus intelligitur, studiis officiisque scientiæ præponenda esse officia justitiæ: quæ pertinent ad hominum 20 charitatem: qua nihil homini debet esse 21 antiquius.

## C A P. XLIV.

## A R G U M E N T U M.

*Absoluta probatione precedentis assertionis Occupationem geminam addit, & primo crimen Philosophis esse, cum de Justitia ageret, objectum, quasi ignavi, & humanæ societatis desertores essent, bipartita defensione ipse diluit, ostendens exemplis Lysiae, Platonis, & suo-*

endæ. 14 Homo ad duas res natus est, ad contemplandum & agendum. Officium maximum implet, si utrumque agit. Præstat tamen actio, quam contemplatio, cum illa pro communi hominum societate & utilitate suscipitur, quia vitæ humanæ plus prodest, quam rerum absconditarum scientia. 15 h. e. imperfecta, non solum propter hanc, quam affert, rationem, si nulla actio rerum consequatur, si nihil agat in vita, nec proficit hominibus; sed & quia illarum

obscuritas est magna, & cognitio tenuis. 16 virtus enim in actione consistit. 17 ut Eudoxus Cnidius, Geometra & Astrologus præstantissimus. 18 ut Archimedes, qui in communi periculo suis pulveribus fuit intentus. 19 ut sci. relinquat contemplationem, & adsit periclitanti parenti aut amico &c. 20 sic ex MSS. rescriptis Grævius, cum in vulgatis existet utilitatem. 21 carius & jucundius.

1. Præ-

& suorum præceptorum, eos, & viva voce docere, & scriptis, tum absentes, tum omnem erudire posteritatem: ubi eloquentiam quoque tuenda communitati inservire probat. Deinde opinionem eorum, qui utilitatis & necessitatis gratia in vitam esse cum hominibus societatem statuunt, similitudine ab apibus petita refellit, idque expolitione, omnem sine socio admirationem insuavem fore, amplificat. Paucissimis etiam fortitudini justitiam præstare innuit.

**A**TQUE illi, i quorum studia, vitaque omnis in rerum cognitione versata est, tamen ab augendis hominum utilitatibus, & commodis non recesserunt. Nam & erudierunt multos, quo meliores cives, utilioresque rebus suis publicis essent: ut 2 Thebanum Epaminondam 3 Lysis Pythagoræus, Syracusium Dionem 4 Plato, 5 multique multos, nosque ipsi, quidquid ad rempublicam attulimus, si modo aliquid attulimus, a 6 doctoribus, atque doctrina instructi ad eam, & ornati accessimus. Neque solum vivi, atque præsentis studiosos discendi erudiunt, atque docent; sed hoc idem etiam post mortem 7 monumentis litterarum assequuntur. Nec enim locus ullus prætermisus est ab 8 iis, qui 9 ad leges, qui ad mores, qui ad disciplinam reipublicæ pertineret, ut 10 otium suum ad nostrum 11 negotium contulisse videantur. Ita illi ipsi doctrinæ studiis, & sapientiæ dediti, ad hominum utilitatem suam prudentiam, intelligentiamque potissimum conferunt. Ob eamque causam 12 eloqui copiose, modo prudenter, me-

1 Præstantissimi Philosophi. 2 vide Cornelium Nepotem in vita Epaminondæ. 3 vulgo male: *Lysias*, Nam *Lysias* Rhetor nihil ad hunc locum. *Lysis* Tarentinus Pythagoræ auditor, Thebas confugit, & Epaminondæ ibi præceptor factus est. 4 Plato in Siciliam navigans suis doctrinis Dionem adjunxit, qui tum juvenis omnes Platonis discipulos ingenio & industria superavit. 5 ut Periclem Anaxagoras, Alcibiadem Socrates, Africanum Panætius &c. 6 Hinc in Oratore ait: Ego quem & me sæpe nova videri dicere intelligo, cum per vetera dicam, sed inaudita plerisque, & fateor me oratorem, si modo sum, aut quicumque sum, non ex Rhetorum officinis, sed ex Academia spatii extitisse. 7 libris & præceptis ad bene beateque vivendum scriptis. 8 Huc pertinent imprimis Platonis & Aristotelis scripta. 9 ad optimum modum & gubernationem reipublicæ. 10 contemplationem & cognitionem rerum in otio. 11 nos docendo, negotia publica gerere. 12 eloquentia copiosa, qua alios



melius est, quam vel acutissime sine eloquentia cogitare: quod cogitatio in se ipsa vertitur, eloquentia complectitur eos, quibus cum communitate juncti sumus. Atque, ut apum examina non fingendorum favorum causa congregantur, sed cum congregabilia natura sint, fingunt favos: sic homines, ac multo etiam magis, 13 natura congregati, adhibent 14 agendi, 15 cogitandique solertiam. Itaque, nisi ea virtus, quæ constat ex hominibus tuendis, id est, ex societate generis humani, 16 attingat rerum cognitionem, 17 solivaga cognitio, & 18 jejuna videtur: itemque magnitudo animi 19 remota communitate, conjunctioneque humana, feritas fit quædam, & immanitas. Ita fit, ut 20 vincat cognitionis studium consociatio hominum, atque communitas. Nec verum est, quod dicitur a 21 quibusdam propter necessitatem vitæ, quod ea, quæ natura 22 desideraret, consequi sine aliis, atque efficere non possemus, 23 idcirco in vitam esse cum hominibus communitatem & societatem: quod si omnia nobis, quæ ad victum, cultumque pertinent, quasi 24 virgula divina, ut ajunt, 25 suppeditarentur, cum optimo quisque ingenio, negotiis omnibus omissis, totum se in cognitione & scientia collocaret. Non est ita. Nam & solitudinem fugeret, & 26 socium studii quæret: tum docere, tum discere vellet, tum audire, tum dicere. 27 Ergo omne officium, quod ad conjunctionem hominum, & ad societatem tuendam valet, anteponendum est illi officio, quod cognitione & scientia continetur.

## CAP.

alios defendamus, vel egregiis cogitationibus præstat. 13 Hæc est Aristotelis doctrina, quam opposuit Platonice, statuenti, necessitatem condidisse civitates. Vide infra. 14 ut cogitatio sine actione inanis est, sic actio, quæ cogitatione careat, ad temeritatem plerumque delabitur. 15 quam præferunt Codices nonnulli, *congregandi solertiam*, locum hic non habet. 16 nisi studium societatis cum rerum cognitione jungatur. 17 solitaria. 18 parum utilis generi humano. 19 nisi fortitudo pugnet pro æquitate & utilitate communi. 20 superet præstabi-

liorque sit. 21 maxime a Platone. 22 requireret ad vitam degendam. 23 Vulgo legitur: *idcirco vitam esse*, &c. quod satis elegans & venustum censet Grævius, mutat tamen ex MSS. & primis editionibus. 24 citra nostram operam, quæ non expetimus. Satyram hac inscriptione Varro composuit. 25 ad pedes, in promptu essent, suppeterent. 26 participem studii sui, & quo cum suas contemplationes communicare posset. 27 Duobus propositis honestis, concludit, utrum honestius: præfertque officia justitiæ officiis contemplationis & scientiæ.

1 Pla-

A R G U M E N T U M.

*Pergit in collatione honestorum Cicero, & Temperantiam etiam sive modestiam cum justitia confert, dicens, aliquando officia modestiæ, & verecundiæ preferenda esse justitiæ & communi societati. Sub finem tuendam in primis, & juvandam hominum illam societatem monet, & occasione comparationis modo factæ admonitionem de gradibus officiorum justitiæ erga alios, atque alios supra traditam repetit, atque sic primum hunc librum concludit.*

**I**LLUD <sup>1</sup> forsitan quærendum sit, num hæc <sup>2</sup> communitas, quæ maxime est apta naturæ, sit etiam moderationi, modestiæque semper anteponenda. Non placet: sunt enim quædam <sup>3</sup> ita <sup>4</sup> foeda, partim ita flagitiosa, ut ea ne conservandæ quidem patriæ causa sapiens facturus sit. Ea <sup>5</sup> Posidonius collegit permulta, sed ita tetra quædam, ita obscœna, ut dictu quoque videantur turpia. Hæc igitur non suscipiet <sup>6</sup> reipubl. causa, ne respublica quidem pro se suscipi volet. <sup>7</sup> Sed hoc commodius se res habet, quod non potest accidere tempus, ut intersit reipublicæ, quidquam illorum facere <sup>8</sup> sapientem. Quare hoc quidem effectum sit, in officiis deligendis, id genus officiorum excellere, quod teneatur hominum societate. Etenim cognitionem, prudentiamque sequitur.

<sup>1</sup> Platonis rempublicam notat, qui laxior est multo, quam deceat. <sup>2</sup> justitia, quæ est ad communem hominum societatem tuendam. <sup>3</sup> nonnulli habent, *quædam partim ita*, alii melius omittunt *partim*, quod non semper geminatur. <sup>4</sup> crudelia, turpia, flagitio ac scelere plena, ut si proponeretur alicui, ut cum matre coiret, aut patrem interficeret, aliter patria excinderetur &c. nullo pacto cum matre concumbendum est, etiamsi patria ruitura esset. <sup>5</sup> fuit Panætii discipulus, & locum de repugnantia utilis & honesti a Præceptore prætermissum tractavit, teste infra Cicerone lib. III. cap. 2. <sup>6</sup> alii interserunt *quisquam*, alii *quis*. Sed has voculas inculcaverunt, qui non attendunt, sæpissime Ciceronem eas omittere. <sup>7</sup> Ita feliciter Grævius restituit, pro eo, quod in omnibus editionibus antea erat: *Sed hæc commodius* &c. sensus est: Tanto melius se res habet, non eget disputatione, num officia justitiæ sint temperantiæ officiis preferenda, quia nunquam poterit accidere, ut reipublica quicquam flagitiosum suscipiat sapiens. <sup>8</sup> quasi dicas, in puerilem ætatem, aut mul-

lie-

tur considerata actio. Ita fit, ut, 9 agere confide-  
 rate, pluris sit, quam cogitare prudenter. Atque hæc  
 quidem hæc. Patefactus est enim locus ipse, ut  
 non sit difficile in exquirendo officio, quod cuique  
 sit præponendum, videre. In ipsa autem communita-  
 te sunt gradus officiorum, ex quibus, quid 10 cui-  
 que præstet, intelligi possit: ut prima diis immorta-  
 libus; secunda patriæ; tertia parentibus; deinceps  
 gradatim reliqua reliquis debeantur. Quibus ex re-  
 bus breviter disputatis intelligi potest, non solum id  
 homines solere dubitare, honestumne an turpe sit;  
 sed etiam, duobus propositis honestis, utrum hone-  
 stius. Hic locus a Panætio est, ut supra dixi, præ-  
 termissus. Sed jam ad reliqua pergamus.

M. TUL-

librem sexum fortassis injuriæ | si jungatur, perfectum hominem  
 iste caderent. 9 sed utrumque | reddit. 10 antecellat aliis.

I A

M. TULLII CICERONIS

D E

## OFFICIIS

AD MARCUM FILIUM

L I B E R I I.

C A P. I.

A R G U M E N T U M.

*Secundum hunc librum ipse auctor rursus in proœmium, & ipsam tractationem, dividit. In proœmio per brevem ἀνακρίψαίωσιν primo summam libri primi, & argumentum secundi proponit: quod nempe de Utili, sed duplici modo, sit disputaturus. Mox tacite reprehensionem, quasi actum agere videatur, responderet, atque deinde, quamobrem nunc studia tractet philosophica, indicat. Causam vero a se in tempora, & Reipublicæ statum perturbatum transfert, quo motus a forensibus negotiis ad Philosophiam sese retulerit. Post votum subjungit, deplorationem tyrannidis illorum temporum continens atque commemoratione vitæ antea occupationis supervacaneæ crimen amolitur.*

**Q**UEMADMODUM officia ducerentur ab honestate, Marce fili, atque 1 ab omni genere virtutis, satis explicatum arbitror libro superiore. 2 Sequitur, ut hæc officiorum genera 3 persequar, quæ pertinent ad vitæ cultum, & ad earum rerum, quibus utuntur homines, 4 facultatem, ad opes, ad 5 copias. In quo tum quæri dixi, quid utile, quid inutile: tum ex utilibus quid utilius, aut quid maxime utile. De quibus di-

1 A prudentia, a justitia, cui perest, remanet. 3 ut dispu-  
conjuncta beneficentia, a forti- | tem de utili. 4 potentiam &  
tudine, a temperantia. 2 su- | possibilitatem. 5 rerum affluen-  
tias.

dicere aggrediar, si pauca prius de 6 instituto, ac de 7 iudicio meo dixerō. Quamquam enim libri nostri 8 complures non modo ad 9 legendi, sed etiam ad 10 scribendi studium excitaverunt; tamen interdum vereor, ne quibusdam 11 bonis viris philosophiæ nomen sit invisum, mirenturque in ea tantum me operæ, & temporis ponere. Ego autem, quamdiu respublica per eos 12 regebatur, quibus 13 se ipsa commiserat, omnes meas 14 curas, cogitationesque in eam conferebam: cum autem 15 dominatu unius omnia tenerentur, neque esset usquam 16 consilio, aut 17 auctoritati locus, 18 socios denique tuendæ reipubl. summos viros amissem; nec me angoribus 19 dedidi, quibus essem 20 confectus, nisi iis restitsem; nec rursus 21 indignis homine docto voluptatibus. Atque utinam respublica stetit, 22 quo cœperat, statu, nec in homines non tam commutandarum, quam 23 evertendarum rerum cupidos incidisset. Primum enim, ut stante respublica facere solebamus, in 24 agendo plus, 25 quam in scribendo, operæ poneremus: deinde, ipsis scriptis non ea, quæ 26 nunc, sed 27 actiones nostras mandarem, ut sæpe fecimus. Cum autem respublica,

in

tias. 6 quod me ad Philosophiam latinis litteris illustrandam contulerim. 7 quod hæc mihi studia, cum illæ, republ. oppressa, conticuisent litteræ forenses ac senatoriæ, colenda maxime iudicaverim. 8 ut Hortensium, Brutum, Varronem & alios. 9 scripta ab aliis. 10 de Philosophia. 11 Romani enim Philosophiæ studia, tanquam otiosorum Græculorum oblectamenta, aut contemnebant, aut leviter modo tangebant, ac ex illa tantum hauriebant, quantum ad eloquentiam, quam præcipue colebant, facere iis videbatur. Hinc Ciceronem invidi & malevoli Græculam vocabant. 12 in aliis est, *gerebatur*, facili transpositione primarum syllabarum. 13 Consules enim & alii magistratus suffragiis civium eligebantur. 14 Hinc Augustus ad nepotem suum, magna horum librorum parte lecta, di-

xit, *eloquens, eloquens, fili, fuit hic vir, & amans patriæ.* 15 Cæsaris monarchiam designat. 16 liberæ enim sententiæ dici non poterant. 17 senatus enim auctoritas jacebat. 18 Pompejum, Catonem, Milonem, Lentulum, & alios. 19 elegantius verbum, & ad rem significandam aptius. 20 victus, prostratus atque consumtus. 21 perstringit Cicero tacite Lucillum & Hortensium, qui abjectis optimarum artium studiis se suis piscinis oblectabant. 22 statim post Cæsaris necem, videbatur enim restituta respublica. 23 ut esset nulla penitus Resp. Antonium consulem notat, longe improbiorem Cæsare Dominum. 24 in causis forensibus senatoriisque muneribus. 25 pleraque enim scripsit eversa respublica. 26 præcepta Philosophiæ. 27 non tantum orationes in foro & senatu, sed & commentarios de suo consulari.

in qua omnis mea cura, cogitatio, opera poni solebat, 28 nulla esset omnino; illæ scilicet literæ conticuerunt, 29 forenses, & 30 senatoriæ. Nihil autem agere 31 cum animus non posset; in his studiis 32 ab initio versatus ætatis, existimavi 33 honestissime molestias posse deponi, si me ad philosophiam retulissem. Cui cum multum adolescens, 34 discendi causa, temporis tribuissem; posteaquam 35 honoribus infervire cœpi, meque totum reipublicæ tradidi; tantum erat philosophiæ loci, quantum superfluerat 36 amicorum, & 37 reipublicæ temporibus. Id autem omne consumebatur in 38 legendo, 39 scribendi 40 otium non erat.

## C A P. II.

## A R G U M E N T U M.

*Ut ostendat Cicero, magno viro dignum esse Philosophiæ studium, seque eo nomine minime vituperandum, a præstantia, usu, & dignitate eandem dilaudat: atque in hunc finem, post Græcæ vocis explanationem, ejus primo definitionem proponit: secundo ab effectibus eandem commendat, nempe quod delectet, quod in adversis solatium afferat: tertio, doceri quoque posse affirmat, idque se alibi fecisse indicat per præcisionem. Dehinc aliam criminationem, nempe cur præter morem recentioris Academiæ, cui addictus, traderet præcepta de officiis, quatuor rationibus diluit; tandemque filio hanc tractationem, tanquam affinem studiis ipsius, iterum dedicat.*

M A.

latu. 28 subversa unius domi-  
nati. 29 orationes in foro, in  
genere judiciali. 30 orationes in  
Senatu, in genere deliberativo  
& demonstrativo. 31 eo Cicero  
natus erat ingenio, ut inani  
tempus otio consumere non pos-  
set. Loquitur itaque non com-  
muniter de quocunque animo,  
sed de suo. 32 a prima adole-  
scentia, quam copiose narrat in  
Bruto. 33 propter ipsius Philo-  
sophiæ præstantiam. 34 ut elo-

quentiam graviorum artium in-  
strumento & quasi dote, locu-  
pletarem. 35 dare operam, ut  
in Republ. honores assequerer &  
magistratus. 36 agendis in foro  
caussis amicorum. 37 capiendis  
in Senatu de republ. consiliis.  
38 legendis Philosophorum libris.  
39 de Philosophia. Nam suas  
actiones a se scripto mandatas  
dixit. 40 plus enim curæ ope-  
ræque requiritur in scribendo,  
quam legendo.

I. In.

**M**AXIMIS igitur in malis hoc tamen 1 boni  
 affecuti videmur, ut 2 ea literis mandaremus,  
 quæ nec satis erant nota nostris, & erant cognitione  
 dignissima. Quid est enim, per deos, optabilius sa-  
 pientia? quid præstantius? quid homini melius, quid  
 homine dignius? hanc igitur qui expetunt, Philosophi  
 nominantur: nec quidquam aliud est Philosophia, si  
 interpretari velis, quam 3 studium sapientiæ. Sapien-  
 tia autem est, ut a veteribus Philosophis definitum  
 est, rerum divinarum, & humanarum, causarumque,  
 quibus hæ res continentur, scientia. Cujus studium  
 qui vituperat, haud sane intelligo, quidnam sit, quod  
 laudandum putet. Nam siue oblectatio quæritur ani-  
 mi, requiesque curarum; quæ conferri cum eorum  
 studiis potest, qui semper aliquid 4 anquirunt, quod  
 5 spectet, & 6 valeat 7 ad bene, beateque vi-  
 vendum? siue ratio 8 constantiæ virtutisque duci-  
 tur; aut hæc ars est, aut nulla omnino, per quam  
 eas assequamur. 9 Nullam dicere maximarum rerum  
 artem esse, cum 10 minimarum sine arte nulla sit,  
 hominum est. 11 parum considerate loquentium, at-  
 que in maximis rebus errantium. Si autem est aliqua  
 disciplina virtutis, ubi ea quæretur, cum ab hoc  
 12 discendi genere discefferis? Sed hæc, cum ad Phi-  
 losophiam cohortamur, accuratius disputari solent:  
 quod 13 alio quodam libro fecimus. Hoc autem  
 tempore tantum nobis declarandum fuit, cur, orba-  
 ti reipublicæ muneribus, ad hoc nos studium potissi-  
 mum contuliffemus. Occurritur autem nobis, & qui-  
 dem 14 a doctis, & eruditis, quærentibus, satisne  
 constanter facere videamur, qui, cum 15 percipi ni-  
 hil

1 In calamitate reipubl. quo nullum bono civi majus malum accidere potest. 2 præcepta Philosophiæ, quæ ante Varro- nem & Ciceronem Romæ peregrinabantur. 3 studium Cicero- ni alibi est animi assidua & ve- hemens, ad aliquam rem ap- plicata, magna cum voluptate applicatio. 4 ignoratio verbi antiqui fecit, ut in libris mul- tis, *acquirunt*, in aliis *inqui- runt*, legatur. 5 pertineat, re- feratur. 6 eam vim habeat, ut ad bene beateque vivendum per- ducat. 7 significat illud vitæ genus, quod in contemplatione positum est. 8 significat eam Philosophiæ partem, quæ de moribus agit. 9 confutat opi- nionem eorum, & maxime Hor- tensii, qui dicebant, constantiæ & virtutis non esse aliquam ar- tem, nec Philosophiam esse ar- tem. 10 ut ars fabrilis & simi- les. 11 imprudenter. 12 stu- dio sapientiæ. 13 in Hortensio, quo libro Philosophiam, Hor- tensio vituperante, summis ex- tulit laudibus. 14 a Peripateti- cis maxime. 15 ex Academico- rum sententia, cui Cicero ad- dictus.

nihil posse dicamus, tamen & 16 aliis de rebus dis-  
 cere soleamus, & hoc ipso tempore 17 præcepta of-  
 ficii persequamur. Quibus vellem satis cognita esset  
 nostra sententia. Non enim sumus 18 ii, quorum  
 19 vagetur animus errore, nec habeat unquam, quid  
 sequatur. Quæ enim esset ista 20 mens, vel quæ  
 21 vita potius non modo 22 disputandi, sed 23 vi-  
 vendi ratione 24 sublata? nos autem, ut 25 cæte-  
 ri alia certa, alia incerta esse dicunt, sic, ab his  
 dissentientes, 26 alia probabilia, contra, alia im-  
 probabilia esse dicimus. Quid est igitur, 27 quod  
 me impediatur, ea, 28 quæ mihi probabilia videan-  
 tur, sequi; quæ contra, improbare; atque affirmandi  
 arrogantiam vitare, fugere temeritatem, quæ a sa-  
 pientia dissidet plurimum? Contra autem omnia di-  
 sputatur 29 a nostris, quod hoc ipsum probabile elu-  
 cere non posset, nisi 30 ex utraque parte causarum  
 esset facta contentio. Sed hæc explanata sunt in  
 31 Academicis nostris satis, ut arbitror, diligenter.  
 Tibi autem, mi Cicero, quamquam 32 in antiquis-  
 sima, 33 nobilissimaque Philosophia, Cratippo 34 au-  
 ctore, versaris, iis simillimo, qui ista præclara pepe-  
 rerunt: tamen 36 hæc nostra 37 finitima vestris,  
 ignota esse nolui. Sed jam ad instituta pergamus.

CAP.

dictus fuit. Percipi autem ni-  
 hil posse dixit in quatuor Aca-  
 demicis libris. 16 de quibus dis-  
 seruit in libris de Philosophia.  
 17 quæ tradi ab iis non debent,  
 qui percipi nihil posse dicunt.  
 18 Sceptici. 19 qui nihil pro-  
 bent, nulla in sententia confi-  
 siant. 20 cui proposita est in-  
 vestigatio veritatis. 21 non mo-  
 do mens, nam mens paucorum,  
 vita omnium. 22 quæ ad scien-  
 tiam pertinet. 23 quæ ad mo-  
 res spectat. 24 si nihil certum  
 putemus, nihil quod sequamur,  
 habeamus. 25 reliqui Philoso-  
 phi, ab Academicis dissentien-  
 tes. 26 nihil affirmantes, sed  
 probabilia sequentes. 17 nulla  
 me ratio deterreret: non video,  
 cur mihi non liceat. 8 Hoc cum

alibi, tum in doctrina morali  
 locum inprimis habet. 29 ab  
 eo Academicorum genere, quod  
 Cicero sectabatur. 30 disputant  
 de eo, quod quæritur, in utram-  
 que partem, non ut affirment  
 quidquam, sed ut probabilia &  
 improbabilia distinguant. 31 li-  
 bris quatuor posterioribus ad  
 Varronem scriptis. 32 Peripa-  
 tetica, vetustiore, quam Stoica.  
 33 scriptis ab Aristotele, Theo-  
 phrasto aliisque nobilitata. 34  
 quasi duce & magistro. 35 So-  
 crati, Platoni, Xenocrati, Ari-  
 stotele &c. 36 quæ in his libris  
 persequimur e Stoicorum senten-  
 tia. 37 quia Stoici idem fere,  
 quod Peripatetici, de officio sen-  
 tiebant.

1 Duz



## CAP. III.

## ARGUMENTUM.

*Hactenus proœmium: sequitur tractatio ipsa, in qua quinquepartitam deliberandi rationem, Libro 1. Cap. 2. propositam, sed cum distinctione horum inter se, repetit: deinde argumentum libri, quod nempe de Utili agere velit, proponit: tertio eos reprehendit, qui honestum & utile secernentes constituunt honestum aliquod, quod non sit utile, & utile quod non honestum: idque nullo modo fieri posse, integro probat syllogismo. Postmodum definitioni utilitatis partitionem omnium rerum utilium, de quibus hic agere instituit, subjungit: easque dividit in animatas & inanimatas: animatas in brutas, & rationis compotes, easque rursus in Deos & homines. De Diis breviter, copiosius autem agit de hominibus, quos non tantum alii aliis, sed etiam sibi ipsis vel obesse, vel prodesse ait: ideoque monet, ut studeamus nobis quam plurimos, honestis officiis conciliare, cum nec res inanimæ absque eorum opera prodesse nobis possint.*

**Q**UINQUE igitur rationibus propositis officii persequendi, quarum 1 duæ ad decus, honestatemque pertinent: 2 duæ ad commoda vitæ, copias, opes, facultates: quinta ad eligendi iudicium, si quando 3 ea, quæ dixi, pugnare inter se viderentur: honestatis pars 4 perfecta est, quam quidem tibi 5 cupio esse notissimam. Hoc autem, de quo nunc agimus, id ipsum est, quod utile appellatur. In 6 quo lapsa consuetudo 7 deflexit de via, sensim-

1 Duæ de honesto: utrum aliquid honestum, an turpe? & duobus propositis honestis, utrum honestius? De quibus libro primo. 2 duæ de utili, utrum aliquid utile an inutile, & duobus propositis utilibus, utrum utilius? De quibus libro secundo. 3 honestam cum utili. De quibus libro tertio. 4 absoluta a nobis libro superiori. 5 quam cupio diligenter legas, 6 non-

nulli addunt: in quo verbo. Sed verbo delet Grævius, non enim hoc queritur Cicero, quod verborum vis sit immutata, sed quod homines utilitatem ab honestate se creverint, & honestum aliquod crediderint esse, quod non sit utile. 7 quia non statim homines improbi sunt: verum, ubi semel de virtutis via deflectere cœperunt, sensim in turpissima vitia deducuntur.

8 alii

Simque eo deducta est, 8 ut honestatem ab utilitate  
 secernens, constitueret honestum aliquod, quod utile  
 non esset, & utile, quod non honestum. Qua nul-  
 la 9 pernicies major hominum vitæ potuit afferri.  
 10 Summa quidem auctoritate Philosophi 11 severe  
 sane, atque honeste, hæc 12 tria 13 genera confu-  
 sa 14 cognitione distinguunt. Quidquid enim justum  
 sit, id utile etiam esse censent, itemque, quod ho-  
 nestum, idem justum. Ex quo efficitur, ut, quid-  
 quid honestum sit, idem sit utile. Quod 15 qui pa-  
 rum perspiciunt, hi sæpe 16 versutos homines, &  
 17 callidos admirantes, malitiam, sapientiam judi-  
 cant; quorum error eripiendus est: omnisque opinio  
 ad eam 18 spem traducenda, ut honestis consiliis,  
 justisque factis, non fraude, & malitia, se intelli-  
 gant ea, quæ velint, consequi posse. 19 Quæ ergo  
 ad vitam hominum tuendam pertinent, partim sunt  
 20 inanima, ut aurum, argentum, ut ea, quæ 21 gi-  
 gnuntur e terra, ut alia ejusdem generis: partim ani-  
 malia, quæ habent suos impetus, & rerum appeti-  
 tus. Eorum autem alia rationis expertia sunt, alia  
 ratione utentia. Expertes rationis equi, boves, reli-  
 quæ pecudes, apes; quarum opere efficitur 22 ali-  
 quid ad hominum usum, atque vitam. Ratione au-  
 tem utentium duo genera ponuntur: unum deorum,  
 alterum hominum. Deos placatos 23 pietas efficiet,  
 & 24 sanctitas. Proxime autem, & secundum deos,  
 homines hominibus maxime utiles esse possunt. Ea-  
 rum-

8 alii legunt, ut ab honesto  
 utile secerneret. 9 omittitur enim  
 sæpe honestum propter vitæ com-  
 moda. 10 ut Socrates apud Pla-  
 tonem lib. VIII. de Republ. 11  
 non leviter, neque temere. 12  
 justum, utile, honestum. 13  
 genera confusa dicit. Unum quip-  
 pe omnium genus est: nec di-  
 stingui possunt, quod ad genus  
 attinet. 14 cogitatione disti-  
 guunt, ut species, quomodo Phi-  
 losophi loquuntur, uni subjæctæ  
 generi distinguuntur. 15 qui  
 non intelligunt, quicquid ho-  
 nestum sit, utile idem esse. 16  
 qui in omnem partem versant  
 animum, nihilque intentatum

relinquunt, quo suis rationibus  
 consulturi videantur. 17 diu-  
 turno rerum usu ita eruditos,  
 ut ex aliorum incommodis sua pa-  
 rent commoda, nec a malis ar-  
 tibus abhorreant. 18 ut non  
 aliter sperent, se ea, quæ cu-  
 piunt, assecuturos, quam si ho-  
 nesti ac justii sint. 19 Nunc in-  
 greditur disputare de iis, quæ  
 utilia hominibus sunt. 20 h. e.  
 sine anima, ut Nonius interpre-  
 tatur. 21 fruges, fructus, li-  
 gna, herbæ. 22 cuncta enim  
 hominum gratia creata sunt.  
 23 cultus divinus. 24 vita inte-  
 gra, scelerisque pura.

25 quos

rumque rerum, quæ noceant, & obfint, eadem divisio est. Sed quia 25 deos nocere non putant, his exceptis, homines hominibus 26 obesse plurimum arbitrantur. Ea enim ipsa, quæ 27 inanima diximus, pleraque sunt 28 hominum operis effecta, quæ nec haberemus, nisi manus & 29 ars accessit: nec his sine hominum administratione uteremur. Neque enim valetudinis curatio, neque navigatio, neque agricultura, neque 30 frugum, 31 fructuumque reliquorum perceptio & conservatio, sine hominum opera, ulla esse potuisset. Jam vero, & earum rerum, quibus 32 abundaremus, exportatio, & earum, quibus egeremus, introductio, certe nulla esset, nisi his muneribus homines fungerentur. Eademque ratione nec lapides e terra exciderentur ad 33 usum nostrum necessarii; nec ferrum, æs, aurum, argentum effoderetur 34 penitus abditum, sine hominum labore, & manu.

## CAP. IV.

## ARGUMENTUM.

*Alia sub initium hujus capituli enumerat inanimata, in quibus acquirendis, vel usurpandis aliorum opus industria, præcipue autem hic de Architectonica utilitatibus, & officiis differit. Postea ad animalia transit, atque ea etiam absque humana ope hominibus usui esse non posse ostendit. Artes porro varias, maxime Medicam, ab hominibus ad usum hominum inventas, & excogitatas esse asserit: quin opera & inventis hominum ipsam politiam, h. e. civilem consociationem certis legibus inter ipsos esse devinctam pronunciat: tandemque societatis hujus civilis, honestæque discipline aliquid affectus apponit.*

TE.

<p>25 quos non tantum non nocere, sed neque prodesse affirmarunt Epicurei. 26 Hinc Proverbia, <i>Homo homini Deus, homo homini lupus</i>. 27 aurum, argentum, &amp; ea, quæ gignuntur ex terra. 28 ab homine omnis manat utilitas. 29</p>	<p>qua instrumenta sunt apta usui. 30 de frumento &amp; leguminibus. 31 de arborum fructibus. 32 hinc enim mercatura &amp; negotiatio habuit originem. 33 ad extruendas domos &amp; columnas. 34 occultum in visceribus terræ.</p>
---	--

I Ve-

**T**ECTA vero, quibus & frigorum 1 vis pelleretur, & calorum molestiæ sedarentur, unde aut 2 initio ea generi humano dari potuissent, aut postea 3 subveniri, si aut 4 vi tempestatis, aut terræ motu, aut vetustate cecidissent, nisi 5 communis vita ab hominibus harum rerum auxilia petere didicisset? 6 At deductus aquarum 7 derivationes fluminum, agrorum irrigationes, 8 moles oppositas fluctibus, 9 portus manu factos: quæ unde sine hominum opera habere possemus? Ex 10 quibus omnibus, multifque aliis perspicuum est, qui fructus, quæque utilitates ex rebus iis, quæ sunt inanimæ, percipiuntur, eas nos nullo modo sine hominum manu, atque opera capere potuisse. 11 Qui denique ex bestiis fructus, aut quæ commoditas, nisi homines adjuvarent, percipi posset? nam & qui 12 principes inveniendi fuerunt, quem ex quaque bellua usum habere possemus, 13 homines certe fuerunt: nec hoc tempore sine hominum opera aut pascere eas, aut domare, aut tueri, aut 14 tempestivos fructus ex his capere possemus: ab eisdemque & eæ, quæ nocent, interficiuntur, & quæ usui possunt esse, capiuntur. Quid enumerem 15 artium multitudinem, sine quibus vita omnino nulla esse potuisset? quis enim ægris subveniret? quæ esset oblectatio valentium? qui 16 victus, aut 17 cultus, nisi tam multæ nobis artes ministrarent? quibus rebus exulta hominum vita tantum

1 Vehementia. 2 cum in unum ceperunt convenire & ædificare domos. 3 substitui in eorum, quæ aut corrupta & labefacta sunt, aut prorsus corruerunt, locum. Potuissent subaudiendum est. 4 imperu. 5 hominum societas & communitas. 6 Vulgo legitur: *adde ductus aquarum*. Sed hic non agitur de aquæ ductibus, quos tum demum invenit hominum solertia, cum frequentia incolarum & luxu laborarent magnæ urbes: verum de aquis exundantibus deducendis ex locis, quæ colantur ab hominibus. Bene igitur eum Guilielmus Grævius restituit: *At deductus aquarum*. 7 cum unus alyeus in plures diducitur, ad

urbium, agrorum, navigationumque commoditatem. 8 aggeres, ad maris, fluminum, stagnorum exundationes prohibendas. 9 sunt enim & portus naturales. Manufacti dicuntur *cothones*. 10 hæcenus inanimata nominavit. 11 Nunc de animalis, quæ ipsa sine hominis industria nullum fructum ferrent, aggreditur dicere. 12 qui primi invenerunt. 13 ut Saturnus, Pallas, Ceres, Bacchus, opinione & fama hominum dii facti. 14 tempore congruo. 15 *Scilicet ingenium placita mollitur ab arte, & studio mores convenienter eunt*. Ovidius. 16 quantum ad cibum. 17 quoad alios corporis ornatus. Alii malunt præteritum,

tum 18 distat a victu & cultu bestiarum. 19 Urbes vero sine hominum cœtu non potuissent nec ædificari, nec frequentari: ex quo leges, 20 moresque constituti, tum juris æqua descriptio, certa que vivendi disciplina. Quas res & mansuetudo animorum consecuta, & verecundia est: effectumque, ut esset vita 21 munitior: atque ut dando, & accipiendo, 22 mutantisque facultatibus & commodis, nulla re egere-mus.

## C A P. V.

## A R G U M E N T U M.

Post præcisionem, & quandam quasi reprehensionem satis notum esse ait, utramque gubernandi rationem, civilem & bellicam, absque aliorum auxilio recte neque fieri, neque administrari posse, eamque rem per *εὐτίθεσιν*, hominem scilicet homini maxime nocere, illustrat, atque Dicearchi auctoritate amplificat. Hinc eo iam accedit, quo voluit, Benevolentiam nempe hominum virtute conciliandam esse. Cui propositioni rationem a divisione virtutis, quaternione ad ternionem hic revocato, addit, & repetitione collocationis supra tractatæ, quod alii aliis plurimum vel prodesse, vel obesse possit, finit.

**L**ONGIORES hoc loco sumus, quam necesse est. Quis est enim, cui non perspicua sint illa, quæ pluribus verbis a Panætio commemorantur, neminem neque ducem 1 belli, nec principem domi magnas res & salutare, sine hominum studiis gerere potuisse? Commemoratur ab eo Themistocles, Pericles, 2 Cyrus, Agesilaus, Alexander: quos negat sine adju-men-  
F tis

tum, destitit: Sed præsens, distat, tanquam mollius & Ciceronis munditie convenientius sequimur cum Grævio. 19 urbum est aratri curvatura, *urbare*, aratro definire. Inde *urbes*, quoniam aratro designabantur. 20 In multis editionibus additur, *per quas bene beateque vivitur*. Sed ea in veteribus libris non exstant. 21 minus obnoxia injuriis tempestatum, grassationi-

bus ferarum, & eorum violentiæ, qui robore sunt superiores. 22 Hinc Sallustius: *Vino advestitio mutare.*

1 Sic emendavit Grævius pro eo, quod valgo est: *in bello*. Nam Cicero alibi quoque conjungit, *vel belli, vel domi*. 2 Cambysis filius, Persarum Rex, qui magnis rebus gestis postremo a Thomiri, Scytharum regina, cum ducentis Persarum milibus

tis hominum tantas res efficere potuisse. 3 Utitur in re non dubia testibus 4 non necessariis. Atque ut magnas utilitates adipiscimur 5 conspiratione hominum atque consensu: sic nulla tam detestabilis pestis est, quæ non 6 homini ab homine nascatur. Est 7 Dicæarchi liber de interitu hominum, Peripatetici 8 magni & copiosi, qui collectis cæteris causis, 9 eluvionis, pestilentiæ, vastitatis, 10 belluarum etiam repentinæ multitudinis, quarum impetu docet quædam hominum genera esse consumpta: deinde comparat, quanto plures deleti sint homines hominum impetu, id est, bellis, aut seditionibus, quam omni reliqua calamitate. Cum igitur 11 hic locus nihil habeat dubitationis, quin homines plurimum hominibus & profint, & obfint; 12 primum hoc statuo esse virtutis, conciliare animos hominum, & 13 ad usus suos adjungere. Itaque, quæ in rebus inanimis, quæque in usu & tractatione belluarum fiunt utiliter ad hominum vitam, 14 artibus ea tribuuntur 15 operosis; hominum autem studia, ad amplificationem nostrarum rerum prompta ac parata, virorum præstantium sapientia, & virtute excitantur. Etenim 16 virtus omnis in tribus rebus fere 17 vertitur: quarum 18 una est in perspiciendo, quid in quaque re verum, sincerumque sit, quid consentaneum cuique, quid consequens, ex quo 19 quidque gignatur, quæ

libus cæcis est. 3 hoc erat proverbium, quo utebantur in foro judiciali, ubi testes producuntur. 4 exemplis. *Ubi rerum testimonia adsunt, quid opus est verbis?* 5 Sic & alibi Cicero: *aliqui magna amoris conspiratione consentientes.* 6 Homini enim ab homine pessima quæque nascuntur: & homo homini plus, quam res aliæ omnes, sive animatæ, sive inanimatæ, nocet. 7 Dicæarchus Siculus, ex Messana urbe, Aristotelis auditor. 8 celebris tam doctrina rerum, quam dicendi facultate instructi. 9 inundationis. 10 ut murium, ranarum, serpentum, scorpionum, culicum, apum, vesparum. Vide Bochartum lib. IV. Tom. 2 Hierozoici cap. 13. 11 hæc

pars. 12 Vulgo: *proprium*. Sed Grævius optime restituit, *primum*: hoc est, virum fortem & studio res magnas gerendi inflammatum cæteras omnes curas huic posthabere debere, hominum animos & benevolentiam sibi ut conciliet. 13 efficere, ut re, opera, consilio nos juvent. 14 quoniam artes mechanicæ reddunt nobis belluas cicures, & aptas usui humano. 15 quæ manum laboremque postulant. 16 virtutem dixit pro Philosophia, eamque in Logicam, Ethicam; & Politicam divisit. 17 consistit, continetur. 18 prudentia. 19 Vulgo: *ex quo quæque gignantur*. Sed in singulari, ut Grævius edidit, Tullium scripsisse, sequentia sunt argumenta,

quæ cujusque rei causa sit: alterum 20 cohibere motus animi turbatos, quos Græci *πάθη* nominant; appetitionesque, quas illi *ὀρμῆς* obediens efficere rationi: tertium, iis, quibus cum congregamur, 21 uti moderate, & scienter, quorum studiis ea, quæ natura desiderat, expleta, cumulataque habeamus; per eos 22 denique, si quid importetur nobis incommodi, propulsemus, ulciscamurque eos, qui nocere nobis conati sunt, 23 tantaque pœna afficiamus, quantum 24 æquitas, 25 humanitasque patitur.

## C A P. VI.

## A R G U M E N T U M.

*Etiam fortuita sine adjumentis hominum neutram in partem effici posse arbitratur: eaque occasione vim fortune universam distribuit in res secundas, & adversas: posteriores rursus in variores, profectas partim ab inanimis, partim a bestiis, & crebriores, quas vel multorum simul, vel paucorum tantum esse dicit: quibus libri secundi summam, quod nempe conciliandæ benevolentie artificium exponere velit, subjicit. Porro exponit causas efficientes, impulsivas, & adjuvantes, quæ movent homines, ut aut conferant commoda & utilitates hominibus, aut aliis se subjiciant.*

**Q**UIBUS autem rationibus hanc facultatem assequi possimus, ut hominum 1 studia complectamur, eaque teneamus, dicemus; neque ita multo post: sed pauca ante dicenda sunt. Magnam vim esse in 2 forma in utramque partem, vel ad secundas res, vel adversas, quis ignorat? nam &, cum prospero 3 statu ejus utimur, ad exitus pervelimur optatos, &, cum 4 reflavit, affligimur. Hæc

F 2

igi-

<p>to. quæ cuiusque rei causa sit. 20 temperantia. 21 industria. 22 denique cum apud Ciceronem, tum apud alios est frequenter, id quod aliter dicitur, ut uno verbo dicam. Gallis <i>enfin</i> 23 nam modum etiam in puniendo possumus excedere. 24 ne &amp; iræ indulgeatur, &amp; crudelitas in victos exerceatur. 25 hominem</p>	<p>enim clementia magis decet, quam crudelitas.  1 Voluntates, benevolentiam.  2 Fortunam gentiles saniores vocarunt divinam providentiam cuncta gubernantem. 3 Metaphora a navigantibus, qui cum prospero vento navigant, ad optatum portum perveniunt. 4 vertit flatus contrarios; patimur calam-</p>
---	---

igitur ipsa fortuna 5 cæteros casus rariores habet : primum ab inanimis procellas , tempestates , naufragia , ruinas , incendia : deinde a bestiis 6 ictus , 7 morsus , impetus . Hæc igitur , ut dixi , rariores . At vero interitus exercituum , ut 8 proxime trium , sæpe multorum ; clades imperatorum , ut nuper 9 summi ac singularis viri ; invidiæ præterea multitudinis , atque ob eas , bene meritorum sæpe 10 civium expulsiões , calamitates , fugæ ; 11 rursusque secundæ res , honores , 12 imperia , victoriæ , quamquam 13 fortuita sunt , tamen sine hominum 14 opibus & studiis 15 neutram in partem effici possunt . Hoc igitur cognito , dicendum est , quonam modo hominum studia ad utilitates nostras allicere , atque excitare possimus : quæ si longior fuerit oratio , 16 cum magnitudine utilitatis comparetur : ita fortassis etiam brevior videbitur . Quæcumque igitur homines homini tribuunt , ad eum 17 augendum , atque 18 honestandum : aut benevolentiam gratia faciunt , cum aliqua de causa quempiam diligunt : aut honoris , si ejus virtutem 19 suspiciunt , quemque dignum 20 fortuna quam amplissima putant : aut 21 cui fidem habent , & bene rebus suis consulere arbitrantur : aut cujus 22 opes metuunt : aut contra , a quibus 23 aliquid expectant , ut cum reges popularesve homines 24 largitiones aliquas proponunt : aut postremo , 25 pretio ac mercede ducuntur . Quæ 26 fordidissima est illa qui-

mitates , ut in scopulis . 5 alia incommoda , quæ possunt hominibus accidere a fortuna , sine opera hominum . 6 percussiones , ut equorum , malorum . 7 serpentum , leonum &c. 8 paucis ante annis in Pharsalia , duce Pompejo Magno , in Africa , ducibus Scipione , Pompeji focero , & Juba Mauritaniam Rege ; in Hispania , ducibus Pompeji liberis . 9 Pompeji magni . 10 ut ipsi Ciceroni accidit , Scipioni , Themistocli , aliis . 11 contra ex altera parte . 12 exercituum . 13 sunt in manu fortunæ . 14 alii operibus , alii operis , sed opibus magis placet . 15 neque adversæ res , neque secundæ . 16 benevolentiam conciliat ab utilitate ; & sex præcipuas caus-

fas allegat , quæ homines sæpe commovere solent , ut aliis faveant . 17 ejus divitias , potentiam & auctoritatem . 18 honoribus cumulandum . 19 admirantur . 20 tales initio fuerunt reges . Vide Justinum lib. I. 21 ut Romani primis Consulibus , expulsis Regibus . 22 potentiam nimiam . Ut Romanis olim se subdiderunt Campani , Falisci , Samnites . 23 ut Ægyptii tempore famis a Pharaone , se suosque posteros in perpetuam servitutem ei addicentes . 24 ut in Rep. Romana Gracchi , Julius Cæsar , alique . 25 pretium refertur ad pecuniam , merces vero ad alias res , quas pro mercede accipiunt , ut alicui faveant . 26 in verbis fordidis-



quidem ratio, & inquinatissima, & iis 27 qui ea re-  
 nentur, & illis, 28 qui ad eam confugere conantur.  
 29 Male enim se res habet, cum, quod virtute effi-  
 ci debet, id tentatur pecunia. Sed quoniam nonnun-  
 quam 30 subsidium hoc necessarium est, quemadmo-  
 dum sit utendum eo, dicemus, si prius de rebus,  
 quæ virtuti 31 propiores sunt, dixerimus. Atque  
 etiam subjiciunt se homines imperio alterius, & po-  
 testati, pluribus de 32 causis. Ducuntur enim aut  
 benevolentia, aut beneficiorum magnitudine, aut di-  
 gnitatis præstantia, aut spe sibi id utile futurum,  
 aut metu, ne vi parere cogantur, aut spe largitio-  
 nis, promissisque capti, aut postremo, ut sæpe in  
 33 nostra republica videmus, mercede conducti.

## C A P. VII.

## A R G U M E N T U M.

*Hic duo contraria inter se confert Cicero, & ostendit, benevolentiam longe esse honestiorem, meliorem, tutio-  
 rem, & durabiliorem modum sibi adjungendi homines ad sua commoda, quam metum, qui sit tyrannicus: idque probat argumentis, sententiis, auctoritate, & exemplis maxime h. l. externis.*

**O**MNIUM autem rerum nec aptius est quidquam ad opes tuendas, quam diligi, nec alienius, quam timeri. Præclare Ennius: *Quem metunt, ode-  
 runt: quem quisque odit, perisse expedit*: Multorum autem odiis 1 opes posse obsistere, si antea fuit igno-  
 tum, 2 nuper est cognitum. Nec vero hujus tyran-  
 ni solum, quem armis oppressa pertulit civitas, 3 pa-

F 3

ret

*didissima est illa quidem, elegantur, sed diversarum rerum: latet & notum genus dicendi, quod locis quibusdam trajectione est deformatum. 27 qui mercede ducuntur. 28 ut pecunia corrumpant eos, a quibus aliquid expetunt. 29 Magistratum enim, qui emit, quæstui habet. 30 vel cum cætera subsidia defunt, vel cum infirma sunt. 31 cum hæc ratio a virtute longe absit. 32 causæ quidem eadem, quæ supra commemoran-*

aliud enim est, homines homini tribuere, quæ possunt, ad eum augendum: aliud, subjicere se homines imperio alterius &c. 33 cum pecunia per tribus dividebatur.

1 Potentiam, amplissimum principatum & fortunæ summum gradum. 2 proximis annis in cæde Julii Cæsaris. 3 hanc veram lationem primus restituit Grævius. Sensus est: quæ hoc ipso

retque 4 cum maxime mortuo, interitus declarat, quantum odium hominum valet ad 5 pestem: sed reliquorum similes exitus tyrannorum: quorum haud fere quisquam interitum talem effugit. 6 Malus enim custos diuturnitatis metus: contraque 7 benevolentia fidelis est vel ad perpetuitatem. Sed iis qui vi oppressos imperio coercent, sit 8 sane adhibenda sævitia, ut heris in famulos, si aliter teneri non possunt. Qui vero in libera civitate ita se instruunt, ut metuantur; his nihil esse potest dementius. Quamvis enim demersæ sint leges alicujus opibus, quamvis 9 timefacta libertas; 10 emergunt tamen hæc aliquando aut 11 judiciis tacitis, aut 12 occultis de honore suffragiis. 13 Acriores autem morsus sunt intermissæ libertatis, quam retentæ. Quod igitur latissime patet, neque ad incolumitatem solum, sed etiam ad opes & potentiam valet plurimum, id amplectamur, ut metus absit, caritas retineatur. Ita facillime, quæ volumus, & privatis in rebus & in republica consequemur. Etenim, qui se metui volent, a quibus metuentur, eosdem metuant ipsi necesse est. Quid enim censemus, 14 superiorem illum Dionysium, quo cruciatu timoris angisolutum, qui cultros metuens 15 tonsoris, candenti 16 carbone sibi adurebat capillum? quid? Alexandrum Phæreum, quo animo vixisse arbitramur? qui (ut scriptum legimus) cum uxorem Theben admodum diligeret, tamen ad eam ex epulis in cubiculum veniens, 17 barbarum & eum

ipso tempore, quamvis extinctus sit tyrannus; mortuo tamen pareret, hoc est, Antonio & ejus satellitibus, qui Cæsaris acta confirmant, & ne rescindantur, neve oppressa libertas instauretur, impediunt. 4 hoc ipso tempore, in præsentia. 5 ad perniciem & excidium illius, qui odio habetur. 6 neminem diu custodit metus: qui se metui potius quam diligi vult, non diu tutus est. 7 perpetua fides oritur ex benevolentia: qui diligit, vel perpetuo, non modo diu, fidus est. 8 sane, permittentis est potius, quam probantis. 9 alii *timefacta*, quod glossema est ad *demersæ*: id enim cum duriuscule dictum videretur, im-

mutatum est. 10 Hoc ad illud spectat, *quamvis demersæ sint leges*. Quod translatum est ab agrorum inundatione. 11 cum populus aliquo facto declarat, quid sentiat de statu reipublicæ, etsi non palam dicat. 12 qualia erant, cum Bruti statuæ quidam subscriberent: *Utinam viveres*. 13 translatio ab animantibus, quæ cum læsa sunt, mordent acrius, ad ultionem doloris & injuriæ, quam quæ læsa non sunt. 14 ad differentiam alterius Dionysii, qui etiam Syracusanorum tyrannus fuit. 15 nam tonsor gloriatus erat, in sua potestate esse tyranni vitam. 16 corticibus nucum juglandium. 17 nam ii naturali odio Græcos persequuntur.

& eum quidem, ut scriptum est, 18 compunctum  
 notis 19 Threjiis, 20 districto gladio jubebat an-  
 teire: præmittebatque de stipatoribus suis, qui scruta-  
 rentur arculas muliebres, &, ne quod in vestimen-  
 tis occultaretur telum, exquirere. O miserum, qui  
 fideliosem & barbarum, & stigmatiam putaret, quam  
 conjugem! Nec eum fefellit 21: ab 22 ea est enim  
 ipse propter pellicatus suspicionem interfectus. Neo  
 vero ulla vis imperii tanta est, quæ premente metu,  
 possit esse diuturna. Testis est 23 Phalaris, cujus est  
 præter cæteros 24 nobilitata crudelitas: qui non ex  
 insidiis interiit, ut is, quem modo dixi, Alexander,  
 non a paucis, ut hic 25 noster: sed in quem uni-  
 versa Agrigentinarum multitudo 26 impetum fecit.  
 Quid? Macedones nonne 27 Demetrium reliquerunt,  
 universique se ad 28 Pyrrhum contulerunt? quid?  
 Lacedæmonios 29 injuste imperantes nonne repente  
 omnes fere focii deseruerunt, spectatoresque se otiosos  
 præbuerunt 30 Leuctricæ calamitatis?

## C A P. VIII.

## A R G U M E N T U M.

*A peregrinis exemplis calamitose tyrannidis ad do-  
 mestica transit. Et primo cum quadam occupatione de  
 veterum Romanorum moderatione, & aequitate, cujus  
 etiam effectum subjungit, nempe incrementum, stabili-  
 tatem, & auctoritatem Imperii Romani apud omnes na-  
 tiones, tractat, hancque temporum suorum reprehensio-  
 ni, invidie molliende præponit: post per querelam exem-  
 pla tyrannidis sue ætatis commemorat, v. gr. P. Syllæ  
 Dictatoris, J. Cesaris; eamque per collationem ab in-*

F 4

hone-

quantur. 18 signatum, stigma-  
 te notatum: nam apud Thraces  
 punctas esse frontes, nobile ju-  
 dicabatur. 19 pro Thraciis, Jo-  
 nica forma & solutione. 20 e va-  
 gina extracta. 21 in libris vul-  
 gatis additur, opinio, quam vo-  
 cem veteres libri non agnoscunt.  
 22 ipsa enim, adjunctis sibi tri-  
 bus fratribus, tyrannum in lecto  
 decumbentem oppressit. 23 Astya-  
 lensis tyrannus Siculus. 24 ex  
 illo præsertim æneo tauro, quo

homines inclusos, ut gemitu  
 mugitum referrent, igni subjecto  
 necabat. 25 Cæsar. 26 in foro enim  
 lapidibus est obrutus. 27 Polior-  
 cetem, superbissimum. 28 Hu-  
 manissimum, Epirotarum Re-  
 gem. 29 quibus justitia nunquam  
 cura fuit, & nec a confœdera-  
 tis, nec a Benefactoribus sibi  
 temperarunt. 30 Leuctra, Bœo-  
 tiæ urbs, ad quam ab Epami-  
 nonda profligati sunt. Vide Cor-  
 nelium Nepotem in ejus vita.

i Ora-

honesto, & circumstantiis aliis petitam amplificat, Cæsarem crudeliorem fuisse ostendens. Huic subjungit confessionem culpæ, & causam calamitatum, quam nimiam in sceleratos indulgentiam fuisse dicit. Dehinc plurimum mali in exemplis esse ex consequentibus arguit, & de futuris ex causis antecedentibus conjecturam facit. Post ad coercendam civium improborum petulantiam adhortatur magistratum, & exempla ad institutam doctrinam applicat. Tandem finita inter metum & benevolentiam comparatione, hujus captandæ præcepta proponit, & Amicitia maxime hic opus esse ostendit: præcepta autem in politica persona, & in privata distinguit.

**E**XTERNA libentius in tali re, quam domestica recordor. Verum tamen, quamdiu imperium populi Romani beneficiis tenebatur, non injuriis, bella aut pro 2 fociis, aut de 3 imperio gerebantur, exitus erant bellorum aut 4 mites, aut 5 necessarii, Regum, populorum, nationum 6 portus erat, & refugium senatus. Nostri autem magistratus, imperatoresque, ex hac una re maximam laudem capere studebant, si provincias, si focios æquitate & fide defendissent. Itaque illud 7 patrocinium orbis terræ verius, quam imperium poterat nominari. Sensim hanc consuetudinem, & disciplinam jam ante aminebamus: post vero Sullæ 8 victoriam penitus amissimus, 9 desitum est enim videri quidquam in focios iniquum, cum extitisset in cives tanta crudelitas. Ergo in illo secuta est honestam causam 10 non honesta victoria. Est enim ausus dicere, hasta posita, cum bona in foro venderet & bonorum virorum & locupletum, & 11 certe civium, 12 prædam suam  
se ven

1 Oratoris hoc dictum: nam  
a malorum nostrorum commemoratione natura abhorremus.  
2 defendendis contra externam vim.  
3 conservando, vel prolatando.  
4 victos aut in civitatem, aut in fidem & clientelam recipiendo, modico tributo imposito.  
5 cum excinduntur urbes, captivique sub corona veniunt.  
6 Maccabæi, Ptolemæus, Ariobarzanes, Macedones, Græci, Romanorum auxiliis usi sunt.  
7 clientium enim utilitatem patroni spectant.  
8 is hostibus devictis, multa civium millia partim occidit in villa publica, partim proscripsit.  
9 causam probat belli, quia Sulla partes optimatum fovebat & tuebatur contra populares.  
10 victoriam improbat, quia erat crudelis, fæva & cruenta.  
11 correctio quædam, quasi dicat, si minus boni viri, & locupletes, cives tamen erant.  
12 quasi

se vendere. 13 Secutus est, qui in 14 causa impia,  
 victoria etiam 15 fœdiore, non singulorum civium  
 bona publicaret, sed 16 universas provincias regio-  
 nesque uno calamitatis 17 jure comprehenderet. Ita-  
 que vexatis, & perditis 18 exteris nationibus, ad  
 exemplum 19 amissi imperii 20 portari in triumpho  
 21 Massiliam vidimus, & 22 ex ea urbe triumphari,  
 23 sine qua nunquam nostri imperatores ex 24 trans-  
 alpinis bellis triumpharunt. Multa commemorarem  
 nefaria in socios, si hoc 25 uno Sol quidquam vi-  
 disse indignius. Jure igitur plectimur. Nisi enim  
 26 multorum impunita scelera tulissemus, nunquam  
 ad unum tanta pervenisset licentia: a quo quidem  
 rei familiaris 27 ad paucos, 28 cupiditatum ad mul-  
 tos improbos venit hæreditas. Nec vero unquam bel-  
 lorum civilium semen, & causa deerit, dum hominis  
 perditis 29 hastam illam 30 cruentam & 31 memi-  
 nerint, & sperabunt, quam 32 P. Sulla cum vibra-  
 set, 33 dictatore propinquo suo, 34 idem sexto &  
 tricesimo anno post a sceleratiore hasta non recessit.  
 35 Alter autem, qui in alia dictatura scriba fuerat,  
 in 36 hac fuit quæstor urbanus. Ex quo debet in-  
 telligi, 37 talibus præmiis propositis, nunquam de-  
 futu-

F 5

futu-

quasi hostes essent, non cives.  
 13 Julius Cæsar. 14 contra opti-  
 mates & communem libertatem.  
 15 crudeliore. 16 quæ pro Pom-  
 pejo steterant. 17 statu, condi-  
 tione. 18 Græcia, Africa & His-  
 pania. 19 everse reip. cum alio-  
 quin de hostibus, non de sociis,  
 triumphari soleret. 20 portaban-  
 tur in triumpho imagines oppi-  
 dorum, quas quis bello ceperat.  
 21 urbs Galliæ, quæ belli civi-  
 lis initio portas Cæsari clausu-  
 rat: ex quo diu obsessa, capta  
 denique per vim est. Inde Cæ-  
 sare triumphum Gallicum agen-  
 te Massiliæ simulacrum ex ebore  
 portatum est. 22 Idem prodit  
 Cicero Philipp. VII. 23 sine cu-  
 jus auxilio. 24 quæ gesserant  
 trans Alpes in Hispaniis & Gal-  
 liis. 25 Cæsare. 26 Clodio-  
 rum, aliorumque, qui impuni-  
 te novas res molientium auda-  
 cium incendebant, spe ejusdem  
 impunitatis facta, quibus everse

fuit respublica. 27 ex Cæsaris  
 testamento. 28 quoniam omnes  
 improbi cupient id quod Cæsar.  
 29 bonorum venditionem, fa-  
 sam tempore Sullæ & Cæsaris  
 sub hasta. 30 translatum a re  
 militari. Nam, cum hasta an-  
 te oppidum ponebatur, signum  
 erat diripiendæ urbis, & crude-  
 litatis in cives exercendæ. 31  
 M. Antonium significat. 32 P.  
 Sulla proscriptorum civium Ma-  
 rianorum bona emit ad hastam,  
 id est, in actione publica, quæ  
 hasta prope fixa fieri solebat.  
 Propterea dicitur *hastam vibrasse*,  
 metaphoricè. 33 L. Cornelius  
 Sulla Dictator fuit patruus P.  
 Sullæ. 34 significat, eundem P.  
 Sullam emisse bona proscrip-  
 torum Pompejanorum, Cæsare di-  
 ctatore. 35 in Sullæ dictatura  
 scriba fuerat Cornelius, teste  
 Lepido consule in oratione apud  
 Sallustium. 36 in Cæsaris di-  
 ctatura. 37 quod multis aliis  
 locis

futura bella civilia. Itaque parietes urbis modò stant & manent, iique ipsi jam 38 extrema scelera 39 metuentes: rem vero publicam penitus amisimus. Atque in has clades incidimus, (redeundum est enim ad propositum) dum metui, quam cari esse, & diligere maluimus. Quæ si populo Romano 40 injuste imperanti 41 accidere potuerunt: 42 quid debent putare 43 singuli? Quod cum perspicuum sit, benevolentia vim esse magnam, metus 44 imbecillam: sequitur, ut differamus, quibus rebus possimus facillime eam, quam volumus, adipisci, 45 cum honore, & fide caritatem, sed 46 ea non pariter omnes agemus. Nam ad cuiusque vitam 47 institutam accommodandum est, a multisne opus sit, an satis a paucis diligi. Certum igitur hoc sit, idque & primum, & maxime necessarium, familiaritates habere fidas amanti nos amicorum, & 48 nostra mirantium. Hæc enim est una res prorsus, 49 ut non differat multum inter summos, & mediocres viros: eaque utriusque propemodum comparanda. Honore, & gloria, & benevolentia civium fortasse non æque omnes egent: sed tamen, si cui hæc suppetunt, adjuvant aliquantum, tum ad cætera, tum ad 50 amicitias comparandas.

## C A P. IX.

## A R G U M E N T U M.

*Quoniam ad res majores administrandas non parum facit Gloria, per occasionem, quod partes ejus proxime enumerasset, de illa quoque disputat, atque ejus natu-*

*4182*

locis ostendit Cicero. 38 ever-  
sionem ipsorum parietum. 39  
dat sensum inanimis rebus, quo  
magis publica calamitas expri-  
matur. 40 quia leges pro Cæ-  
saris potentia tulit. 41 quæ non  
videbantur accidere posse. 42  
argumentum a majori. 43 ty-  
ranni & injuste imperantes qui  
non tantum potentia habent,  
populoque Rom. vix minima par-  
te conferri possunt. 44 Sic ha-  
bent libri veteres, non imbecil-  
lem. 45 gloriae descriptio. 46

ea, quæ cum honore & fide con-  
juncta sit. Nam privata quidem  
amicitia pariter omnes egent.  
47 alii habent, *institutam*,  
sed Grævius præfert, *institutam*,  
hoc est, ad illud vitæ genus,  
quod quis sequendum sibi statuit  
& legit, est referendum, num  
multis opus habeat, an paucis  
amicis. 48 ut apud eos in ho-  
nore simus. 49 ut ea pariter  
omnes egeant: nam sine amici-  
tia vita nulla est. 50 privatas.

1 Quos

quam describens in tribus eam rebus, benevolentia, fide, honore cum admiratione consistere asserit. Mox ordinatim singula persequitur, & de prima ratione comparandæ illius per benevolentiam agens, multitudinem moveri maxime beneficiis, voluntate gratificandi, & fama leniorum virtutum ostendit, subjunctâ, cur opinio virtutum id possit, ætiologia. Inde ad alteram parandæ veræ gloriæ rationem, quæ fit per fidem, progreditur, ejusque causas effectrices prudentiam & justitiam facit, recensitisque prudentiæ partibus duas illas virtutes comparat, & justitiam prudentiæ anteponit, atque hanc absque illa quicquam valere affirmat.

SED de amicitia alio libro dictum est, qui inscribitur Lælius. Nunc dicamus de gloria: quamquam ea quoque de re 1 duo sunt nostri libri. Sed 2 attingamus, quandoquidem ea in rebus majoribus administrandis adjuvat plurimum. Summa igitur, & perfecta gloria constat ex 3 tribus his: si diligit multitudo: si fidem habet: si cum admiratione quadam honore dignos putat. Hæc autem, si est simpliciter breviterque dicendum, quibus rebus pariuntur a singulis, eisdem fere a multitudine: sed est alius quoque quidam aditus ad multitudinem, ut in universorum animos tanquam influere possimus. Ac primum de illis tribus, quæ ante dixi, benevolentiae præcepta videamus: quæ quidem beneficiis 4 capitur maxime. Secundo autem loco benefica voluntate benevolentia movetur; etiamsi 5 res forte non suppetit. Vehementer autem amor multitudinis commovetur ipsa 6 fama & opinione liberalitatis, beneficentiæ, justitiæ, fidei, omniumque earum virtutum, quæ pertinent ad mansuetudinem morum & ad facilitatem. Etenim illud ipsum, quod honestum, decorumque diximus, quia 7 per se nobis placet, animosque omnium 8 natura, & specie sua commoveret,

F 6

ma-

1 Quos desideramus temporum superiorum incuria. 2 pauca dicamus. 3 causæ gloriam gignentes. 4 paratur, acquiritur. Sed capitur plus leporis habet, ad exprimendam beneficiorum vim, quibus capiuntur & obstringuntur animi. 5 hinc Ovidius: ut desint vires, tamen est laudanda voluntas. 6 si fama est, aliquem esse liberalem, & homines ita opinantur esse justum, beneficium & fidum. 7 vel si nullum ex eo fructum capiamus. 8 vi & forma sua.

2. effi-

maximeque quasi perlucet ex eis, quas commemoravi, virtutibus, idcirco illos, in quibus eas virtutes esse remur, a natura ipsa diligere cogimur, atque hæ quidem causæ diligendi 9 gravissimæ: possunt enim præterea nonnullæ esse 10 leviores. Fides autem ut habeatur, duabus rebus effici potest; si existimabimur adepti conjunctam cum justitia 11 prudentiam. Nam & iis fidem habemus, quos plus intelligere, quam nos, arbitramur, 12 quosque & futura prospicere credimus, & cum res agatur, in discrimenque ventum sit, 13 expedire rem, & consilium ex tempore capere possit: hanc enim utilem homines existimant, veramque prudentiam. Justis autem & fidis hominibus, id est bonis, ita fides habetur, ut nulla sit in his 14 fraudis, 15 injuriæque suspicio. Itaque his 16 salutem nostram, his 17 fortunas, his liberos rectissime committi arbitramur. Harum igitur duarum ad fidem faciendam 18 Justitia plus pollet: quippe cum ea sine prudentia satis habeat auctoritatis, prudentia sine Justitia nihil valeat ad faciendam fidem. Quo enim quis versutior, & callidior est, hoc 19 invisior & suspectior, detracta opinione probitatis. Quamobrem 20 intelligentiæ justitia conjuncta, quantum volet, habebit ad faciendam fidem, virium. Justitia sine prudentia multum poterit: sine justitia nihil valebit prudentia.

## C A P. X.

## A R G U M E N T U M.

*Cum alias nexu quodam necessario inter se jugatas esse virtutes, sæpius dixerit auctor, tacit nunc objectioni eorum, qui forte eum se junxisse his easdem arguere possent, occurrit, dicitque, se loqui hoc in loco non philosophice, sed docendi causa populariter. Pedem dehinc ad tertiam comparanda veræ gloriæ rationem profert,*

9 efficacissimæ & magni ponderis atque momenti. 10 ut si aliquid fecerimus, quod multitudini placeat. 11 intelligentiam. 12 talis fuit Themistocles, teste Cornelio Nepote in ejus vita. 13 explicare. 14 do-  
 li, exceptionis. 15 quæ violentiam habet, & est contra justitiam. 16 curam nostræ salutis. 17 divitias & opes. 18 probitas & vitæ sanctitas. 19 exemplo sit Alcibiades. 20 prudentiæ.



fert, quæ est honor cum admiratione: ubi primum causas colligit admirationis generales & communes, quæ sunt virtutes excellentes, & singulares in hominibus, v. gr. sapientia, diligentia, industria; eamque sententiam illustrat antithesi, despici nimirum ab hominibus eos, in quibus nihil virtutis, nihil animi, itemque in quibus industria nulla, nulla cura est: addensque aliquam inter contemnere seu dispicere, & male existimare δὲ ἄξιον. Progreditur deinde ad specialiores magisque particulares causas, quæ admirationem atque auctoritatem maxime excitant, quales sunt continentia, fortitudo, &c.

**S**ED 1 ne quis sit admiratus, cur, cum inter omnes Philosophos constet, 2 a meque ipso sæpe disputatum sit, qui unam haberet, omnes habere virtutes, nunc ita sejungam, quasi possit quisquam, qui non idem prudens sit, justus esse: alia est illa, cum 3 veritas ipsa limatur in disputatione, 4 subtilitas: alia, cum ad 5 opinionem communem omnis accommodatur oratio. Quamobrem, ut vulgus, ita nos hoc loco loquimur, ut alios fortes, alios bonos viros, alios prudentes dicamus. 6 Popularibus enim verbis est agendum, & usitatim, cum loquimur de opinione 7 populari: idque eodem modo fecit Panætius. Sed ad propositum revertamur. Erat igitur ex tribus, quæ ad gloriam pertinent, hoc tertium, ut cum admiratione hominum honore ab his digni judicaremur. Admirantur igitur 8 communiter 9 illi quidem omnia, quæ magna, & præter opinionem suam animadverterunt: separatim autem in singulis, si perspiciunt nec opinata quædam 10 bona. Itaque eos viros 11 suspiciunt, maximisque efferunt laudibus, in quibus existimant se excellentes quosdam, & 12 singulares virtutes perspicere: 13 despiciunt autem eos, & contemnunt, in quibus 14 nihil virtutis, nihil animi, nihil nervorum putant. Non enim omnes eos.

1 Ne qua sit admiratio. 2 vide lib. V. de Finibus, & Tuscul. III. 3 cum veritas ipsa diligentissime quæritur a Philosophis. 4 disputatio subtilis & acuta. 5 O vocalis vigesies a Cicerone hic duabus lineis usurpatur. 6 acceptis ab opinione usaque vulgi. 7 opinatur enim populus diversas esse virtutes. 8 communi quodam consensu. 9 indocti scilicet, & parvo animo præditi. 10 virtutes, quas in se non arbitrabantur. 11 admirantur. 12 summas, quibus nulla potest comparari. Exemplo sit Semiramis. 13 spernunt, ac nullius momenti esse putant. 14 exem-

eos contemnunt, 15 de quibus male existimant. Nam quos improbos, maledicos, fraudulentos putant, & ad faciendam injuriam instructos, 16 eos contemnunt quidem neutiquam, sed de iis male existimant. Quamobrem, ut ante dixi, contemnuntur ii, qui nec sibi, nec 17 alteri, 18 ut dicitur, in quibus nullus labor, nulla industria, nulla cura est. Admiratione 19 afficiuntur ii, qui antea ceteros virtute putantur, & cum omni carere dedecore, tum vero 20 iis vitiis, quibus alii non facile possunt obfistere. Nam & voluptates, blandissimæ dominæ, 21 majores partes animi a virtute detorquent: & dolorum cum admoventur 22 faces, præter modum plerique exterrentur. Vita, mors, divitiæ, paupertas, omnes homines vehementissime permovent. Quæ qui in 23 utramque partem 24 excelfo animo, magnoque despiciunt, cumque aliqua his ampla, & honesta res objecta est, totos ad se convertit, & rapit: tum quis non admiretur splendorem, pulchritudinemque virtutis?

## C A P. XI.

## A R G U M E N T U M.

*Pergit in enumeratione earum rerum, quæ admirationem excitant, atque inter eas etiam magnitudinem animi in rerum despicientia positam recenset. Proximum locum justitiæ tribuit, atque ita doctrinam hanc concludens, ostendit viam illa, quæ ad gloriam assequendam faciunt, omnia ex justitiâ proficisci. Post de necessitate auxilii humani quedam repetit, & distributione quadam probat, neminem esse, qui sine justitiæ opinione commode possit vivere, eaque nec agricolas,*  
*nec*

exemplo sit Sardanapalus. 15 nam ii nocere possunt. 16 vulgo: eos haud contemnunt quidem. Sed Langius & alii ex MSS. restituant: eos contemnunt quidem neutiquam, id est, nullo modo. 17 vulgo: nec alteri profunt. Sed profunt abest a MSS. & sententiæ proverbiales raro integræ enunciantur, quasi vulgo vel a primo verbo notæ. 18 ut est in proverbio. 19 qui ta-

les se præbent, ut eos homines admirentur, & colant. 20 fraude, dolo, violentia. 21 rationem ipsam, cui voluptas est inimica, & oculos mentis præstringens. 22 ardentis dolores. 23 tam voluptates, quam dolores: sive cum adsunt, sive cum absunt. 24 qui virtutem rebus omnibus anteponat, despiciatque humana.

i. Cum

nec mercatores, nec latrones quidem ac piratas carere posse; atque his exemplis admonitus a minore ad majus epiphonematis specie infert, justitiam omnino apud cives legibus, judiciis, & aliis humane societatis vinculis inter se obligatos valere debere.

**E**RGO & hæc 1 animi despicientia 2 admirabilitatem magnam facit. Et maxime justitia (ex qua una virtute viri boni appellantur) 3 mirifica quædam 4 multitudini videtur. Nec injuria. 5 Nemo enim justus esse potest, qui mortem, qui dolorem, qui exilium, qui egestatem timet, aut qui ea, quæ his sunt 6 contraria, æquitati anteposit. Maximeque admirantur eum, qui 7 pecunia non movetur: quod in quo viro perspectum sit, hunc 8 igni spectatum arbitrantur. Itaque illa tria, quæ proposita sunt ad gloriam, omnia justitia conficit: & benevolentiam, quod prodesse vult plurimis: & 9 ob eandem causam, fidem: & admirationem, quod eas res spernit, & negligit, ad quas plerique inflammati aviditate rapiuntur. Ac mea quidem sententia, omnis 10 ratio atque institutio vitæ adjumenta hominum desiderat: in primisque ut habeas, quibus cum possis 11 familiares conferre sermones; quod est difficile, 12 nisi speciem præ te 13 boni viri feras. Ergo etiam solitario homini, atque in agro vitam agenti, opinio justitiæ necessaria est: eoque etiam magis, quod si eam 14 non habebunt, injusti habebuntur; &, 15 nullis præsidis sepi, multis afficientur injuriis. Atque his etiam, qui vendunt, emunt, conducunt, locant, contrahendisque negotiis

im

1 Cum & voluptates & dolores despiciuntur. 2 facit, ut multitudo admiretur. 3 admiratione digna & miris laudibus efferenda. 4 vulgo, quædam res. Sed postrema vox in MSS. non legitur, nec est necessaria. 5 quoniam justus hominis est non timere mortem. 6 vitam, voluptatem, esse in patria, divitias. 7 qui est liberalis, & non curat pecunias. 8 vulgo: dignum spectatum, quod Cicero nunquam dixit. Nostræ lectioni, igni spectatum, inest translatio ab auro optimo, perfectissimo & purissimo, quod igne probatur & examinatur. Quod omnibus numeris perfectum. 9 quia prodesse vult plurimis. 10 omnis modus & via vivendi. 11 vitæ enim consuetudo præcipuum munus est ac vinculum societatis & amicitiae. 12 nisi justus videatur. 13 justus. Hinc paullo ante de justitia: Ex qua una virtute viri boni nominantur. 14 nisi erunt justus, videbuntur everti in odium humane societatis & fugere hominum commercia. 15 munus nullo

implicantur, justitia 16 ad rem gerendam necessaria est. Cujus tanta vis est, ut nec illi quidem, qui maleficio & scelere pascuntur, possint sine ulla particula justitiæ vivere. Nam 17 qui eorum cuiquam, qui una latrocinantur, 18 furatur aliquid, aut 19 eripit, is sibi 20 ne in latrocinio quidem relinquit locum. Ille autem, qui archipirata dicitur, nisi æquabiliter prædam dispertiat, aut interficiatur a sociis, aut relinquatur. Quin etiam leges latronum esse dicuntur, quibus pareant, quas observent. Itaque propter æquabilem prædæ partitionem & 21 Bardilis Illyrius latro, de quo est apud Theopompum, magnas opes habuit: & multo majores 22 Viriatus Lusitanus: cui quidem etiam exercitus nostri, 23 imperatoresque cesserunt: quem C. Lælius, 24 is, qui sapiens 25 usurpatur, prætor fregit, & comminuit, ferocitatemque ejus ita repressit, ut facile bellum 26 reliquis traderet. Cum igitur tanta vis justitiæ sit, ut ea etiam latronum opes firmet, atque augeat: quantam ejus vim inter leges, 27 & judicia in constituta republica fore putamus?

## C A P. XII.

## A R G U M E N T U M.

*Ulterius justitiam ad comparandam veram admirationem necessariam esse docet, quia & Magistratum, & Legum etiam causa efficiens, & auctor extitit: cumque*

nullo hominum præsidio & adjumento, 16 dum eas res gerunt. 17 justitia etiam apud latrones necessaria. Argumentum a minori ad majus. 18 clam & insidiosè. 19 aperte & violenter. Male igitur libri vulgati. *clam eripit.* 20 inter latrones argute. 21 vulgo: *Bargulus*. Hunc Bardilin Theopompus opes regias apud Illyrios habuisse scribit. Vide Diodorum Siculum lib. XVI. 22 ita nomen hoc scribitur in monumentis a Resfendio editis. Fuit autem Viriatus ille ob paupertatem primo mercenarius: deinde alacri-

tate vector, audacia latro: ad postremum dux bellum adversus Romanos sumsit. 23 M. Vetillius, & C. Plautius prætores: & Q. Fabius Pro-Cos. pacem cum eo fecit. 24 cujus nomine Ciceronis liber de amicitia inscriptus est. 25 appellari solitus est, consuetudinem enim hoc verbum significat. 26 primum Q. Fabio Maximo, deinde Q. Servilio Cæpioni, qui eum per insidias occidit. 27 vulgo, *judicia & instituta reip.* Sed legendum omnino ex MSS. *& judicia in constituta republ.* hoc est, recte composita & ordinata.

1 Qui

que in hac laudanda copiosior fuerit, ne sapientiae studium negligatur, prudentiam iustitiae conjunctam conduplicatam quidem parere gloriam ait: nihilominus ob duplicem tamen rationem hanc maxime colendam hortatur. Et quoniam satis de comparanda admiratione dixit, nunc per transitionem similitudine oeconomicam amplificatam de eadem quoque retinenda, & augenda praecipit: praecipit Socratis auctoritate firmat, & antithesi exemplis Gracchorum dissimilibus illustrata declarat.

**M** IHI quidem non apud 1 Medos solum, ut ait 2 Herodotus, sed etiam apud majores nostros 3 iustitiae fruendae causa videntur olim bene morati reges constituti. Nam cum premeretur 4 inops multitudo ab iis, qui majores opes habebant, ad unum aliquem confugiebant, virtute praestantem: qui cum prohiberet injurias 5 tenuiores, 6 aequitate constituenda summos cum infimis pari jure 7 retinebat. Eademque constituendarum 8 legum fuit causa, quae regum. Jus 9 enim semper quaesitum est aequabile. Neque enim aliter esset jus. Id si ab uno justo, & bono viro consequerentur, eo erant contenti: cum id minus contingeret, leges sunt inventae, quae 10 cum omnibus semper una atque eadem voce loquerentur. Ergo hoc quidem perspicuum est, eos ad imperandum deligi solitos, quorum de iustitia magna esset 11 opinio multitudinis. 12 Adjuncto vero hoc, ut iidem etiam prudentes haberentur, nihil erat, quod homines his auctoribus non posse consequi se arbitrarentur. Omni igitur ratione colenda, & retinenda iustitia est, tum ipsa 13 propter sese, (nam ali-

1 Qui primi Reges habuerunt.  
2 lib. I. qui Clio inscribitur.  
3 imitatus est Aristotelem lib. V. Polit. nisi quod ad leges transfuit Cicero, quae Aristoteles de tyrannis dixit. 4 impotens populus & plebs. 5 humilioris conditionis & fortis. 6 aequitas est aequum illud jus, sive, ut vocat, *par jus, aequabile jus, ἰσότης*, quae cives omnes iisdem legibus subjicit, & respectu legum aequales facit. 7 nimirum in fide & officio. 8 *ἰσονομία*, re-

ges primum, deinde leges fuerunt. Reges autem pro legibus, leges pro regibus. 9 hoc pluribus demonstrat Aristoteles lib. V. ad Nicomachum: aequalitas autem in civitate duplex est, Geometrica & Arithmetica. 10 nulla ratione habita hominum, cujuscunque sint fortis & conditionis. 11 ut de Numa Pompilio legitur. 12 locutio elegans & usitata. 13 quia in ipsa consistit summum bonum, cujus causa omnia expetuntur.

11 ad

aliter iustitia non esset) tum propter amplificationem honoris, & gloriæ. Sed ut pecuniæ non quærendæ solum ratio est, sed etiam collocandæ, quæ perpetuos sumptus suppeditet, nec solum 14 necessarios, sed etiam 15 liberales: sic gloria & quærenda, & collocanda 16 ratione est. Quamquam præclare 17 Socrates hanc viam ad gloriam proximam, & quasi compendiarium dicebat esse, si quis id ageret, ut, qualis haberi vellet, talis esset. Quod si qui simulatione, & inani 18 ostentatione, & ficto non modo sermone, sed etiam vultu, stabilem se gloriam consequi posse rentur, vehementer errant. Vera gloria radices agit, atque etiam propagatur: ficta omnia celeriter, tamquam flosculi, decidunt, 19 nec simulatum potest quidquam esse diuturnum. Testes sunt permulti in 20 utramque partem: sed brevitatis causa, familia erimus contenti 21 una. Tib. enim Gracchus, 22 P. filius, tam diu laudabitur, dum memoria rerum Romanarum manebit: at ejus filii 23 nec vivi probabantur boni, & mortui 24 numerum obtinent 25 jure cæсорum.

## C A P. XIII.

## A R G U M E N T U M.

*Repetit hic primo præceptum superius a Socrate de paranda & tuenda gloria traditum: postea distinctione personarum utitur, eosque qui ad honores aspirant, aut nobiles esse dicit, aut obscuros & inglorios: quæque hic facienda, utrisque inculcat. Præcipue autem adolescentium officia, ad gloriam adipiscendam facientia, explicat: quorum primum studium rei bellicæ, ubi per digress-*

14 ad tuendam vitam, & frugaliter alendam familiam. 15 exemplo comprobatur. 21 qui ut & ipsi vivamus lautius, & bis consul fuit, bis triumphavit, censorque fuit. 22 Publii benignitate in alios uti possimus. 23 quia leges ferre conati sunt perniciosas reipublicæ. 24 vulgo male, *nomen*. Numerus enim Ciceroni aliisque scriptoribus optimis sapissime status est & conditio hominis. 25 testimonio minoris Africani: qui de Gracchi nece interrogatus respondit, jure cæsum videri.

Gracchi, hoc illius filiorum

2 Omnia

gressiunculam, specie laudationis, Filium ad virtutem incitat, & simul corporis, atque animi opera inter se confert: deinde vero ex studio virtutum leniorum, modestie, pietatis in parentes &c. ex consuetudine cum viris præstantibus, ex studio item eloquentiæ, adoloscens fieri posse celebres ostendit, & exemplis confirmat.

**Q**UI igitur adipisci veram gloriam volet, justitiæ fungatur officiis. Ea quæ essent, dictum est libro superiore. Sed, ut facillime, quales simus, tales esse videamur; etsi in eo ipso 1 vis maxima est, ut simus 2, qui haberi velimus; tamen quædam præcepta danda sunt. Nam si quis ab ineunte ætate habet 3 causam celebritatis, & nominis, aut a 3 patre acceptam, (quod tibi, mi Cicero, 4 arbitrator contigisse,) aut aliquo 5 casu atque fortuna: in hunc oculi omnium conjiciuntur; atque in eum, quid agat, quemadmodum vivat, 6 anquiritur: & tamquam in 7 clarissima luce versetur, ita nullum obscurum potest nec dictum ejus esse, nec factum. Quorum autem prima ætas, propter humilitatem, & obscuritatem, in hominum ignoratione versatur: hi, simul ac 8 juvenes esse cœperunt, 9 magna spectare, & ad ea 10 rectis studiis debent contendere: quod eo firmiore animo facient, quia non modo non invidetur illi ætati, verum etiam 11 favetur. Prima igitur est adolescenti commendatio ad gloriam, si qua ex bellicis rebus comparari potest: in qua multi 12 apud majores nostros 13 extiterunt, semper enim fere bella gerebantur. Tua autem ætas incidit in id bellum, cujus 14 altera pars sceleris nimium habuit, 15 altera 16 felicitatis parum. Quo tamen in bello,

1 Omnia in ea consistunt. 2 Sallustium. 3 confirmato iudicio, & animi corporisque viribus auctis. 4 gloriam. 5 virtute, labore, probis inserviendo. 6 ut Scipioni Africano seniori, & apud Athenienses Iphicrati. 7 bellicæ enim rei & eloquentiæ studebant Romani. 8 clari evaserunt. 9 Cæsariana; plena sceleris, quia rempub. oppressit. 10 Pompejana. 11 quæ maxime in Imperatore requiritur.

17 tur.

lo, cum te Pompejus 17 alæ 18 alteri præfecisset, magnam laudem & a summo viro, & ab exercitu consequere, equitando, jaculando, omni militari labore tolerando. Atque ea quidem tua laus pariter cum republica 19 cecidit. Mihi autem hæc oratio suscepta non 20 de te est, sed de genere toto. Quamobrem pergamus ad ea, quæ restant. Ut igitur in reliquis rebus multo majora sunt opera animi, quam corporis: sic hæc res, quas persequimur 21 ingenio, ac ratione, graviores sunt, quam illæ, quas viribus. Prima igitur commendatio proficiscitur a 22 modestia, tum 23 pietate in parentes, tum in suos benevolentia. Facillime autem & in optimam partem cognoscuntur adolescentes, qui se ad 24 claros, & sapientes viros, bene consulentes reipublicæ, contulerunt: quibus cum 25 si frequentes sint, opinionem efferunt populo, eorum fore se similes, quos sibi ipsi delegerint ad imitandum. 26 P. Rutilii adolescentiam ad opinionem & innocentiam, & juris scientiam, 27 P. Mucii commendavit domus. Nam Lucius quidem Crassus, cum esset 28 admodum adolescens, non aliunde mutuatus est, sed sibi ipse peperit maximam laudem ex illa 29 accusatione nobili, & gloriosa. Et, qua ætate qui exercentur, laude affici solent, ( ut de 30 Demosthene accepimus ) ea ætate L. Crassus ostendit, id se in foro optime 31 facere; quod etiam tum poterat domi cum laude 32 meditari.

CAP.

17 turmarum equestrium auxiliarium. Nam de auxiliaribus equitibus Ala dicitur. 18 quia duæ legiones exercitus erant consularis: quas equites, tanquam alæ, a lateribus muniebant. 19 ergo tibi ferenda fortuna communis æquo animo. 20 cui nullum fructum propter interitum reip. bellica virtus attulit. 21 vivitur ingenio, cetera mortis erunt. 22 qua foris utimur cum omni hominum genere. 23 quæ domestica est. 24 calari nominis, propter res gestas & optimos mores. 25 si eorum consuetudine crebro utuntur. 26 qui consul fuit, & juris civilis laude præstitit. 27 Juris consulti optimi viri. 28 annos natus XIX. 29 C. Carbonem, eloquentissimum hominem, accusavit & damnavit. 30 qui magna industria naturam emendavit, & puer pupillares actiones habuit. 31 quod in vulgatis quibusdam legitur, *nec præmeditatum*, vel simile, id e glossemate irrepsisse, veterum librorum auctoritas demonstrat. 32 periclitari & declamatorio genere sese exercere.

I COR.



## CAP. XIV.

## ARGUMENTUM.

Explicatius jam de studio Eloquentiæ, quæ ad gloriam parandam confert, agit Cicero, & primo Orationem distinguit in sermonem quotidiane consuetudinis, quæ comitas dicitur, & affabilitas, & in contentionem, quæ in judiciis relucet: post utriusque collationem instituit, & tribus exemplis vim affabilitatis probat: mox vim contentionis, quam Eloquentiam vocat, & quantum ad commendationem in adolescentibus valeat, præsertim si comitate mixta sit, ostendit, eamque dividit in forenses & senatoriam, & hoc loco illam huic præfert. Dehinc forenses iterum subdividit in accusationem & defensionem, atque ex posteriori plus laudis acquiri asserit, modum simul commonstrans, secundum quem uti etiam quandoque priore liceat, ubi tres condiciones recenset, & singulis exempla subjicit: inde ad argumentum a natura contrariorum: Si innocentes non sunt accusandi; Ergo nocentes non erunt defendendi; respondet quatuor rationibus: & cum solutio ejus sit difficilis, Panætii se præterea auctoritate tuetur. Tandem admonitionem quoque de defensione adjicit, cum appendice de circumstantia personarum, & se ipsum per occasionem celebrat.

**S**ED cum duplex ratio sit orationis, quarum in altera fermo sit, in altera contentio: non est id quidem dubium, quin contentio orationis plurimum possit, & majorem vim habeat <sup>1</sup> ad gloriam: ea est enim, quam <sup>2</sup> eloquentiam dicimus. Sed tamen difficile dictu est, quantopere <sup>3</sup> conciliet animos hominum, comitas, affabilitasque <sup>4</sup> sermonis. Exstant epistolæ & <sup>5</sup> Philippi ad Alexandrum, & <sup>6</sup> Antipatri ad Cassandrum, & <sup>7</sup> Antigoni ad Philippum filium,

<sup>1</sup> Contentio parit gloriam: est enim in ea perfecta vis eloquentiæ. <sup>2</sup> Nam, qui excellit in sermone, disertus potius, quam eloquens dicitur. <sup>3</sup> sermo parit gratiam sine gloria. <sup>4</sup> qui est accommodatus & finitimus

quotidiano sermoni. <sup>5</sup> Philippus Rex Macedonum, pater Alexandri Magni. <sup>6</sup> Antipater inter Alexandri duces, & regni successor: ejus filius fuit Cassander. <sup>7</sup> Antigonus rex Macedoniae.

<sup>8</sup> vulg.

filium, trium prudentissimorum, ( sic enim accepimus ) quibus præcipiunt, ut oratione benigna multitudinis animos ad benevolentiam alliciant, militesque blande appellando 8 deliniant. Quæ autem in multitudine cum contentione habetur oratio, ea sæpe 9 universam excitat. Magna est enim admiratio 10 copiose, sapienterque dicentis: quem qui audiunt, intelligere etiam & sapere plus quam cæteros, arbitrantur. Si vero inest in 11 oratione mixta 12 modestiæ gravitas, nil admirabilius fieri potest; eoque magis, si ea sunt 13 in adolescente. Sed cum sint plura causarum genera, quæ eloquentiam desiderant, multique in nostra republica adolescentes & 14 apud iudices, & 15 apud senatum dicendo laudem affectati sint; maxima admiratio est 16 in iudiciis: quorum ratio duplex est. Nam ex accusatione & defensione constat: quarum etsi laudabilior est 17 defensio, tamen etiam accusatio 18 probata per sæpe est. Dixi paulo ante de Crasso: idem fecit adolescens 19 M. Antonius: etiam P. Sulpitii eloquentiam accusatio illustravit, cum 20 seditiosum, & inutilem civem C. Norbanum in iudicium vocavit. Sed hoc quidem non est sæpe faciendum, nec umquam, nisi aut reipublicæ causa 21 ut ii, quos ante dixi, aut ulciscendi, ut 22 duo Luculli: aut 23 patrocinii, ut nos 24 pro Siculis, 25 pro Sardis: pro M. Albutio

8 vulgo: *blande appellando sermone deliniant*: quæ lectio ferri non potest. 9 vulgo additur, *gloriam*: quod auferendum, quia *universam* refertur ad multitudinem. 10 hæc est oratoris descriptio: quem copia a dialectico, sapientia ab inani garrulitate separat. 11 quæ cum contentione habetur. 12 modestia orationi non modo non obest, verum etiam prodest plurimum. 13 quia pudor ætatem ornat. 14 in genere judiciali. 15 in genere deliberativo. 16 in genere judiciali. 17 quoniam donaturæ ad utilitatem hominum, non ad perniciem, nisi cum causa necessaria suberit, uti debemus. 18 laudata: & accusatori honori fuit & gloriæ, nam plerique olim adolescentes famam captabant accusatione. 19 fuit avus maternus M. Antonii Triumviri, & Cn. Papium Carbonem accusavit, occisus tandem a C. Mario. 20 sed Norbanum defendit idem M. Antonius. 21 has septem voces, *ut ii, quos ante dixi, aut ulciscendi*, quas homines Christiani, tanquam ultionem approbantes, expulerant, restituit Langius, probante Grævio & aliis. 22 Lucius & Marcus Luculli admodum adolescentes paternas inimicitias magna cum gloria sunt persequuti, & patris sui accusatorem Servilium Augurem accusarunt. 23 cum clientes nostros læsos defendimus. 24 contra Verrem, qui prætor Siciliam expilaverat, 25 Mira hic est librorum varietas. Nos Grævium

butio Julius. In accusando etiam 26 M. Aquilio L. Fufii cognita industria est. Semel igitur, aut non sæpe certe. Sin erit, cui faciendum sit sæpius; rei-publicæ tribuat hoc muneri, cujus inimicos ulcisci sæpius, non est reprehendendum: modus tamen adfit. Duri enim hominis, vel potius vix hominis videtur, periculum capitis inferre multis. Id cum periculosum ipsi est, tum etiam sordidum ad famam, committere ut accusator nominetur. Quod contingit 27 M. Bruto, 28 summo genere nato, 29 illius filio, qui juris civilis in primis peritus fuit. Atque etiam hoc præceptum officii diligenter tenendum est, ne quem unquam innocentem iudicio capitis arceffas. Id enim sine scelere fieri nullo pacto potest. Nam quid est tam inhumanum, quam 30 eloquentiam, a natura ad salutem hominum, & ad conservationem datam, ad bonorum pestem, perniciemque convertere? Nec tamen, ut hoc fugiendum est, 31 item habendum est religioni, nocentem aliquando, 32 modo ne nefarium, impiumque defendere. Vult hoc multitudo, patitur consuetudo, fert etiam 33 humanitas. Iudicis est, semper in causis verum sequi: patroni, nonnumquam 34 verisimile, etiamsi minus sit verum, defendere: quod scribere, præsertim cum de Philosophia scriberem, non auderem, nisi idem placeret gravissimo Stoicorum Panætio, Maxime autem & gloria paritur, & gratia defensionibus: eoque major, si quando accidit, ut ei subveniatur, qui potentis alicujus opibus circumveniri, urgerique videatur. Ut nos & sæpe alias, & 35 adolescentes contra L. Sullæ dominantis opes pro Sext. Roscio Amerino fecimus; quæ, ut scis, extat oratio.

CAP.

vium sequimur. 26 M. id est Manius. Ita Grævius cum aliis legit, notatque M. Aquilium gravissimum criminum accusatum, sed Antonii patrocinio servatum fuisse. 27 qui se ad accusandum potius, quam ad defendendum dedit. 28 nam Junia familia Ilio oriunda, cum Ænea in Italiam venit, affinitatemque cum Romanis Regibus contraxit. 29 quod tanto majorem infamiam ei efferebat. 30 vide Quintiliani Cap. 1. libri XII. 31 similiter. 32

per vetusto Codice feliciter Grævius restituit, omnesque Ciceronem impugnantium, quasi nefarios & impios defendi posse statuisset, cavillationes præcidit. 33 ut homo hominem servatum velit. 34 Cornelius Celsus: Orator simile tantum verum petit. Non enim bona conscientia, sed victoria litigantis est præmium, quam tamen sententiam Quintilianus refelli lib. II. Instit. Orat. cap. 15. 35 annos natus XXVII, Cicero pro Sext. Roscio dixit.

1 La.

## ARGUMENTUM.

*De prima parte justitiæ, ex qua viri boni dicuntur, hæcenus dixit auctor: nunc ad alteram, quæ ad gloriam comparandam, & studia hominum allicienda non minorem vim habet, nempe ad beneficentiam se confert, eique universam largitionum rationem implicat. Primum duo liberalitatis instrumenta constituit, quæ sunt pecunia, & opera. Post duo hæc confert, utrum sit præstantius, & liberalitatem, quæ fit opera, illi, quæ fit pecunia, præfert; idque quatuor rationibus, a causa efficiente, a duratione, a causis adjuvantibus, & a testimonio petitis, probat. Post commonefactionem, quomodo utraque sit exercenda, & quis modus observandus, subjungit; & ne quis largitionem pecuniariam prorsus esse repudiandam existimet, quando, quibus & quomodo largiendum, docet, enumeratisque aliquos profuse liberalitatis incommodis, duo aurea de vitandis extremis largitionis præcepta tradit.*

**S**ED expositis adolescentium officiis, quæ valeant ad gloriam adipiscendam, deinceps de beneficentia, ac liberalitate dicendum est. Cujus est ratio duplex. Nam aut <sup>1</sup> opera benignè fit indigentibus, aut pecunia. Facilius est hæc posterior, locupletis præsertim: sed illa lautior ac splendidior, & viro forti, claroque dignior. Quamquam enim in utroque inest gratificandi liberalis voluntas; tamen <sup>2</sup> altera ex arca, altera ex virtute depromitur; largitioque, quæ fit ex re familiari, <sup>3</sup> fontem ipsum benignitatis exhaurit. Ita benignitate benignitas tollitur: quo in plures usus sis, eo minus in multos uti possis. At qui opera, id est virtute, & industria, benefici & liberales erunt, primum, quo pluribus profuerint, eo plures ad benigne faciendum adjuutores habebunt. Deinde consuetudine beneficentiæ paratiores erunt, & tam-

<sup>1</sup> Labore & industria, ut cum aliquem oppressum gratuito defendimus. <sup>2</sup> lepida sententia. Non enim, quod ex arca, cum eo, quod ex virtute depromitur, conferendum videtur. <sup>3</sup> rem familiarem: cujus rivuli sunt largitiones.

tanquam exercitiores ad bene de multis 4 prome-  
rendum. Præclare 5 epistola quadam Alexandrum  
filium Philippus accusat, quod largitione benevo-  
lentiam Macedonum confectetur. *Quæ te, 6 malum,*  
inquit, *ratio in istam spem induxit, ut eos tibi fide-*  
*les 7 putares foris, quos pecunia corrupisset? an tu id*  
*agis, ut Macedones non te regem suum, sed ministrum,*  
*& præbitorem sperent fore?* 8 Bene ministrum & præ-  
bitorem; quia fordidum regi: melius etiam, quod  
largitionem corruptelam esse dixit. 9 Fit enim de-  
terior, qui accipit, atque ad idem semper expectan-  
dum paratior. Hoc 10 ille filio: sed præceptum pu-  
temus omnibus. Quamobrem id quidem non dubium  
est, quin illa benignitas, quæ constat ex opera, &  
industria, & 11 honestior sit, & latius pateat, &  
possit prodesse pluribus. Nonnumquam tamen est lar-  
giendum, nec hoc benignitatis genus omnino repu-  
diandum est: & sæpe 12 idoneis hominibus indigen-  
tibus de re familiari impertiendum. Sed 13 diligen-  
ter, atque 14 moderate. Multi enim 15 patrimo-  
nia effuderunt inconsulte largiendo. Quid autem est  
stultius, quam, quod libenter facias, curare, ut id  
diutius facere non possis? Atque etiam sequuntur lar-  
gitionem 16 rapinæ. Cum enim dando egere coepe-  
rint, alienis bonis manus afferre coguntur. Ita, cum,  
benevolentia comparandæ causa, benefici esse velint,  
non tanta studia assequuntur eorum, quibus dederunt,  
quanta odia eorum, quibus ademerunt. Quamobrem  
nec ita claudenda est res familiaris, ut eam benigni-  
tas aperire non possit; nec ita 17 referanda, ut pa-  
teat omnibus: modus adhibeatur, isque referatur ad  
facultates. Omnino meminisse debemus id, quod a  
18 nostris hominibus sæpissime usurpatum jam in pro-

G

ver-

4 beneficia conferendo. 5 hæc epistola non exstat. 6 ad-  
verbium indignantis. 7 male  
vulgati, *putant*. 8 Hæc verba  
librarii tanquam otiosa & sine  
caussa iterata omiserant: quibus  
Cicero approbat reprehensionem  
Philippi. 9 quod magna merce-  
de didicerunt illi imperatores  
Romani, qui largitionibus di-  
gnitatem imperatoriam sunt con-  
sequeuti. 10 Philippus. 11 plus  
honoris afferens & laudis. 12  
probris hominibus paupertate op-  
pressis. 13 cum delectu & cum  
ingenio; non cuius promiscue,  
sed dignis & idoneis indigen-  
tibus. 14 nam immoderatam lar-  
gitionem duo vitia sequuntur,  
inopia & ruinæ, quæ Catilinæ  
conjunctionis origo fuit. 15 ut  
Milo, qui Clodium interfecit.  
16 exempla sunt infinita. 17 ape-  
rienda. 18 Romanis rempubl.

ge-

verbii consuetudinem venit, LARGITIONEM  
 FUNDUM NON HABERE. Etenim quis potest mo-  
 dus esse, cum & iidem, qui 20 consueverunt, &  
 illud idem alii desiderent?

## C A P. XVI.

## A R G U M E N T U M.

*Ut ratio de publica largitione melius intelligatur, duo genera largorum facit: quorum alii prodigi, alii liberales. Primum itaque descriptione utriusque generis proposita, de prodigis contraria Theophrasti, & Aristotelis exponit iudicia, sed posteriorem ipse sequitur: mox amplificatione circumstantiarum indignitatem & absurditatem immodice profusionis exagitat, tandemque per concessionem Romanorum inveteratum edendi spectacula morem excusans, splendorem edilitatis congerie exemplorum declarat.*

**O**MNINO duo sunt genera largorum: quorum al-  
 teri prodigi, alteri liberales. 1 Prodigii, qui  
 2 epulis, & 3 viscerationibus, & 4 gladiatoriiis mu-  
 neribus, 5 ludorum, 6 venationumque apparatu  
 pecunias profundunt in eas res, quarum memoriam  
 aut brevem, aut nullam omnino sint relicturi; libe-  
 rales autem, qui suis facultatibus aut captos a præ-  
 donibus redimunt; aut 7 æs alienum suscipiunt ami-  
 corum; 8 aut in filiarum 9 collocatione adjuvant;  
 aut opitulantur in re vel quærenda, vel augenda.  
 Itaque miror, quid in mentem venerit Theophrasto,  
 in eo libro, quem 10 de divitiis scripsit; in quo  
 mul-

gerentibus. 19 finem non inve-  
 nire; a pertuso Danaidum apud  
 inferos dolio. Largitionibus fa-  
 cilis effunduntur patrimonia,  
 quam hominum benevolentia  
 comparatur. 20 alii, consueverunt,  
 κατὰ συνήθειαν usitatam apud  
 Ciceronem.

1 Qui populi gratiam, hono-  
 rum spe, aucupabantur. 2 pu-  
 blico convivio. 3 cum carnes,  
 sive cradæ, sive coctæ, interdum  
 panis vinumque cum illis domum  
 referentibus singulis præbeban-

tur. Visceratio dicta est a viscere,  
 id est carne. Nam viscus est,  
 quicquid latet sub cute. 4 quæ  
 potissimum in funeribus edeban-  
 tur. Vulgarem lectionem gla-  
 diatorum, in gladiatoriiis ex op-  
 timo codice suo mutavit Græ-  
 vius. 5 theatralium. 6 elephan-  
 torum & leonum pugnas intelli-  
 git. 7 qui quod amici debent,  
 dissolvendum in se recipiunt. 8  
 causa additur in vulgatis, quæ  
 vox a libris antiquis recte abest.  
 9 elocatione. 10 qui non exstat,  
 sed

multa præclare, illud absurde. Est enim multus in laudanda magnificentia, & apparatione <sup>11</sup> popularium munerum: taliumque sumptuum facultatem, fructum divitiarum putat. Mihi autem ille fructus liberalitatis, cujus pauca exempla posui, multo & major videtur, & certior. Quanto Aristoteles gravius, & verius <sup>12</sup> nos reprehendit, <sup>13</sup> qui has pecuniarum effusiones non admiremur, quæ sunt ad multitudinem deliniendam? At <sup>ii</sup>, qui ab hoste obsidentur, si emere aquæ sextarium mina cogerentur, hoc primo auditu incredibile nobis videri, omnesque mirari: sed, cum <sup>14</sup> attenderint, veniam necessitati dari; in his inanibus <sup>15</sup> jacturis, infinitisque sumptibus, nihil nos magnopere <sup>16</sup> mirari; cum præsertim neque necessitati subveniatur, nec dignitas augetur, ipsaque illa <sup>17</sup> delectatio multitudinis ad breve exiguumque tempus; eaque a <sup>18</sup> levissimo quoque: in quo tamen ipso una cum <sup>19</sup> satietate memoria quoque moriatur voluptatis. Bene etiam <sup>20</sup> colligit, <sup>21</sup> hæc pueris, & mulierculis, & servis, & fervorum simillimis liberis esse grata: gravi vero homini, & ea, quæ sunt, judicio certo ponderanti, probari posse nullo modo. Quamquam intelligo, in nostra civitate inveterasse jam a <sup>22</sup> bonis temporibus, ut <sup>23</sup> splendor ædilitatum ab optimis viris postuletur. Itaque & P. Crassus cum cognomine dives, tum copiis, functus est ædilitio <sup>24</sup> maximo munere. Et paullo post L. Crassus <sup>25</sup> cum omnium hominum moderatissimo, Q. Mucio, magnificentissima ædilitate functus est: deinde <sup>26</sup> C.

ed a Laertio citatur. <sup>11</sup> ludorum in Deorum honorem institutorum. Nam Græcorum & cæterorum populorum religio tum fere tota vertebatur in magnificentia. <sup>12</sup> omnes illos, qui hæc vane admirabantur. <sup>13</sup> qui non admiremur, reperiri homines tam fatuos, qui tantum effundant pecuniæ in ludos & munera brevis temporis oblectationem. <sup>14</sup> cum attenderint animum homines, ignoscere hominibus tam caro aquam ementibus, nec id mirari. <sup>15</sup> donationibus, prodigis largitionibus, quæ sunt in munera. <sup>16</sup> sed omnes judicare, recte & bene

illos impendi. <sup>17</sup> in vulgatis *delinitio*, ac paullo post duæ voces, *duratura* & *anima*, ex interpretatione addita leguntur. <sup>18</sup> levissimo quoque. <sup>19</sup> quæ etiam in rebus jucundissimis voluptatem tollit. <sup>20</sup> Aristoteles. <sup>21</sup> Argumentum spectatorum sensu contra ludos & munera, quæ populo dantur. <sup>22</sup> moribus integris cum honesta disciplina floureret. <sup>23</sup> in ludis, qui dantur populo. <sup>24</sup> primus enim argento auroque folia imitatus, ludis suis coronas dedit, ac elephantos pugnantes induxit. <sup>25</sup> qui fuere collegæ & in pratura. <sup>26</sup> de quo Valerius Maximus:

Clau-

Claudius, Ap. filius: multi post, 27 Luculli, 28 Hortensius, Silanus. Omnes autem 29 P. Lentulus, me consule, vicit superiores. Hunc est 30 Scaurus imitatus. Magnificentissima vero nostri 31 Pompei munera secundo consulatu: in quibus omnibus, 32 quid mihi placeat, vides.

## C A P. XVII.

## A R G U M E N T U M.

*Haec de excessu largitionis, nunc de defectu etiam agit: & liberalitatis ad populum interdum exercendae conditiones causasque recitat. Nimirum temporibus esse servendum propter vim, ac potentiam consuetudinis; sed prius facultates cujusque, finem item atque usum largitionum considerandum, exemplo Orestis, docet. Post eorum etiam exempla proponit, qui sine prodigalitate omnia summa consecuti sunt, quales L. Philippus, Cotta Curio, ipse Cicero. Porro quas in res utiliter ipsiusmodi profusiones fieri & debeant & possint, demonstrat, & denique  $\kappa\rho\iota\sigma\tau\eta$  generalem, quid de his largitionibus in universum sentiat, subnectit.*

**V**ITANDA tamen est suspicio avaritiae. Nam Marco homini 1 ditissimo, 2 praetermissio aedilitatis consulatus repulsam attulit. Quare & si postulatur a populo, bonis viris, si non desiderantibus, attamen approbantibus, faciendum est, modo pro 3 facultatibus; nos ipsi ut 4 fecimus: &, si quando aliqua res major aut utilior populari largitione acquiritur: ut 5 Oresti nuper prandia 6 in semitis, 7 decumae nomine, magno honori fuerunt. Ne Mar-

CO

*Claudius Pulcher scenam varietate colorum adumbravit, vacuis ante pictura tabulis extentam. 27 Luculli scenam versatilem fecerunt. Idem Valerius. 28 qui pavonem in augurali coena primus posuit. 29 scenam argentatis choragiis P. Lentulus Spintther adornavit, teste eodem Valerio. 30 vide Plinium lib. VIII. cap. XVII. 31 vide Plutarchum & Plinium. 32 significat sibi non placere: aperte tamen non significat propter Pompejum quem amaverat.*

1 Grævius ex MSS. reponit *divitissime*. 2 propter impensas. 3 pro ratione divitiarum. 4 in nostra aedilitate 5 cognomen Aureliae gentis. Hic forte est Cn. Aufidius Orestes, 6 per universam urbem populo dara. 7 hoc praetextu, ut diceret, se solvere decimam bonorum partem Her.



eo quidem 8 Sejo vitio datum est, quod in 9 ca-  
 ritate 10 affe 11 modium populo dedit. Magna  
 enim se, & inveterata 12 invidia, nec turpi jactu-  
 ra, 13 quando erat ædilis, nec maxima, liberavit.  
 Sed honori summo nuper nostro 14 Miloni fuit,  
 quod 15 gladiatoribus emptis reipublicæ causa, quæ  
 salute 16 nostra continebatur, omnes P. Clodii co-  
 natus, furoresque compressit. Causa igitur largitionis  
 est, si aut necesse est, aut utile. In his autem ipsis  
 mediocritatis regula optima est. L. quidem Philippus,  
 Q. filius, 17 magno vir ingenio, imprimisque cla-  
 rus, gloriari solebat, se sine ullo munere adeptum  
 esse omnia, 18 quæ haberentur amplissima. Dicebat  
 idem 19 Curio. Nobis quoque licet in hoc quodam  
 modo gloriari. Nam pro amplitudine honorum, quos  
 cunctis suffragiis adepti sumus 20 nostro quidem an-  
 no, quod contigit eorum nemini, quos modo nomi-  
 nant, sane exiguus sumtus ædilitatis fuit. Atque  
 etiam illæ impensæ meliores, muri, navalia, portus,  
 aquarum ductus, omniaque, quæ ad usum reipubli-  
 cæ pertinent. Quamquam quod præsens tanquam in  
 manum datur, jucundius est: tamen hæc in posterum  
 gratiora. Theatra, porticus, nova templa verecun-  
 dius reprehendo propter 21 Pompejum: sed doctissi-  
 mi non probant, ut & hic ipse Panætius, quem mul-  
 tum in his libris secutus sum, non interpretatus:  
 & Phalereus Demetrius, qui Periclem, principem  
 Græciæ, vituperat, quod tantam pecuniam in præ-  
 clara illa 22 Propylæa conjecerit. Sed de hoc gene-

G 3

re to-

Herculi. 8 M. Sejus enim F. *Ædili Cur. olei denas libras sin-  
 gulis assibus præstitit populo R.  
 per totum annum.* Plinius lib. XV. 9 vulgo male inferitur ca-  
 ritate annonæ affe. 10 vilissimo  
 pretio, quarta sestertii parte.  
 11 libras fere XXX. vide Pli-  
 nium lib. XIIIX. cap. 7. 12  
 propter opes. 13 quia splendo-  
 rem postulabat ædilitas. 14 jam  
 mortuo. 15 Milo in sua ædili-  
 tate comparavit gladiatores, qui  
 Clodium Ciceronis capitalem ini-  
 micum in silva aricina interfe-  
 cit. 16 nam per Ciceronis la-  
 tus petebatur respublica. 17 ter-  
 tius in oratoria laude post Craf-  
 sum & Antonium, Consul factus

sine tribunatu militari. 18 præ-  
 turam, censuram, consulatum.  
 19 in libris vulgatis est, *Cotta  
 Curio*: quod mendum manavit  
 ab imperitia librarii, qui præ-  
 nominis notam non intellexit.  
 20 gloriatus Cicero, se finita  
 prætura creatum fuisse consu-  
 lem, quod non contigerat illis,  
 quos supra nominavit. 21 qui  
 theatrum magnificentissimum ex-  
 struxerat. 22 hæc erant arcis,  
 quæ Cecropia dicebatur, vesti-  
 bula, lapide albo testâ, quibus  
 exstruendis Pericles annos quin-  
 que, & bis mille ac duodecim  
 talenta impendit, hoc est, no-  
 stra pecunia, duodecies centies  
 mille dacenti coronati.

1 In

re toto in iis libris, quos de republica scripsi, diligenter est disputatum. Tota igitur ratio talium largitionum, genere vitiosa est, temporibus necessaria, & tum ipsa & ad facultates accommodanda, & mediocritate moderanda est.

## C A P. XVIII.

## A R G U M E N T U M.

*Post ea, quae de primo genere largorum, atque adeo de prodigalitate dixit Cicero, nunc officia liberalium quoque exponit, & instituta distinctione, subjecta, siue personas, quibus benefaciendum, discernit. Prae aliis pauperes, & calamitosos, nisi sint sua culpa tales, deinde eos, qui altiora spectant, iuvandos censet, sed & hos cum delectu aliquo; quam subiectionem partim verisimiliorem reddit auctoritate versus Enniani, partim perspicuam magis aliquot praecipis, inter quae eminet, ut in eos maxime conferantur beneficia, quorum posteritas aliquando grata esse possit. Hinc utramque largitionem confert, liberalitatem prodigalitati antepone. Porro cum duo illius sint officia, quorum unum in dando, alterum in repetendo consistit, in debito reddendo, aut aliis officiis exigendis non debere nos esse nimium acerbos & vehementes, argumentis ab honesto & utili sumtis admonet. Tandem hospitalitatem, quae liberalitatis species est, a decoro & utili iterum commendat, & exemplo viri clari rem illustriorem reddit.*

**I**N illo autem altero genere largiendi, quod a liberalitate proficiscitur, non uno modo in disparibus causis affecti esse debemus. Alia causa est ejus, qui calamitate premitur, & ejus, qui res meliores quaerit, nullis suis rebus adversis. 2 Propensior benignitas esse debet in calamitosos: nisi forte erunt digni calamitate. In iis tamen, qui se adjuvari volunt, non ut ne affligantur, sed ut altiorem gradum adscendant, restricti omnino nullo modo esse debemus: sed in deligendis idoneis iudicium, & diligentiam adhibere. Nam praecclare Ennius:

3 Be-

1 Incrementa divitiarum vel dignitatis. 2 haec enim est necessaria, quam sine reprehensione ne & scelere negligere non possumus.

3 Se-

3 Bene facta 4 male locata, male facta arbitror. Quod autem tributum est bono viro, & grato, in eo cum ex ipso fructus est, tum etiam 5 ex cæteris. 6 Temeritate enim remota, 7 gratissima est liberalitas: eoque eam 8 studiosius plerique laudant, quod summi cujusque bonitas commune perfrugium est omnium. Danda igitur opera est, ut iis beneficiis quam plurimos afficiamus, quorum memoria liberis, posterisque prodatur, ut his ingratis esse non liceat. 9 Omnes enim immemorem beneficii oderunt; eamque injuriam 10 in deterrenda liberalitate sibi etiam fieri; eumque, qui faciat, communem hostem 11 tenuiorum putant. Atque hæc benignitas etiam reipublicæ utilis est, 12 redimi e servitute captos, 13 locupletari tenuiores: quod quidem vulgo solitum fieri ab ordine nostro, in oratione Crassi scriptum copiose videmus. Hanc ergo consuetudinem benignitatis largitioni 14 munerum longe antepono. Hæc est gravium hominum, atque magnorum: illa quasi assentatorum populi, multitudinis levitatem voluptate quasi 15 titillantium. Convenit autem tum in dando 16 munificum esse, tum in exigendo non 17 acerbum: in omnique re contrahenda, vendendo, emendo, conducendo, locando, 18 vicinitatibus & 19 confinibus æquum, & facilem, multa multis de jure suo concedentem: a litibus vero, 20 quantum liceat, & nescio an 21 paullo plus etiam, quam liceat, abhorrentem. Est enim non modo liberale, paullum nonnumquam 22 de suo jure

G 4

dece-

3 Senarius jambicus. 4 collata indignis & minime idoneis. 5 bonis, qui liberalitatem hanc laudant, & virum tam benignum amant & colunt. 6 si non temere cuivis datur, sed idoneis tantum. 7 iis etiam qui nihil acceperunt. 8 tum ex officio, tum ad excitandam & augendam divitum liberalitatem. 9 quod est naturæ proprium. 10 Metonymia adjuncti pro subiecto, pro *in deterrendis hominibus liberalibus*, ne sint beneficii. 11 pauperum, qui indigent aliorum liberalitate. 12 ne uxores & liberi egeant: ne desint, qui pugnent pro patria. 13 exem-

pla insignia apud Plinium juniorem lib. I. epist. 19. & lib. 11. ep. 4. 14 spectaculorum ad captandam multitudinem. 15 ita commoventiam, ut pruritus commoveri solent: in quo voluptas quædam est. 16 cum, quantum, & quibus dare decet. 17 acerbi Latinis dicuntur, qui debitum exigunt ad assem sine ulla remissione. 18 cujasmodi sunt vicini & confines, ut matrimonia, servitia, uxores, servi &c. 19 prædiorum. 20 quantum rei domesticæ ratio patitur. 21 vel cum aliqua rei familiaris jactura. 22 quod nostrum est, atque ad nos proprie pertinet, de eo

decedere, sed interdum etiam fructuosum. Habenda autem est ratio rei familiaris, quam quidem 23 dilabi sinere flagitiosum est: sed ita, ut liberalitatis, avaritiæque absit suspicio. Posse enim 24 liberalitate uti, non spoliantem se patrimonio, nimirum is est pecuniæ fructus maximus. Recte etiam a 25 Theophrasto est laudata hospitalitas. Est enim, ut mihi quidem videtur, valde decorum, patere domos hominum illustrium illustribus hospitibus: idque etiam reipublicæ est ornamento, homines externos hoc liberalitatis genere in urbe nostra non egere. Est autem etiam vehementer utile iis, qui 26 honeste posse multum volunt, per hospites apud externos populos valere opibus, & gratia. Theophrastus quidem scribit, Cimonem Athenis etiam in suos 27 curiales 28 Laciades hospitem fuisse. Ita enim instituisse, & villicis imperasse, ut omnia præberentur, quicumque Laciades in villam suam divertisset.

## C A P. XIX.

## A R G U M E N T U M.

*In precedentibus de largitione pecuniaria dixit auctor, nunc de ea etiam præcipit, quæ sit opera. Partiturque hic officia primum in personas, in quas benignitas confertur, quarum aliæ publicæ, aliæ private: deinde modos benefaciendi in Republica Romana maxime usitatos dividit in Jurisprudentiam, Eloquentiam & commendationem apud Jurisperitos, eloquentes & Magistratus: denique in omnis generis officia. Jurisprudentiæ commendat usum, commoda, & dignitatem; & per digressionem querelam de ruina studii Juris cum amplificatione indignitatis a circumstantia temporis, & persona Julii Cæsaris interserit. Eloquentiam ab effecti-*

de eo partem aliquam temporis causa alteri concedere. 23 consumi, dissipari. 24 nam liberalis potest esse, qui est in re tenui. 25 in libro de divitiis. 26 cum laude virtutis. 27 ejusdem pagi homines. Populus enim Atticus erat descriptus in pagos, quos ipsi *δήμους* vocant, ejusdem vero pagi homines

*δημόται* appellabantur. Curiales Latine vocavit Cicero, petito ex sua republ. vocabulo, quo Græcum expressit. Nam populus Romanus divisus erat in triginta curias. 28 de pago *λακίαι*, a quo erat Cimon, vide Meursium in libro de *δήμοις* Atticis.

1 La-

sectibus h. l. laudat, attexens eius aliquot conditiones & virtutes: mox utriusque comparatione facta, jurisprudentie eloquentiam præfert: sed de hujus etiam intermissione & interitu conqueritur. Tandem ad tertium bene merendi de aliis modum transit, qui sit commendando alios, intercedendo pro iis &c. eique παραγγέλματα quædam hæc observanda adjicit.

**Q**UÆ autem 1 opera, non largitione, beneficia dantur, hæc tum in universam rempublicam, tum in singulos cives conferuntur. Nam 2 in jure cavere, consilio juvare, atque hoc scientiæ genere prodesse quam plurimis, vehementer & ad 3 opes augendas pertinet, & ad gratiam. Itaque cum multa præclara majorum, tum quam optime constituti juris civilis summo semper in honore fuit cognitio, atque interpretatio. Quam quidem ante 4 hanc confusionem temporum in possessione sua 5 principes retinuerunt: nunc, ut honores, ut omnes dignitatis gradus, sic hujus scientiæ 6 splendor deletus est. Idque eo indignius, quod eo tempore hoc contigit, cum 7 is esset, qui omnes superiores, quibus honore par esset, scientia facile vicisset. Hæc igitur opera grata multis, & ad beneficiis obstringendos homines accommodata. Atque huic arti 8 finitima est dicendi 9 gravior facultas, & 10 gratior, & 11 ornatiore. Quid enim eloquentia præstabilius, vel admiratione audientium, vel spe indigentium, vel eorum, qui defensi sunt, gratia? Huic quoque ergo a majoribus nostris est in 12 toga dignitatis principatus datus. 13 Diserti igitur hominis & 14 facile laborantis, quodque in patriis est moribus, multo-

G 5 rum

1 Labore & industria. 2 vitare incommoda & deceptiones in jure litibusque: multi enim jus amittunt suum ignorantia juris, aut procuratorum caussidicorumque incitia. 3 potentiam, auctoritatem & gloriam. 4 damnat Cæsaris tyrannidem & bella civilia. 5 civitatis. 6 silent enim leges inter arma. 7 Servium Sulpicium significat Cicero: alii Cæsarem inepte intelligunt. 8

simillima: quia prodest utraque quamplurimis. 9 gravior facultate juris civilis: quia plus ingenii postulat. 10 quia civibus salutem dat. 11 quia Latini sermonis elegantia, copia, splendore delectat. 12 vulgo legitur nullo sensu: *in tota dignitate*. Cicero togæ significatione libenter pro pace & otio publico attulitur. 13 id est eloquentis. 14 laborum tolerantissimi.

15 ne

rum causas & 15 non gravate, & 16 gratuito defendentis, beneficia, & patrocinia 17 late patent. Admonebat me res, ut hoc quoque loco 18 intermissionem eloquentiæ ne dicam interitum, deplorarem, ni vererer, 19 ne de me ipso aliquid viderer queri. Sed tamen videmus, quibus extinctis 20 oratoribus, quam 21 in paucis spes, quanto 22 in paucioribus facultas, quam in multis sit audacia. Cum autem omnes non possint, ne multi quidem, aut juris periti esse, aut disertis; licet tamen opera prodesse multis, beneficia petentem 23 commendantem iudicibus, & magistratibus, vigilantem pro re alterius, eos ipsos, qui aut 24 consuluntur, aut defendunt, rogantem: quod qui faciunt, plurimum gratia consequuntur, latissimeque eorum manat industria. Jam illud 25 non sunt admonendi, (26 est enim in promptu) ut 27 animum advertant, cum juvare alios velint, ne quos offendant. Sæpe enim aut eos lædunt, quos non debent; aut eos quos non expedit: si imprudentes, negligentia est; si scientes, temeritatis. Utendum etiam est 28 excusatione adversus eos, quos invitus offendas, quacumque possis, quare id, quod feceris, necesse fuerit, nec aliter facere potueris: 29 cæterisque operis & officiis erit id, quod violatum est, compensandum.

## CAP.

15 ne multis & ambitiosis precibus & pollicitationibus sit opus. 16 gratis. Lege enim Cincia vetitum erat, ne quis ob causam orandam pecuniam donumve accipiat. 17 unde oritur, multis defensis, multorum amor. 18 propter civilia. 19 qui stante republ. regnare videbar in causis. 20 ex partibus Pompeji. 21 adolescentibus. 22 viris. 23 solebant rei a viris gravibus & auctoritate præditis laudari iudicibus, & commendari, qui eorum & majorum merita in republ. prædicabant. 24 quod vulgo legitur, *consulunt*, locum habere nequit; loquitur enim de Jurisconsultis, qui dicuntur de jure consulentibus respondere. 25 artificiose, quod enim omittere se velle significat, id tamen facit. 26 patet per se, est apertum, satis notum. 27 Recte Grævius *animum advertant*. Sic sæpe veteres, quod in plurimis locis librarii mutarunt in *animadvertere*. 28 egregium exemplum est apud ipsum Tullium lib. III. ad Familiares epist. 12. 29 vulgo, *certisque*: quod ex MSS. mutat *obicitus*.

1 Ea-

## CAP. XX.

## ARGUMENTUM.

Attingit jam Cicero causam impellentem ad beneficiendum, quam geminam facit, honestatem, cum mores spectantur: privatam utilitatem, cum fortuna & conditio eorum, quibus bene fit. Ac primo, quanta honestatis vis sit, eo declarat, quod etiam, qui commodum privatam respiciunt, illam sequi sese, quamvis falso, profiteantur. Deinde propositionem illam, Melius apud bonos, quam apud fortunatos beneficia collocari, triplici divitum & pauperum ἀντιθέσει, tum ab animi grati inope memoria, tum a causa impulsiva, & moribus utriusque, tum ex multitudine, & numero beneficiorum, quæ ab utroque divite, & paupere proficiuntur, desumpta confirmat, statimque occurrit objectioni, quæ contra faciendum opinatur, distinctione phrasium referre, & habere gratiam, eamque per ἄπειραν ἀνώνυμων amplificat: mox ad disputationem redit, & sententiam suam Themistoclis apophthegmate probat, digressiunculam de corrupto hominum judicio, & consuetudine, qui divitias præferunt virtuti, immiscens. Tandem per correctionem infert, si dives etiam sit vir bonus, tunc etiam juvandum esse, sed habitam tamen ratione virtutis potius, & probitatis, quam divitiarum. Sub finem præceptum, nullam virtutem sine iustitia, & equitate consistere posse, repetit.

**S**ED cum in hominibus juvandis aut mores spectari, aut fortuna soleat; dictu quidem est 1 proclive, itaque 2 vulgo loquuntur, se in beneficiis collocandis mores hominum, non 3 fortunam sequi. 4 Honesta oratio est: sed quis est tandem, qui inopis, & optimi viri causæ non anteponat in operanda gratiam fortunati, & potentis? A quo enim expeditior, & celerior remuneratio fore videtur, in eum fere est voluntas nostra propensior. Sed animadvertendum est diligentius, quæ natura rerum sit.

G 6

Ni-

1 Facile: ut facile de proclive loco descenditur. 2 ubique. 3 divitias & potentias aliorum. 4 recte loquuntur. Sumtum ex Andria Terentii Act. 1. Sc. 3.

Nimirum enim inops ille, si bonus est vir, etiam si  
 5 referre gratiam non potest, 6 habere certe potest.  
 7 Commode autem, quicumque dixit: pecuniam qui 8 habeat, non reddidisse; & qui reddiderit, non habere: gratiam autem, & qui retulerit, habere, & qui habeat, retulisse. At qui se locupletes, honoratos, 9 beatos putant, hi 10 ne obligari quidem beneficio volunt: quin etiam beneficium se dedisse arbitrantur, cum ipsi quamvis magnum aliquod acceperint, 11 atque etiam a se postulari, aut expectari aliquid suspicantur: patrocínio vero 12 tuo se usos, & clientes appellari, mortis instar putant. At vero ille tenuis, cum, quidquid factum sit, 13 se spectatum, non fortunam putet, non modo illi, qui est meritus, sed etiam illis, a quibus expectat, ( eget enim multis ) gratum se videri studet. Neque vero verbis auget suum 14 munus, si quo forte fungitur, sed etiam 15 extenuat. Videndumque illud est, quod, si opulentum, fortunatumque defenderis, in uno illo, aut forte in liberis ejus, maneat gratia: sin autem inopem, probum tamen, & modestum; omnes non improbi humiles, quæ magna in populo multitudo est, præsidium sibi paratum vident. Quamobrem melius apud bonos, quam apud fortunatos, beneficium collocari puto. Danda omnino opera est, ut omni generi satisfacere possimus. Sed, 16 si res in contentionem veniet, nimirum Themistocles est auctor adhibendus: qui, cum consuleretur, utrum bono viro pauperi, an minus probato diviti filiam collocaret: *Ego vero*, inquit, 17 *malo virum, qui pecunia egeat, quam pecuniam, quæ viro.* Sed 18 corrupti mores, depravatique sunt admiratione divitiarum. Quarum magnitudo quid ad unumquemque nostrum pertinet? Illum fortasse ad-

ju-

5 facto & re ipsa. 6 animo, cum memor est beneficii. 7 vide Gellium lib. 1. cap. 4. 8 iocus & festivitas est in verbis *habere & reddere*: quæ non similiter in pecunia & gratia accipiuntur. 9 qui nulla re egent. 10 tantum abest, ut gratiam referre velint. 11 ita restituit Grævius, quod antea legebatur, *atque etiam a se aut postulari.* 12 hoc etiam verbum inseruit Grævius. 13 habitam esse rationem sui & virtutis. 14 si ipse inops aliquid facit pro eo, qui de se bene meritus est. 15 dicens parum id esse, & se majora illi debere. 16 si forte usa veniat, ut vel inopi, vel diviti, viro tamen bono sit inservendum. 17 industriam & virtutem sine divitiis malo, quam divitias sine virtute & industria. 18 deplorat Cicero statam suorum

tem-



juvat, qui habet: 19 ne id quidem semper. Sed fac juvare; 20 utentior sane sit: 21 honestior vero quomodo? Quod si etiam bonus erit vir, ne impediant divitiæ, quo minus juvetur; 22 modo ne adjuvent; fitque omne iudicium, non quam locuples, sed 23 qualis quisque sit. Extremum autem præceptum in beneficiis operaque danda est, ne quid 24 contra æquitatem contendas, ne quid per injuriam. Fundamentum enim perpetuæ commendationis, & famæ, est iustitia, sine qua 25 nihil potest esse laudabile.

## C A P. XXI.

## A R G U M E N T U M.

*Transit hic auctor ad officia ejus beneficentiae, quæ ad universos, quæque ad Rempublicam pertinent. Ubi ab initio quandam publicorum officiorum subdivisionem præmittit, deinde præcepta aliquot hic observanda subjungit. Primum est, ne in præstandis officiis incommodetur Reipublicæ: quod exemplis contrariis C. Gracchi, & M. Octavii illustrat; secundum ne malis artibus, & largitione bonorum alienorum captetur aura popularis, quod magistratus admonet iustitiæ commutativæ, & facultates singulorum munit: hinc simul a fine constitutionis Rerumpublicarum rejicit, & damnat æquationem bonorum inter cives, & ne sibi ipsi contrarius esse videatur, objectione, qua communio hæc esse juris naturæ supra dicebatur, respondet. Tertium præceptum est de cavendis exactionibus & tributis: quartum vero de curanda annonæ copia, & pacis bellique præsiidiis mature comparandis: quinto loco magistratum ab omni avaritia, & corruptelis munerum, a peculatu præcipue, alienum esse vult. Propositionem tractat comparatione diversorum apud Romanos temporum, præteritorum scilicet & præsentium, quibus & domi, & apud socios*

temporum. 19 quoniam multi propter divitias interficiuntur, aliave patiuntur incommoda 20 vulgo potentior, vel epulentior: sed utentior cum aliis mavult Grævius, id est, qui plus impendit in cultum vitæ, qui pluribus utitur ad vitam tuendam, qui majores sumtus in se tuen-

do facit. 21 dignitatem enim divitiarum magnitudo non parit. 22 modo ne propter divitias divitem juvemus, si vir non est bonus, sed propter bonitatem. 23 probitate & moribus. 24 ne in injusta causa juves amicum. 25 nam iustitia omnes virtutes complectitur.

1 Quæ

*socios bonis exutos, omnia miseris & malis completa docet.*

**S**ED quoniam de eo genere beneficiorum dictum est, quæ 1 ad singulos spectant: deinceps de iis, quæ 2 ad universos, quæque ad rempubl. pertinent, disputandum est. Eorum autem ipsorum 3 partim ejusmodi sunt, ut ad 4 universos cives pertineant, partim 5 singulos ut attingant; quæ sunt etiam gratiora. Danda est opera omnino, si possit, utrisque; nec minus, ut etiam singulis consulatur; sed ita, ut ea res aut proficit, aut certe ne obsit reipublicæ. 6 C. Gracchi 7 frumentaria magna largitio: exhauriebat igitur 8 ærarium. Modica M. Octavii, & reipublicæ tolerabilis, & plebi necessaria: ergo & civibus, & reipublicæ salutaris. Inprimis autem videndum erit ei, qui rempublicam administrabit, ut suum quisque teneat; neque de bonis privatorum 9 publice deminutio fiat. perniciosè enim Philippus in tribunatu, cum legem 10 Agrariam ferret, quam tamen 11 antiquari facile passus est, & in eo vehementer se moderatum præbuit: sed cum in agendo multa 12 populariter, tum illud male: *non esse in civitate duo milia hominum, qui 13 rem haberent.* Capitalis oratio, & ad 14 æquationem bonorum pertinens. Qua peste quæ potest esse major? hanc enim ob causam maxime, 15 ut sua tenerentur, reipublicæ civitatesque constitutæ sunt. Nam etsi duce natura 16 congregabantur homines, tamen, spe custodiæ rerum suarum, urbium præsidia quærebant. Danda etiam opera est, ne, quod 17 apud majores nostros sæpe fiebat, propter ærarii tenuitatem, 18 assiduitatemque bellorum,

Quæ depromuntur e cujusque re familiari. 2 cum magistratus, qui totius populi personam sustinent, aliquid ex ærario demunt. 3 pro alia ejusmodi sunt, usitato genere loquendi. 4 ut, cum augetur respubl. imperio, agris, vestigalibus. 5 ut singulos privatim juvent: quo ex genere frumentaria largitio est. 6 tribuni plebis, qui legem frumentariam tulit. 7 ex frumento publico plebi dividendo. 8 sine quo respubl. stare non potest. 9 pro impensis publicis. 10 de publicis agris populo dividendis. 11 a populo rejici, ne ferretur. 12 plebi grata, optimatibus & locupletibus invisa. 13 qui de suo viverent, & ad victum necessaria haberent. 14 æquari enim possessiones sine magna multorum injuria non possunt: inde seditio, inde cædes, inde summum reip. discrimen. 15 ut quæ propria cujusque essent, ea teneri possent. 16 coeunt in societatem civilem, quia homo est animal sociale. 17 ante Pauli Æmilii Macedonicam victoriam. 18 quæ sine magnis sumptibus & stipendiis.

rum, tributum sit conferendum. Idque ne eveniat, multo ante erit 19 providendum. Sin quæ necessitas hujus muneris reipublicæ obvenierit, ( malo enim 20 quam 21 nostræ ominari: neque tamen de nostra, sed de omni republica disputo ) danda erit opera, ut omnes intelligant, si salvi esse velint, 22 necessitati esse parendum. Atque etiam omnes, qui rempublicam gubernabunt, consulere debebunt, ut earum rerum copia sit, 23 quæ sunt necessariae. Quarum qualis comparatio fieri soleat & debeat, non est necesse disputare. 24 Est enim in promptu: tantum locus attingendus fuit. Caput autem est in omni procuratione negotii, & muneris publici, ut avaritiæ pellatur etiam minima suspicio. Utinam, inquit 25 C. Pontius Samnis, ad illa tempora fortuna me reservasset, & tunc essem natus, 26 si quando Romani dona accipere cœpissent! non essem passus diutius eos imperare. 27 Næ illi 28 multa sæcula expectanda fuerunt, 29 modo enim hoc malum in hanc rempublicam invasit. Itaque facile patior, tum potius Pontium fuisse; siquidem in illo 30 tantum fuit roboris. Nondum 31 centum & decem anni sunt, cum de pecuniis repetundis a 32 L. Pisone lata est lex, nulla antea cum fuisset. At vero postea 33 tot leges; & proximæ quæque duriores: tot rei, tot damnati, tantum 34 Italicum bellum 35 propter ju-

diis geri nequeunt. 19 parsimonia & frugalitate, quæ magnum vestigal est. 20 alii, vel alteri, additur in vulgatis, contra fidem scriptorum codicum, qui id ex præcedentibus, alicui reip. repetendum esse innuunt. 21 inviti enim ea dicimus, quæ sunt mali ominis. 22 solvendum tributum. Necessario impositum. 23 quæ ad victum, habitationem, & vestitum pertinent. 24 satis patet. 25 Samnitium adversus Romanos imperator, eorumque apud Claudium victor A. V. C. 43. sed sequenti anno ab illis sub jugum missus ad Lucceriam. 26 Ita Grævius ex veterrimo codice restituit, quod antea in vulgatis erat: quando Romani &c. Optat tantum Samnis, ut illis temporibus natus esset, si unquam illa tem-

pora futura sint, quando Romani dona accipere cœpissent. 27 vulgo perperam legebatur: ne illi quidem. 28 vix duo sæcula & paullo amplius effluxerant, siquidem seculum centum annis finimus. Quare Muretus *yeveas*, five generationes triginta annorum, intelligere mavult. 29 A. V. C. 640. Jugurtha grassatus est, & propemodum totum senatum emit. Cicero autem scribebat A. 708. & tamen modo dixit. 30 ut posset Romanum imperium pecunia largienda evertere. 31 A. V. C. 604. lex illa fuit lata. 32 Tribuno plebis, qui primus *Frugi* dictus est. 33 Cæcilia, Servilia, Atilia, Cornelia, Julia, de quibus Manutium libro de legibus Romanis. 34 sociale a scriptoribus dictum. Vide Florum. 35

dicioꝝ metum excitatum : tanta, 36 sublatiſ ſe-  
gibus judiciis, 37 expilatio, direptioque ſociorum,  
ut 38 imbecillitate aliorum, non noſtra virtute,  
valeamus.

## C A P. XXII.

## A R G U M E N T U M.

*Tractat eandem proſitionem etiam commendatione  
abſtinentiæ in clariffimis viris, quales P. Corn. Scipio  
Æmilianus. C. Paulus Macedonicus, & L. Mummius  
Achaicus. Poſtea locum de pernicie avaritiæ oraculo  
Apolliniſ & exemplo Reipublicæ Spartanæ confirmat  
& ὑπόθεſιν ad θεſιν transfert. Inde abſtinentiam ava-  
ritiæ opponit, continentiam adjungens. Tandem contra  
leges Agrarias, de quibus capite proxime precedente  
etiam egerat, diſputationem ruruſus inſtituit, & largi-  
tiones ejus modi variis argumentis injuſtas eſſe oſten-  
dit.*

**L**AUDAT Africanum Panætius, quod fuerit abſti-  
nens. Quidni laudet? ſed in illo alia majora :  
laus enim abſtinentiæ non hominiſ eſt ſolum, ſed et-  
iam temporum illorum. Omni Macedonum 1 gaza,  
quæ fuit 2 maxima, potitus eſt 3 Paulus: tantam  
in ærarium pecuniam invexit, ut uniuſ imperatoris  
præda 4 finem attulerit tributorum. At hic nihil  
domum ſuam præter memoriam nominis ſempiternam  
5 detulit. Imitatus patrem Africanus nihilo locuple-  
tior Carthagine everſa. Quid? qui ejus collega in  
censura fuit, L. Mummius, numquid copioſior, cum 6

CO-

eorum opera, qui ne quieta re-  
publica repetundarum accuſa-  
rentur, metuebant. 36 tempo-  
re belli Italici & dein Maria-  
ni. 37 quoniam, qui in provin-  
cias mittebantur, illa expila-  
bant. 38 ſi adhuc imperamus,  
non virtuti noſtræ, ſed aliorum  
imbecillitati, acceptum referre  
debemus.

1 Perſæ gazam vocant regiam  
pecuniam. 2 fuit enim Vellejo  
Paterculo teſte, bis millies cen-

ties ſeſtertium, hoc eſt, ut vul-  
go loquuntur, quinque millio-  
nes, & bis centena quinquaginta  
millia coronatorum. 3  
Paullus Æmilius. 4 ut nullum  
tributum perſolvi a civibus opus  
fuerit uſque ad Hirçî & Panſæ  
conſulatum, circa primum An-  
tonii & Octavii bellum. 5 in  
vulgatiſ perperam: in domum  
ſuam intulit: quod a ſcioliſ eſt,  
vim vociſ deferre ignorantibus.  
6 Corinthum.

3 figura

copiosissimam urbem funditus sustulisset? 7 Italiam ornare, quam domum suam maluit. Quamquam, Italia ornata, domus ipsa mihi videtur 8 ornatior. Nullum igitur vitium tetrius, ( ut eo, unde 9 digressa est, referat se oratio ) quam avaritia, præsertim in principibus rempublicam gubernantibus. Habere enim 10 quæstui rempublicam, non modo 11 turpe est, sed 12 sceleratum etiam, & nefarium. Itaque quod Apollo Pythius 13 oraculum edidit, *Spartam nulla re alia, nisi avaritia perituram*, id videtur non solum Lacedæmoniis, sed & omnibus opulentis populis prædixisse. Nulla autem re conciliare facilius benevolentiam multitudinis possunt ii, qui reipublicæ præfunt, quam abstinentia, & continentia. Qui vero se 14 populares volunt, ob eamque causam aut 15 agrariam rem tentant, ut possessores suis sedibus pellantur; aut pecunias creditas debitoribus condonandas putant, ii labefactant fundamenta reipublicæ: concordiam primum, quæ esse non potest, cum aliis adimuntur, aliis condonantur pecuniæ: deinde æquitatem, quæ tollitur omnis, si habere suum cuique non licet. Id enim est proprium ( ut supra dixi ) 16 civitatis, atque 17 urbis, ut sit libera, & non sollicita suæ rei cuiusque custodia. Atque in hac pernicie reipublicæ ne illam quidem consequuntur, quam putant, gratiam. Nam cui res erepta est, 18 est inimicus: cui data, etiam dissimulat, se accipere voluisse: & maxime in pecuniis 19 creditis 20 occultat suum gaudium, 21 ne videatur non fuisse solvendo. At vero ille, qui accipit injuriam, & meminit, & 22 præ se fert dolorem suum: nec, si plures sunt ii, quibus improbe datum est,

7 signa namque ærea marmoreaque, & tabulas pietas, quibus Corinthum spoliavit, in triumpho tulit, totamque iis Italiam replevit. 8 gloria scilicet rei bene gestæ & fama abstinentiæ. 9 vulgo perperam, *egressa est*. 10 ex reipubl. muneribus quæstum fecere. 11 fordidum. 12 facinus publice contra jus in reipubl. admissum. 13 in vulgatis absurde, *oraculo edidit*. Exstat autem illud in Aristopha-

nis Scholiis, & apud Suidam. 14 eos notat, qui multitudinem largitionibus captant & rempublicam evertunt. 15 divisionem agrorum. 16 multitudinis civium. 17 quæ vitati præsidium est. 18 meminit injuriæ, & in vultu dolorem ostendit suum. 19 condonatis. 20 in sinu gaudet. 21 obæratum enim, cultus splendorem in fraudem creditorum simulantes, hominum de se opinioni offendunt. 22 in vultu,

est, quam illi, quibus injuste ademptum est, idcirco plus etiam valent: non enim numero hæc judicantur, sed 23 pondere. 24 Quam autem habet æquitatem, ut agrum multis annis aut etiam sæculis ante possessum, qui nullum habuit, habeat: qui autem habuit, amittat?

## C A P. XXIII.

## A R G U M E N T U M.

*Quæ proxime de vitandis legibus Agrariis copiose disseruit, exemplis tam externis Græcorum, Lysandri Ephori, & Agidis Spartanorum Regis, quam domestico duorum Gracchorum, quos hæc contentiones perdiderunt, clariora facit & amplificat: & mox elegantem græcam historiam Arati Sicyonii, de prudentissima ratione & æquitatis, & concordie constituendæ, veramque gloriam adipiscendi subjungit: quam narrationem epiphonemate concludit, addita ἀντιθέσει, & loco communi de officio magistratus. Denique ad disputationem superiorem de iniquitate legum Agrariarum, & largitionum iniquarum in magistratibus revertitur, hæc omnia cum mærore, & indignationis suæ significatione παθητικῶς exaggerans.*

**A**C propter hoc injuriæ genus Lacedæmonii 1 Lysandrum Ephorum expulerunt; 2 Agin regem (quod nunquam antea apud eos acciderat) necaverunt. Exque eo tempore tantæ discordiæ secutæ sunt, ut & 3 tyranni existerent, & 4 optimates exterminarentur, & 5 præclarissime constituta respublica dilaberetur. Nec vero solum ipsa cecidit, sed etiam 6 reliquam Græciam evertit contagionibus malorum; quæ a Lacedæmoniis profectæ manarunt latius. Quid? nostros Gracchos, Tib. Gracchi, summi viri, filios, & Afri-

23 benevolentia. Plus potest unum, cui aliquid inique ademptum est ad gloriam infuscandam, & ulciscendum injuriæ auctorem, quam plurimi, qui aliud injuste acceperunt. 24 quia dominia rerum a naturali possessione originem trahunt.

1 Non est Lysander, dux præ-

clarus, ut plerique interpretes existimant, sed alius, de quo vide Plutarchum in Agide. 2 consule Plutarchum ibidem. 3 Mathanidus & Nabis, de quibus Polybius & Livius. 4 ephori occiderentur & tollerentur a Cleomene. 5 Lycurgi legibus. 6 cum scilicet miscuissent sese Achæi

7 Africani nepotes, nonne agrariae contentiones perdididerunt? At vero 8 Aratus Sicyonius jure laudatur, qui, cum ejus civitas quinquaginta annos a tyrannis teneretur, profectus Argis Sicyonem, clandestino introitu urbe est potitus. Cumque tyrannum Nicoclem 9 improvise oppressisset, sexcentos exules, qui fuerant ejus civitatis locupletissimi, restituit, remque publicam adventu suo liberavit. Sed cum magnam animadverteret in bonis & possessionibus difficultatem; quod & eos, quos ipse restituerat, quorum bona alii possederant, egere iniquissimum arbitratur, & quinquaginta annorum possessiones 10 moveri, non nimis æquum putabat; propterea quod tam longo spatio multa hæreditatibus, multa emptionibus, multa dotibus 11 tenebantur sine injuria; judicavit, neque illis adimi, neque his non satis fieri, quorum illa fuerant, oportere. Cum igitur statuisset, opus esse ad eam rem constituendam pecunia, Alexandriam se proficisci velle dixit, remque integram ad reditum suum jussit esse: isque celeriter ad 12 Ptolemæum, 13 suum hospitem, venit, qui tum regnabat 14 alter post Alexandriam conditam, cui cum exposuisset, patriam se liberare velle, causamque docuisset: a rege opulento vir summus facile impetravit, ut 15 grandi pecunia adjuvaretur, quam cum Sicyonem attulisset, adhibuit sibi in consilium quindecim principes, cum quibus causas 16 cognovit & eorum, qui aliena 17 tenebant, & eorum, qui sua amiserant: 18 perfecitque æstimandis possessionibus, ut persuaderet aliis, ut pecuniam accipere mallent, & possessionibus cederent: aliis, ut commodius putarent, numerari sibi, quod tanti esset, quam suum recuperare. Ita perfectum est, ut omnes, concordia constituta, sine querela discederent. O virum magnum, dignumque, qui in nostra republica natus esset!

Achæi rebus Laconicis. 7 majoris, cujus ex filia Cornelia Tib. Gracchus duos filios suscepit. 8 cujus vitam Plutarchus litteris mandavit. 9 sine civili sanguine. 10 vulgo, *movere*, cui scripturam Codicis sui præfert Grævius. 11 vulgo, *detinebantur*. 12 Philadelphum. 13 quem signis & tabulis e Græcia

missis sibi devinxerat. 14 filius quippe ejus Ptolemæi, qui cum Alexandro militavit. 15 centum quinquaginta talentis. 16 judicavit & perscrutatus est. 17 vulgo, *detinebant*. 18 in Manutianis & aliis quibusdam legitur: *prefecitque, a. p. & ut persuaderent*. Verum Aratus quindecim principes concordia inter

cives

effet! sic par est agere cum civibus, non ( ut 19bis jam vidimus ) 20 hastam in foro ponere, & bona civium voci subicere præconis. At ille Græcus ( id quod fuit sapientis & præstantis viri ) omnibus consulendum putavit: eaque est summa ratio, & sapientia boni civis, commoda civium 21 non 22 divellere, atque omnes æquitate eadem continere. Habitant gratis in alieno. Quid ita? ut, cum ego emerim, ædificaverim, tuear, impendam, tu me invito fruare meo? quid est aliud, aliis sua eripere, aliis dare aliena? 23 Tabulæ vero novæ quid habent argumenti, nisi ut emas mea pecunia fundum, & cum tu habeas, 24 ego non habeam pecuniam?

## C A P. XXIV.

## A R G U M E N T U M.

*Concludit tandem hanc disputationem præcepto omnium maxime necessario de tollenda novarum Tabularum & Legum Agrariarum causa, ne scilicet sit es alienum, quod noceat Reipublicæ. Cui subjungit argumentum aliud contra easdem, sumptum a fide in solvendis debitis, & in omnibus contractibus: probatque porro exemplo Consulatus sui in opprimenda conjuratione Catilinaria Leges Agrarias, & Tabulas novas perniciosas esse Reipublicæ, & se jure eas sustulisse: cui honesto suo factò opponit contrarium Julii Cesaris, ejusque turpitudinem a non necessario amplificat: atque sic postea repetitione præceptorum hanc de officio, & largitionibus Magistratum absolvit doctrinam, clausulam epiphonematicam ab exemplo majorum apud Romanos, & argumentum a consequente, h. e. gratia apud populum, & gloria, eidem subnectens. Sub finem digreditur ad alia, quæ in utilitatum præceptis considerentur, & Panætius quidem prætermisit, Antipater autem Stoicus*

cives conciliandæ non præfecit, sed sibi in consilium adhibuit.	modis studere, non exulibus tantum consulere, sed cæteris etiam
19 primum Sulla, deinde Cæsare dominantibus.	civibus, qui in urbe sunt, 23
20 vendere bona civium sub hasta voce præconis.	cum pristina debita supremi magistratus decreto abolerentur. 24
21 verbum defendere, quod in vulgatis additur, MSSti non agnoscunt.	quia licet tibi non solvere per tabulas novas-
22 omnium com-	

1 Ne



*cas addenda censuit, nempe curacionem rei familiaris, & valetudinis, quæque hic utrinque facienda aut fugienda sint, breviter cum refectione ad Socratis economicam indicat.*

**QUAMOBREM** 1 ne sit æs alienum, quod rei publicæ noceat, providendum est. Quod multis rationibus 2 caveri potest: 3 non si fuerit, ut locupletes suum perdant, debitores lucrentur alienum. Nec enim ulla res vehementius rempublicam continet, quam 4 fides: quæ esse nulla potest, nisi erit necessaria solutio rerum creditarum. Numquam vehementius actum est, quam me consule, ne solveretur: 5 armis, & castris tentata res est ab omni genere hominum, & ordine; quibus sic restiti, ut hoc tantum malum de republica tolleretur. Numquam nec majus æs alienum fuit; nec melius, nec facilius dissolutum est. 6 Fraudandi enim spe sublata, solvendi necessitas consecuta est. At vero hic nunc 7 victor, tum quidem victus, quæ cogitarat, ea 8 perfecit, cum ejus jam nihil 9 interesset. Tanta in eo peccandi libido fuit, ut hoc ipsum eum delectaret peccare, etiamsi causa non esset. Ab hoc igitur genere largitionis, ut aliis detur, aliis auferatur, aberunt ii, qui rempublicam tuebuntur: inprimisque operam dabunt, ut juris & judiciorum æquitate suum quisque teneat: neque tenuiores propter 10 humilitatem circumveniantur, neque locupletibus ad sua  
vel

1 Ne pars civitatis a potentioribus civibus nimio fœnore prematur. 2 multis legibus immodico fœnori remedi studuerunt Romani. Vide Tacitum lib. VI. Annal. cap. 16. 3 non autem, si cives habeant æs alienum, novas tabulas proponere, quibus pecuniæ creditæ condonentur, ita ut locupletes, qui pecunias crediderunt, perdant suam; debitores alienum, quod a locupletibus ipsis est creditum, lucrentur, & non reddant. 4 quam justitiæ fundamentum dixit lib. 1. a Catilina & sociis. 5 speraverant debitores, si resp. mutarentur, se nihil soluturos. Eam

spem sustulit virtus & vigilantia Ciceronis. 7 Notat Cæsarem, qui Pompejum & Pompejanos, in quibus Cicero erat, jam vicerat, ac rerum potitus erat: tunc autem, cum a Cicerone consule conjuratio Catilinaria (cujus Cæsar particeps fuit) est oppressa, victus, quæ eo tempore cogitarat, ea & consul & victor perfecit. 8 in leges & judicia nihil valerent, non sui causa, sed suorum, qui gravi ære alieno laborabant. 9 cum ære jam non premeretur alieno, rerum omnium armis potitus. 10 ita ex MSS. restituit Langius, quamquam vulgatam lectionem, quæ imbecillitatem præfert, non  
im.

vel tenenda, vel recuperanda 11 obsit invidia. Præ-  
 terea quibuscumque rebus vel 12 belli, vel domi  
 poterunt, rempublicam augeant imperio, agris, ve-  
 ctigalibus. Hæc magnorum hominum sunt: hæc  
 apud majores nostros factitata: hæc 13 genera offi-  
 ciorum qui persequuntur, cum summa utilitate rei-  
 publicæ magnam ipsi adipiscuntur 14 & gratiam, &  
 gloriam. In his autem utilitatum præceptis 15 An-  
 tipater Tyrius, Stoicus, qui Athenis nuper est mor-  
 tuus, duo 16 præterita censet esse a Panætio, vale-  
 tudinis curationem, & pecuniæ, quas res 17 a sum-  
 mo Philosopho præteritas arbitror, quod 18 essent  
 faciles, 19 sunt certe utiles. Sed valetudo 20 su-  
 stentatur notitia 21 sui corporis; & observatione,  
 quæ res aut prodesse soleant, aut obesse: & conti-  
 nentia in 22 victu omni, atque cultu, corporis  
 tuendi causa, & 23 prætermittendis voluptatibus:  
 postremo 24 arte eorum, quorum ad scientiam hæc  
 pertinent. Res autem familiaris quæri debet iis re-  
 bus, a quibus 25 abest turpitudine: conservari autem  
 diligentia, & parsimonia: iisdem etiam rebus auge-  
 ri. Has res 26 commodissime Xenophon 27 Socrati-  
 cus persecutus est in eo libro, qui Oeconomicus  
 inscribitur: quem nos, ista fere ætate cum essemus,  
 qua es tu nunc, e Græco in 28 Latinum conver-  
 timus.

## CAP.

improbet. 11 semper enim plebs  
 & inferiores invident potentibus  
 & divitibus. 12 pro, in bello;  
 antique & usitate dictum, paullo  
 tamen durius. 13 quæ ad uni-  
 versos & ad republ. pertinent.  
 14 ut amentur & in admiratio-  
 ne sint. 15 Catonis Uticensis fa-  
 miliaris. 16 In aliis legitur:  
*duo præcepta censet esse in Pa-  
 nætio prætermissa. Sed nostra  
 lectio cum sequentibus aptius  
 cohæret. 17 vindicat eum ab  
 ignorantia, contra objectionem  
 Antipatri. 18 non quod eas ipse  
 non viderit. 19 Causa, cur Ci-  
 cero præcepta subjungat, a Pa-*

nætio prætermissa. 20 ne in  
 morbos cadat. 21 quia non iis-  
 dem rebus omnes, sed alius alia  
 indiget ad valetudinem. 22 cul-  
 tus a victu differt: multa enim  
 præter cibum potionemque sunt,  
 quæ ad valetudinem pertinent.  
 23 iis, quæ obsunt. 24 Medici-  
 na & Medicorum præceptis. 25  
 honesto lucro quærenda est res  
 domestica & augenda. 26 sicut  
 nihil desideres: & in discendo  
 voluptatem capias. 27 discipu-  
 lus Socratis. 28 hæc Ciceronis  
 interpretatio non extat; nec  
 extabat tempore Quintiliani.

1 Nam

## C A P . X X V .

## A R G U M E N T U M .

*Absoluta universa de utilitate & emolumentorum percipiendorum ratione doctrina, addit comparationem utilium: ubi ante omnia, quarum rerum utilium comparatio institui debeat, docet, nempe eorum, quæ de corpore aut externis rebus proficiscuntur: animi enim bona multo sunt angustiora, quam ut ea cum his comparare fas sit. Post res partim dissimiles dupliciter, corporis nempe commoda cum externis, & vicissim hæc cum corporis commodis confert: partim unius certi generis commoda rursus gemino modo, corporis scilicet inter sese, & externa inter se comparat. Quibus peractis sententiam Catonis, pecuariam passionem omnibus in re familiari commodis anteponentis, recenset, & ad concludendum secundum librum se demittens, ad utilitatum rationes querendæ, collocandæ, & utendæ pecunie cognitionem quoque pertinere quidem innuit, sed totam tamen disputationem ad fœnatores rejicit.*

**S**ED utilitatum 1 comparatio (quoniam hic locus erat quartus a Panætio prætermisus) sæpe est necessaria. Nam & corporis commoda cum 2 externis, & externa cum corporis, & ipsa inter se corporis, & externa cum externis, comparari solent. Cum externis, corporis, hoc modo comparantur; valere ut malis, quam dives esse: cum corporis, externa, hoc modo; dives esse potius, quam maximis corporis viribus. Ipsa inter se corporis sic: ut bona valetudo voluptati anteponatur, vires celeritati. Externorum autem, ut gloria divitiis, vectigalia urbana rusticis: ex quo genere comparationis illud est Catonis senis: a quo cum quæreretur, quid maxime in re familiari expediret? respondit, 3 bene pascere: quid secundum? 4 satis bene pascere: quid tertium,

1 Nam de honestorum comparatione disseruit libro primo.  
2 bonis fortunæ, quæ sunt extra corpus & animum. 3 rem pecuariam quam amplissimam ha-

bere, magnosque pecoris greges, & lecta jumentorum armenta. 4 mediocriter, vel minus quam omnino bene.

tium? 5 male pascere. Quid quartum? 6 arare: & cum ille, qui quæsierat, dixisset, quid fœnerari? tum Cato, quid 7 hominem, inquit, occidere? Ex quo, & multis aliis intelligi debet, utilitatum comparationes fieri solere: recteque hoc adjunctum esse quartum exquirendorum officiorum genus. Sed toto hoc de genere, de quærenda, de collocanda pecunia, 8 vellem etiam de utenda, commodius a quibusdam 9 optimis viris, 10 ad medium Janum sedentibus, quam ab ullis Philosophis ulla in schola, disputatur. Sunt tamen ea cognoscenda: pertinent enim ad utilitatem, de qua hoc libro disputatum est. Reliqua deinceps persequemur,

M. TUL-

5 mire variant Codices: alii *Bene vestire*, alii *Bene vitare* legunt. Sed *male pascere* præferendum, quod Columella etiam Catoni tribuit reprehenditque. Vult autem Cato, tantum esse utilitatis in pecore pascendo, ut, quamvis maligne pascatur, sive male curatam pecus habeat paterfamilias, superet tamen fructus omnes arationis &c. 6 agri culturam ultimo loco posuit, quia lentior per eam ad *χρησιμότητα* progressus. 7 significat Cato, super omnes alias commoditates ad quæstum faciendum esse efficacissimi compendii fœnerationem, sed quæ homines ex quibus lucrum faceret, interficeret. Quamquam ipse Cato improbißimum & inprimis fa-

mosum fœnus per libertos suos exercuit, quod nauticam vocabatur. 8 optat Cicero & vota facit, quo fœneratores, sicut de quærenda & collocanda pecunia, sic etiam de utenda agant ac disputent. 9 ita fœneratores dicuntur, non per ironiam, sed quod illorum maxime interest, sentire cum bonis, hoc est, cum iis, qui pacem, otium, rempubl. tranquillam & salvam velint: hinc etiam sæpe Cicero dicuntur *boni viri*. 10 vicus hoc nomine Romæ fuit, ubi pecunia fœnore dabatur, prima vici pars summius Janus: media, medius: ultima, imus vocabatur. Maxime vero ad medium Janum, id est, medio vico, sedebant fœneratores.

1 Ap.

M. TULLII CICERONIS

D E

## OFFICIIS

AD MARCUM FILIUM

LIBER III.

CAP. I.

ARGUMENTUM.

Et in tertio hoc libro Tullius ipsi tractationi longius præmittit exordium, duabus partibus constans. Prior habet excusationem, in qua causas exponit, quare ab administratione Reipublicæ remotum ad Philosophiæ studium redierit. Orditur autem eam a χρεια seu dicto insigni Scipionis Africani, cujus ἐργασια commendatione, periphrasi, amplificatione, & decora ad personam Ciceronis applicatione absolvitur, ubi posteriùs membrum comparationem otii utriusque, Scipionis & Ciceronis, continet. Primo nempe modeste Scipionem sibi anteponit, summa omnia ei tribuens: deinde vero otii sui, atque solitudinis qualitatem prorsus diversam esse a Scipionis otio ostendit: quod ille vel iudicio, vel voluntate in solitudinem se receperit, ipse nolens-volens solus esse cogatur: ille ad Reipublicæ utilitatem conferre otium potuerit, Cicero non item: quibus partibus Scipio superior; contraque inferior, quod is nihil scripserit, Cicero vero etiam posteris otio suo ac scriptis profuerit.

**P**UB. Scipionem, Marce fili, eum, qui primus Africanus appellatus <sup>1</sup> sit, dicere solitum, scripsit <sup>2</sup> Cato, qui fuit fere ejus <sup>3</sup> æqualis, <sup>4</sup> numquam se minus otiosum esse, quam  
H cum

<sup>1</sup> Appellatus est, legunt alii; sed MSSi multi & Nonius habent, sit. <sup>2</sup> qui censura severissime gesta, Cenforius appellatus, & Scipioni parum amicus esse creditus est. Scripsit autem Cato in principio suarum origi-

num; clarorum virorum non minus otii quam negotii rationem existare oportere. <sup>3</sup> secundum enim Africani consulatum primus Catonis excepit, <sup>4</sup> quia res præclaras in otio cogitabat.

<sup>5</sup> quia

*cum otiosus* ; 5 *nec minus solum* , *quam cum solus* esset. Magnifica vero vox , & magno viro ac sapiente digna : quæ declarat , illum & in otio de negotiis cogitare , & in solitudine secum loqui solitum : ut neque cessaret unquam , & interdum colloquio alterius non egeret. Itaque duæ res , quæ 6 languorem afferunt cæteris , illum acuebant , otium , & solitudo . Vellem nobis hoc idem 7 vere dicere liceret : sed , si minus imitatione tantam ingenii præstantiam consequi possumus , voluntate certe proxime accedimus . Nam & a republica forensibusque negotiis 8 armis impiis , vique prohibiti , otium prosequimur : & ob eam causam , urbe relicta , 9 rura peragrantes , sæpe soli sumus . Sed nec otium hoc cum Africani otio , nec hæc solitudo cum illa comparanda est . Ille enim requiescens a reipublicæ 10 pulcherrimis muneribus , otium sibi 11 sumebat aliquando , & a cœtu hominum , frequentiaque interdum , tamquam in portum , se in solitudinem recipiebat . Nostrum autem otium 12 negotii inopia , non requiescendi studio constitutum est . Extincto enim senatu , deletisque judiciis , quid est , quod dignum 13 nobis aut in curia , aut in foro agere possimus ? Itaque qui in maxima celebritate , atque in 14 oculis civium quondam viximus , nunc fugientes conspectum 15 sceleratorum , quibus omnia redundant , 16 abdimus nos quantum licet , & sæpe soli sumus . Sed quia sic ab hominibus doctis accepimus , non solum ex malis eligere minima oportere ; sed etiam excerpere ex his ipsis , si quid inesset boni ; propterea & otio fruor , 17 non illo quidem , quo debet is , qui quondam 18 peperisset otium civitati : nec eam solitudinem languere patior , quam mihi

af-

5 quia tacite secum loquebatur de iis virtutibus , quibus actiones nostræ ad verum decus laudemque diriguntur . 6 torporem & inertiam . 7 quodam enim modo licet , sed non æque , ut illi : quod & ille ingenio præstiterit , & meliora tempora fuerint . 8 bellis civilibus . 9 inquirentes rura & sylvas , solitudinemque : potissimum in suo Arpinati & Formiano . 10 ho-

nestissima reipubl. administratione . 11 arbitrio suo , nulla cogente necessitate . 12 quoniam extincto senatu & republ. pene everfa nullum Ciceroni negotium in ea relictum erat . 13 auctoritate nostra & dignitate . 14 in conspectu . 15 Octavii , Lepidi , Antonii . 16 vid epist. 14. lib. XII. ad Atticum . 17 illustri , & cum dignitate . 18 in conspectu , & conjuratione extincta . 19 non

affert necessitas, non voluntas, quamquam Africanus majorem laudem 19 vel meo judicio assequebatur: 20 nulla enim ejus ingenii monumenta mandata literis, nullum opus otii, nullum solitudinis munus extat. Ex quo intelligi debet, illum mentis agitatione, 21 investigationeque rerum, quas cogitando consequebatur, nec otiosum, nec solum unquam fuisse. Nos autem, qui non tantum roboris habemus, ut 22 cogitatione tacita a solitudine abstrahamur, ad hanc scribendi operam omne studium, curamque convertimus. Itaque plura 23 brevi tempore, 24 everfa, quam multis annis, stante republica, scripsimus.

## C A P. II.

## A R G U M E N T U M.

*Sequitur pars exordii posterior, in qua primo causas explicat, cur precipue de Officiis materiam ex Philosophia universa elegerit, quæ sunt sumptæ ab utili & honesto: simulque filium, ut studiose discat Philosophiam, argumentis hortatur variis; quorum tria a circumstantia personæ paternæ & indole filii, reliqua a loco, a persona præceptoris, a consequente, a jucundo, ab occasione item & facultate discendi ducta. Dein, priusquam ad institutam de comparatione honestarum & utilium disputationem accedit Cicero, repetita trimembri trium librorum de officiis supra libro I. tradita propositione, duas questions discutit: unam, sitne a Panætio consulto relicta tractatio tertiæ hujus partis; alteram, debueritne omnino Panætius, etiam se voluisset & potuisset, aliquid conscribere de comparatione honestorum & utilium. Quod primum attinet, exponit hoc loco objectiones adversariorum Panætii, easque refutat, & Panætium rationibus a lege divisionis, ab ipsius promisso & testimonio P. Rutilii, quod Posidonius exposuit, petitis defendit: posteriori*

H 2

ele-

19 non solum aliorum sed & meo judicio. 20 Donatus ait, Terentium a Lælio & Scipione esse adjutum. 21 inquisitione & contemplatione, ductum est hoc verbum a vestigiis signisque, qui-

bus ad rei notitiam pervenimus. 22 contemplatione humanarum divinarumque rerum. 23 a dictatura Cæsaris ad triumviratum. 24 a Cæsare, & novissime ab Augusto, & Antonio.

*elegantem similitudinem inserens, qua neminem melius Panætio de hac parte scribere potuisse comprobatur.*

SED cum tota Philosophia, mi Cicero, 1 frugifera & 2 fructuosa, nec ulla pars ejus 3 inculta, ac deserta sit: tum nullus feracior in ea locus est, nec uberior, quam de officiis; a quibus constanter, honesteque vivendi præcepta 4 ducuntur. Quare, quamquam a Cratippo nostro, principe hujus memoriæ 5 Philosophorum, hoc te assidue audire; atque accipere confido; tamen conducere arbitrator, talibus aures tuas vocibus undique circumsonare, nec eas, si fieri possit, quicquam aliud audire. Quod cum omnibus est faciendum, qui vitam honestam ingredi cogitant: tum haud scio, an nemini potius, quam tibi: sustines enim non parvam expectationem imitandæ industriæ nostræ, magnam honorum, nonnullam fortasse 6 nominis. 7 Suscepisti onus præterea grave & Athenarum, & Cratippi: ad quos cum tamquam ad 8 mercaturam bonarum artium sis profectus, 9 inanem redire turpissimum est, dedecorantem & 10 urbis auctoritatem, & magistri. Quare, quantum conniti animo potes, quantum labore contendere, (si discendi labor est potius, quam voluptas) tantum fac ut efficias: neve committas, ut, cum omnia suppeditata sint a nobis, tute tibi defuisse videare. Sed hæc hæctenus: 11 multa enim sæpe ad te cohortandi gratia scripsimus. Nunc ad reliquam partem propositæ divisionis revertamur. Panætius igitur, qui sine controversia de officiis 12 accuratissime disputavit, quemque nos, 13 correctione quadam adhibita, potissimum secuti sumus, tribus

1 A frugibus, quæ sunt quidquid ex fructu terræ in alimentum vertimus. 2 a fructibus, qui etiam arborum sunt. 3 perficit in translatione agrorum frugiferorum: quorum nulla pars propter utilitatem inculta est. 4 sumuntur, accipiuntur. 5 Peripateticorum. 6 famæ & gloriæ. 7 onus vocat illam expectationem, quam de se concitavit propter professionem Atheniensem & magistrum præstantissimam. 8 ad emendas m-

ces. 9 alludit ad Homericum versum in lib. Iliad. *νίσχρον τοι δηρόντε μένειν, κενεόν τ' ἀπὸνέοθαι* Turpe foret, mansisse diu vacuumque reverti. 10 quæ semper bonas artes aluit. 11 nihil tamen existat præter Partitiones Oratorias, & hos libros de officiis: qui tamen ad formandos potius mores, quam ad cohortandum, scripti sunt. 12 subtilissime, diligentissime, cum veritate congruenter. 13 cor-



bus generibus propositis, in quibus deliberare homines, & consultare 14 de officio solerent: uno, cum dubitarent, honestumne id esset, de quo ageretur, an turpe: altero, utilene, an inutile: tertio, si id, quod speciem haberet honesti, pugnaret cum eo, quod utile videretur, quo modo ea discerni oporteret: de duobus generibus primis tribus libris explicavit: de tertio autem genere deinceps se scripsit dicturum: nec id exsolvit, quod promiserat. Quod eo magis miror, quia scriptum a discipulo ejus 15 Posidonio est, triginta annis vixisse Panætium, postquam illos libros edidisset. Quem locum miror a Posidonio breviter esse 16 tactum in quibusdam commentariis; præsertim cum scribat, nullum esse locum in tota Philosophia tam necessarium. Minime vero assentior iis, qui negant eum 17 locum a Panætio prætermisum, sed consulto relictum, nec omnino scribendum fuisse; quia numquam posset utilitas cum honestate pugnare. De quo alterum potest habere dubitationem, adhibendum ne fuerit hoc genus, quod in divisione Panætii tertium est, an plane omittendum: alterum dubitari non potest, quin a Panætio susceptum sit, sed relictum. Nam, qui e divisione tripartita duas partes absolverit, huic necesse est restare tertiam. Præterea, in extremo libro tertio de hac parte pollicetur se deinceps esse dicturum. Accedit 18 eodem testis locuples Posidonius: qui etiam scribit in quadam epistola, 19 Publium Rutilium Rufum dicere solere, qui Panætium audiverat: ut nemo pictor esset inventus, qui Coæ Veneris eam partem, quam 20 Apelles inchoatam reliquisset, absolveret, (oris enim pulchritudo reliqui corporis imitandi spem auferebat) sic ea, quæ Panætius prætermisisset, & non perfecisset, propter eorum quæ perfecisset, præstantiam, neminem esse persecutum.

H 3

CAP.

correxit enim Cicero divisionem Panætii, & officium definivit, quod Panætius prætermiserat. 14 cum quæritur, quid recte aut fecus fiat. 15 quem Cicero ipse lib. I. de Fin. suum familiarem vocat. 16 vulgo *tractatum*. Sed *breviter tactum* habent MSS. Codices, estque idem, quod paucis verbis attactum sive narratum, non explicatum. 17 de repugnancia utilis & honesti. 18 ad illam sententiam probandam. 19 Is est, quem lib. II. cap. 13. Mutium sectatum esse scripsit Cicero. 20 Duas Veneres Apelles pinxisse dicitur, unam emari egredientem, de qua Ovidius: inchoavit aliam, quæ superasset priorem, nisi mors invidisset.

1 Alii

## CAP. III.

## ARGUMENTUM.

Transit ad alteram questionem auctor, an debuerit nimirum Panætius suscipere tractationem comparationis utilium & honestorum: & primo argumenta affert, quibus probatur, non debuisse tractare eum hanc materiam: scilicet, quod fuerit Stoicus, honestum summum Bonum judicans, quo cum nihil comparandum &c. postea vero ejusdem defensionem suscipit, quæ constat partim distinctione rerum & personarum, partim inficiatione etiam, ubi probat, non tam comparatam esse utilitatem cum honesto, quam controversias obscuriores esse explicatas, ubi dubitatur, quale sit id, de quo inter duos disceptatur. Ponit autem longam & distinctionem & descriptionem utriusque officii tam perfecti sive recti, quam communis sive mediæ: & perfectum, si vere virtus est, in uno & solo sapiente perfectæ, simulacra autem virtutum tantum in mediocribus esse ostendit: simulque tacite objectioni contra Stoicos de perfectio officio responderet, quasi temere a consensu generis humani recedentes, nescio quæ beata sibi fingant summa, & omnes mortales reliquos improbitatis & stultitiæ condemnent, cum causa sit, cur multi probentur vulgo non perfectio virtutis & sapientiæ, sed infirmitas iudicii multitudinis & imperitiæ: quod pictorum & poetarum exemplis declarat, ut sua nempe Stoicis constet auctoritas.

**Q**UAMOBREM de iudicio Panætii <sup>1</sup> dubitari non potest. Rectene autem hanc tertiam partem ad exquirendum officium adjunxerit, an secus, de eo fortasse dubitari potest. Nam sive <sup>2</sup> honestum solum bonum est, ut Stoicis placet: sive <sup>3</sup> quod honestum est, id ita summum bonum est, quemadmodum Peripateticis <sup>4</sup> vestris videtur, ut

<sup>1</sup> Alii legunt: *disputari*. Sed hoc verbum veteribus non accipitur in ea notione, quæ nunc est in ore omnium. <sup>2</sup> ipsa virtus & habitus virtutis. <sup>3</sup> de summo bono controversia fere nulla est inter Stoicos & Peripateticos. <sup>4</sup> alii: *nostris*. Sed meliores habent: *vestris*, quoniam inter Peripateticos Athenis versabatur Cicero filius.

<sup>5</sup> bona

ut 5 omnia, ex altera parte 6 collocata, vix minimi momenti instar habeant: dubitandum non est, quin nunquam possit utilitas cum honestate contendere. Itaque accepimus, 7 Socratem execrari solitum eos, qui primum hæc, natura cohærentia, opinione distraxissent. Cui quidem ita sunt Stoici assensu, ut, quidquid honestum esset, id utile esse censerent: nec utile quicquam, quod non honestum. Quod si is esset Panætius, qui virtutem propterea colendam diceret, quod ea efficiens utilitatis esset; ut 8 ii, qui res expetendas vel voluptate, vel 9 indolentia metiuntur: liceret ei dicere, utilitatem aliquando cum honestate pugnare. Sed, cum sit is, 10 qui id solum bonum iudicet, quod honestum sit; quæ autem huic repugnent specie quadam utilitatis, eorum neque accessione meliorem vitam fieri, nec decessione pejorem: non videtur ejusmodi debuisse deliberationem introducere, in qua, quod utile videretur, cum eo, quod honestum est, compararetur. Etenim, quod summum bonum a Stoicis dicitur, **CONVENIENTER NATURÆ VIVERE**, id habet hanc (ut opinor) sententiam, naturam cum virtute congruere semper: 11 cætera autem, quæ secundum naturam essent, ita legere, si ea virtuti non repugnarent. Quod cum ita sit, putant quidam, hanc comparationem non recte introductam, nec omnino de eo genere quidquam præcipiendum fuisse. Atque illud quidem honestum quod proprie, vereque dicitur, id in 12 sapientibus est solis, neque a virtute divelli umquam potest: in iis autem, in quibus sapientia perfecta 13 non est, ipsum illud quidem

H 4

per-

5 bona corporis & fortunæ. 6 si ponerentur in lance & expenderentur in trutina: alludit ad Critolai lancem, de qua vide V. Tusc. 17 & V. de fin. 30. 7. recte Socrates eum execratus est, qui primus utilitatem ab honestate sejunxisset: id enim quebatur caput esse exitiorum omnium. 8 Epicurei. 9 Græcorum vocem ἀναληγῆσις Cicero fæto a se verbo *indolentia* expressit. 10 est hoc proprium & veram Stoicorum dogma, qui

nullum bonum esse docebant, nisi quod bonos faciat: reliqua, honores, ignominiam, opes, paupertatem, voluptatem, nec bona esse, nec mala. 11 bona fortunæ & corporis, quorum honesto usu natura indiget, ita eligenda sunt, ut virtuti non repugnent. 12 sapientibus scilicet Stoicis, qui nusquam gentium terrarumque sunt, neque fuerunt, nec erunt: quamvis hoc ultimum negent Stoici. 13 sed aliqua ad virtutem sapientiam-

que

perfectum honestum nullo modo; 14 similitudines honesti esse possunt. Hæc igitur omnia officia, de quibus his libris disputamus, 15 MEDIA Stoici appellant: ea 16 communia sunt, & late patent: quæ ingenii bonitate multi assequuntur, & progressionem discendi. Illud autem officium, quod rectum iisdem appellant, perfectum atque absolutum est: &, ut iisdem dicunt, 17 omnes numeros habet; nec, præter sapientem, cadere in quemquam potest. Cum autem aliquid actum est, in quo media officia 18 compareant, id cumulate videtur esse perfectum: proptereaque vulgus, quid absit a perfecto, non ferre intelligit: quatenus autem intelligit, nihil putat prætermisum. Quod 19 item in 20 poematis, & picturis usu evenit, in aliisque compluribus, ut delectentur imperiti, laudentque ea, quæ laudanda non sint; ob eam, credo, causam, quod insit in his aliquid probi, quod 21 capiat ignaros; qui quidem, quid in unaquaque re vitii sit, nequeant iudicare. Itaque cum sunt docti a 22 peritis, desistunt facile a sententia.

## C A P. IV.

## A R G U M E N T U M.

*Quo magis demonstrat, non posse perfecta officia ab homine præstari, adducit cum virtutum excellentium exempla in Decio, in Fabricio & Aristide, quorum nullus assecutus est κατόρθωμα, sed omnes in secundis honestis, & mediis officiis substiterunt; tum sapientia ipsius perfectionem, cuius opinione celebres M. Cato,*

que progressio. 14 ut sunt media officia, de quibus certa ratio reddi potest. 15 τὰ καθήκοντα qualia Epictetus in Enchiridio præcepit. 16 omnibus hominibus, tam perfectis, quam imperfectis. 17 omnem perfectionem. 18 vulgo, comparantur, quod locum habere nequit: non enim vulgus hoc iudicium comparatione officiorum mediiorum facit; sed cum medium aliquod officium videt, quia, quantum

hoc a perfectione absit, non videt, putat id ipsum omnes numeros habere. Legendum itaque compareant, id est appareant, cernantur. 19 vulgo: quod autem, plane mendose: pro quod Lambinus restituit quod item. 20 in multis est: poematibus; sed poematis legit etiam Nonius. 21 delectet. 22 peritus plus est quam doctus.

i Quia

Cato, Lelius, VII. Græcie sapientes: concluditque utilitatem nec a sapiente perfecto, qualem Stoici fingunt juxta perfecta officia, neque a mediocri viro sapiente aut bono cum honestate recte & per se posse comparari, ita ut cum honestate revera pugnet utilitas: posse tamen ab aliis, qui privatis utilitatibus, & voluptatibus postponunt honestatem. Quibus subjungit responsionem ad secundam questionem, cujus hæc sere summa est. Utut sese res habet, etiamsi Panætius ob eas rationes, quæ supra sunt expositæ, non debuisset scribere de hac tertia parte: tamen quid soleret fieri, non quid oporteret fieri: & quid fieret, non quid deberet, ostendendum, si scribere voluisset, Panætio fuisset: nec de perfectis illum officiis, sed mediis, quæ ab unoquoque præstari possunt, hanc comparisonem instituturum fuisse. Per occupationem tandem, quo intellectu accipiendum sit, quando honestas dicitur cum utilitate aliquando pugnare, exponit. Nunc metas & fines quosdam constituit, ad quos universa utilium cum honestis comparatio referri debeat: atque de hac ex mente Stoicorum, quos hic potissimum sequitur Cicero, ante omnia formulam quandam judicii, ne ab officio recedatur, proponit, quave ratione eadem utendum demonstrat: nempe consulendam hic naturam, quæ cuique quidem permittit suum querere commodum, sed absque alterius incommodo: adeoque nihil pro utilis habendum, nisi idem fuerit honestum.

HÆC igitur officia, de quibus his libris differimus, quasi 1 secunda quædam honesta esse dicunt, non sapientum modo propria, sed cum omni hominum genere communia: itaque his omnes, in quibus virtutis est 2 indoles, 3 commoventur. Nec vero, cum duo Decii, aut duo Scipiones, fortes viri commemorantur, aut cum 4 Fabricius, Aristidesve justis nominantur, aut ab illis 5 fortitudinis, aut ab his justitiæ, tanquam a sapientibus, petitur exemplum. Nemo enim horum sic sapiens est,

1 Quia non idem est officium & honestum, sed ex honesto nascitur officium. Metaphora a secundario pane & vino. 2 signam virtutis, non perfecta virtus & sapientia. 3 afficiuntur, ad bene agendum adducuntur. 4 Talis fuit Fabricius Romæ, qualis Aristides Athenis. 5 quia pro republ. mortem libenter optavit.

est, ut sapientem volumus intelligi: nec ii, qui sapientes habiti sunt, & nominati, M. Cato, & C. Lælius, sapientes fuerunt: nec illi quidem 6 septem: sed ex mediolorum officiorum frequentia similitudinem quandam gerebant, 7 speciemque sapientum. Quocirca nec id, quod vere honestum est, fas est cum utilitatis repugnantia comparari: nec id quidem, quod communiter appellamus honestum, quod colitur ab iis, qui bonos se viros haberi volunt, cum emolumentis umquam est comparandum: tamque id honestum, quod in 8 nostram intelligentiam cadit, tuendum, conservandumque est nobis, quam id, quod proprie dicitur, vereque est honestum sapientibus. Aliter enim 9 teneri non potest, si qua ad virtutem est facta progressio. Sed hæc quidem de iis, qui conservati one officiorum existimantur boni. Qui autem omnia metiuntur emolumentis, & commodis, neque ea volunt præponderari honestate, hi solent in deliberando honestum cum eo, quod utile putant, comparare: 10 boni viri non solent. Itaque existimo, Panætium, cum dixerit, homines solere in hac comparatione dubitare, hoc ipsum sensisse, quod dixerit, 11 solere modo, non etiam oportere. Etenim non modo pluris putare, quod utile videatur, quam quod honestum; sed hæc etiam inter se comparare, & in his addubita re, turpissimum est. Quid est ergo, quod nonnumquam dubitationem afferre soleat, considerandumque videatur? Credo, si quando dubitatio accidit, 12 quale sit id, de quo consideretur. 13 Sæpe enim tempore fit, ut, quod plerumque turpe haberi soleat, inveniat non esse turpe. Exempli causa ponatur aliquid, 14 quod pateat latius. Quod potest esse majus scelus, quam non modo ho-

mi-

petiverunt. 6 septem Græciæ sapientes. 7 hinc dicti proficientes, studiosi, sectatores sapientiæ. 8 quoniam non sumus perfecte sapientes, & intelligimus media quædam honesta non perfecta. 9 actum est cum iis, qui sapientiæ sunt studiosi, si cum jam profecerunt, proposita utilitatis & emolumentis spe a re se agendo, & officio colendo advocari se patiuntur. 10 qui versantur in mediis officiis. 11 quoniam non debet quis dubitare de hoc, nisi ab officio sit omnino alienus. 12 honestum, an turpe: utile, an perniciosum. 13 ratio temporis, & status rerum, seu, ut vulgo loquuntur, circumstantiæ rerum & hominum faciunt, ut res, quæ alias turpis esset, non sit turpis. 14 quod ad plura se extendat: nam uno hoc exemplo alia

minem, sed etiam 15 familiarem occidere? 16 num  
 igitur se adstrinxit scelere, si quis tyrannum occi-  
 dit, quamvis familiarem? 17 Populo quidem Rom.  
 non videtur, qui ex omnibus præclaris factis illud  
 18 pulcherrimum existimat. 19 Vicit igitur utilitas  
 honestatem: immo vero honestas utilitatem secuta  
 est. Itaque ut sine ullo errore dijudicare possimus, in  
 quando cum illo, quod honestum intelligimus, pu-  
 gnare id videbitur, quod appellamus utile; 20 for-  
 mula quædam constituenda est: quam si sequemur in  
 21 comparatione rerum, ab officio 22 nunquam re-  
 cedemus. Erit autem hæc formula, Stoicorum ratio-  
 ni disciplinæque maxime consentanea. Quam quidem  
 his libris propterea sequimur, quod, quamquam a  
 veteribus Academicis, & Peripateticis 23 vestris,  
 qui 24 quondam iidem erant Academici, quæ ho-  
 nestas sunt, anteponuntur iis, quæ videntur utilia:  
 tamen 25 splendidius hæc ab 26 eis differuntur,  
 quibus, quidquid honestum est, idem utile videtur,  
 nec utile quidquam, quod non honestum: quam ab  
 27 iis, quibus honestum aliquod non utile, aut uti-  
 le non honestum. Nobis autem 28 nostra Academia  
 magnam licentiam dat, ut quodcumque 29 maxime  
 probabile occurrat, id 30 nostro jure liceat de-  
 fendere.

## H 6

## CAP.

alia possumus intelligere. 15 *boque, deteriora sequor.* Ovid.  
 amicum: quoniam Brutus non *Metamorph. VII.* 22 omnia re-  
 modo amicus, sed etiam filius *ste faciemus, omnem justam re-*  
 Cæsaris habebatur. 16 quasi di- *prehensionem cavebimus.* 23  
 ceret, non est reus sceleris ty- *vulgo perperam: nostris.* 24 ii-  
 rannicida, imo dignus laude. *dem fuerunt, vivente Platone*  
 17 qui laudavit necem Cæsaris, *cujus discipuli, Aristoteles, Pe-*  
 & percussoribus præmia decre- *ripateticorum auctor, Xenocra-*  
 vit. 18 Tacitus lib. I. Annal. *tes Academicorum parens fuit,*  
 8. dicit, occisum Cæsarem di- *teste Cicerone III. de Orat. 17.*  
 ctatorem aliis pessimum, aliis *25 majori cum laude.* 26 Stoi-  
 pulcherrimum facinus visum esse. *cis.* 27 Academicis. 28 profi-  
 19 de præterito loquitur: quia *tetur Cicero se Academicum.*  
 jam Cæsaris necem latenter si- *Eloquentiam enim suam Acade-*  
 gnificat. 20 regula, modus & *mix fert acceptam.* 29 sequitur  
 norma, quæ sit consentanea di- *enim verisimilia, verum esse ni-*  
 sciplinæ Stoicorum, dicentium, *hil affirmat.* 30 libertate ab  
 nihil esse utile, quod non sit *omnibus concessa nobis: quoniam*  
 honestum. 21 *video meliora, pro-* *hic est mos Academicorum.*  
 I Ma-

## ARGUMENTUM.

*Quod nihil sit utile, nisi sit honestum, confirmat auctor primum argumento ab effectibus, similitudine a membris humanis sumpta illustrat: cui deinde alterum a turpi petito jungit, nempe lacupletari cum alterius detrimento, atque sic inferre alteri injurias, & humanis & divinis legibus esse prohibitum. Inde causas subnectit, quibus incitentur aliqui ad faciendas injurias, quarum una ignorantia, altera hominis perversitas; easque refutat, primam quidem rejectione, quod contra negantem aut non intelligentem principia natura nota non sit disputandum: secundam vero collatione vitiorum animi cum malis externis sive corporis.*

**S**ED redeo ad formulam. Detrahere igitur aliquid alteri, & hominem hominis incommodo suum augere commodum, <sup>1</sup> magis est contra naturam, quam mors, quam paupertas, quam dolor, quam cætera, quæ possunt aut corpori accidere, aut rebus externis. Nam principio <sup>2</sup> tollit convictum humanum, & societatem. Si enim sic erimus affecti, ut propter suum quisque emolumentum spoliet, aut violent alterum, dirumpi necesse est eam, quæ maxime est <sup>3</sup> secundum naturam, humani generis societatem. Ut, si unumquodque membrum <sup>4</sup> sensum hunc haberet, ut posse putaret se valere, si proximi membri valetudinem ad se traduxisset, debilitari, & <sup>5</sup> interire totum corpus necesse est: sic, si unusquisque nostrum rapiat ad se commoda aliorum, detrahatque, quod cuique possit, emolumentum sui gratia, societas hominum, & <sup>6</sup> communitas evertatur necesse est. Nam <sup>7</sup> sibi ut quisque malit, quod ad usum vitæ pertineat, quam alteri acquirere, concessum

<sup>1</sup> Magis adversatur rectæ rationi: quia paupertas, dolor, mors ut plurimum sunt fortuita, illud vero semper culpam habet. <sup>2</sup> quia suspicionum & odiorum causa est, quæ societatem dissolvunt. <sup>3</sup> quoniam homo est sociabilis naturaliter.

<sup>4</sup> si ita sentiret & opinaretur. <sup>5</sup> omnino dissolvi. <sup>6</sup> victus communis. <sup>7</sup> hæc enim postulat nostri conservatio, & verum est, quod vulgo dicitur, proximus est quilibet sibi ipsi: hoc est, quisque se plus amat, quam cæteros, & sibi mavult esse bene, quam



cessum est 8 non repugnante natura. Illud natura non patitur, ut aliorum spoliis nostras facultates, copias, opes augeamus. Neque vero hoc solum natura, id est, 9 jure gentium, sed & legibus populorum, quibus 10 in singulis civitatibus respublica continetur, eodem modo constitutum est, 11 ut non liceat sui commodi causa nocere alteri. Hoc enim spectant leges, hoc volunt; incolumem esse civium conjunctionem: quam qui 12 dirimunt, eos 13 morte, exilio, 14 vinculis, damno coercent. Atque hoc multo magis 15 exigit ipsa 16 naturæ ratio, quæ est lex 17 divina, & 18 humana: cui parere qui velit, (omnes autem parebunt, qui 19 secundum naturam volent vivere) numquam committet, ut alienum appetat, & id, quod alteri detraxerit, sibi assumat. Etenim multo magis est secundum naturam excelsitas animi, & magnitudo, itemque comitas, justitia, liberalitas, quam voluptas, quam vita, quam divitiæ: quæ quidem 20 contemnere, & pro nihilo ducere, comparantem cum utilitate communi, magni animi, & excelsi est. Detrahere autem alteri sui commodi causa, magis est contra naturam, quam mors, quam dolor, quam cætera generis ejusdem. Itemque magis est secundum naturam, pro omnibus gentibus, si fieri possit, conservandis, aut juvandis, maximos labores, molestiasque suscipere, imitantem Herculem illum, quem hominum fama, beneficiorum memor, 21 in concilium cœlestium collocavit: quam 22 vivere in solitudine, non modo sine ullis

mo-

quam alii. 8 modo juste acquiramus. 9 sic & Tuscul. 1. *Omni in re consensus omnium gentium lex natura putanda est.* 10 quoniam unaquæque respubl. suas habet leges & jus civile. 11 fons enim legum, unde cæteræ manant, est *neminem ledere*. 12 violant furto aut homicidio. 13 supplicii genera quatuor. 14 vulgo, *vinculis*. Sed alibi quoque Ciceronem hoc nomen & alia ejus generis contraxisse libri veteres docent. 15 exigit majorem vim habet, quam *postulat*: cum exigantur nostra, postulentur etiam aliena. 16 cum homines

congregari consociarique vult, cui non obedire nefas est. 17 divinitus insita mentibus hominum. 18 consensu generis humani comprobata. 19 ita vivere, ut vult & docet. natura rationalis & socialis hominum omnes homines. 20 spernere, tanquam inferiora hominis præstantia & celsitudine animi, qui debet esse inviatus. 21 vulgo: *in concilio*: sed, cum constat, Ciceronem dixisse, *esse in potestatem*: quis collocare in concilio in eo improbet, cum præsertim in hoc motus significatio insit? 22 vitam umbrabilem & otio-

molestiis, sed etiam in maximis voluptatibus, abundantem omnibus copiis; ut excellas etiam pulchritudine, & viribus. Quocirca 23 optimo quisque & splendidissimo ingenio longe 24 illam vitam huic anteponebat. Ex quo efficitur, hominem, naturæ obedientem, homini nocere non posse. 25 Deinde qui alterum violat, ut ipse aliquid commodi consequatur; aut 26 nihil se existimat contra naturam facere; aut 27 magis fugiendam censet mortem, paupertatem, dolorem, amissionem etiam liberorum, propinquorum, amicorum, quam facere cuiquam injuriam. Si nihil existimat contra naturam fieri hominibus violandis: 28 quid cum eo differas, qui omnino 29 hominem ex homine tollat? Sin fugiendum id quidem censet, sed & multo illa pejora, mortem, paupertatem, dolorem: 30 errat in eo, quod ullum aut corporis, aut fortunæ vitium, animi vitiis gravius existimat.

## C A P. VI.

## A R G U M E N T U M.

*Conclusionem infert auctor, qua propositionem repetit: Injuriam nemini inferendam, sed communi utilitati inserviendum: cui novum addit argumentum a contrariis. Beneficentia est secundum naturam. Ergo injuria naturæ repugnat. Post obiter duas confutat perversas opiniones a gradibus societatis humanæ sumptas, easque quatuor argumentis, quorum duo ab effectu, tertium a religione, ultimum a comparatis petitum refellit. Sub finem questionem geminam circa officium κατὰ φύσιν movet, nempe de spoliando inutili homine & tyranno: & ad priorem respondet per distin-*

otiosam agere. 23 qui habet in illis, qui non quidem commodi sui persequendi, sed incommodi vitandi causa, nocere se jure posse alteri fas putant. 28 non est cum eo disputandum, cum sit omnino rudis, & nomine tantum homo. 29 neget, quod hominis proprium est: intelligere scilicet quid natura humana postulet. 30 sed hic error oritur a vitiositate & improbitate, in bonum virum non cadit.

ita

*distinctionem, eripere aliquid homini inutiles, privatæ commodi causa, nefas esse; propter rempublicam id facere, concessum: ad posteriorem vero tripliciter partim a comparatis, partim a disjunctis, partim denique a necessario.*

**ERGO** unum debet esse omnibus propositum, ut eadem sit utilitas uniuscujusque & universorum; quam si ad se quisque rapiat, dissolvetur omnis humana i confortio. Atque si etiam hoc natura præscribit, ut homo homini, quicumque sit, 2 ob eam ipsam causam, quod is homo sit, consultum velit: necesse est, secundum eandem naturam omnium utilitatem esse communem. Quod si ita est, una continemur omnes, eadem lege naturæ. Idque ipsum si ita est, certe violare alterum lege naturæ prohibemur. Verum autem primum: verum igitur & extremum. Nam illud quidem absurdum est, quod quidam dicunt parenti se, aut 3 fratri, nihil detracturos commodi sui causa: 4 aliam rationem esse civium reliquorum. Hi sibi 5 nihil juris, & nullam societatem, communis utilitatis causa, statuunt esse cum civibus. Quæ sententia omnem societatem destrahit civitatis. Qui autem civium rationem dicunt esse habendam, externorum negant; hi dirimunt communem humani generis societatem; qua sublata, beneficentia, liberalitas, bonitas, justitia funditus tollitur. Quæ qui tollunt, etiam adversus deos immortales impii judicandi sunt. 6 Ab iis enim constitutam inter homines societatem evertunt; cujus societatis arctissimum vinculum est, magis arbitrari esse contra naturam, hominem homini detrudere sui commodi causa, quam omnia incommoda subire vel 7 externa, vel corporis, vel etiam ipsius animi, 8 quæ non vacent justitia. Hæc enim una virtus omnium est domina, & regina virtutum. Forsitan quispian dixerit: Nonne igitur 9 sapiens, si fame ipse conficiatur, abstulerit cibum alteri, homini ad nul-

lam

† Ita ex MSS. & Nonio restituit Manutius. Vulgo, *consociatio* male 2 propter cognitionem illam a natura inter homines constitutam. 3 Ovidius: *fratrum quoque gratia rara est*. 4 non idem debere servari adversus reliquos, 5 nullum jus

naturale. 6 *caelesti sumus omnes semine oriundi*. Omnibus ille idem pater est. Lucretius. 7 ut paupertatem &c. 8 id est, quævis incommoda potius subeunda esse, si nihil in illis sit injusti. 9 homo perfectæ virtutis.

lam rem utili? Minime vero. Non enim mihi est vita mea utilior, quam 10 animi talis affectio, neminem ut violem commodi mei gratia. Quid? si Phalarim, crudelem tyrannum, & 11 immanem, vir bonus, ne ipse frigore conficiatur, vestitu spoliare possit, nonne faciat? Hæc ad judicandum sunt facillima. Nam 12 si quid ab homine ad nullam partem utili tuæ utilitatis causa detraxeris, inhumane feceris, contraque naturæ legem: 13 sin autem is tu sis, qui 14 multam utilitatem reipublicæ atque hominum societati, si in vita remaneas, afferre possis; si quid ob eam causam alteri detraxeris, non sit reprehendendum: 15 sin autem id non sit ejusmodi, suum cuique incommodum ferendum est potius, quam de alterius commodis detrahendum. Non igitur magis est contra naturam morbus, aut egestas, aut quid hujusmodi, quam detractio, aut appetitio alieni. Sed communis utilitatis derelictio contra naturam est: est enim injusta. Itaque lex ipsa naturæ, quæ utilitatem hominum conservat, & continet, decernit profecto, ut ab homine inertis atque inutilis 16 ad sapientem, bonum, fortemque virum transferantur res ad vivendum necessariae: qui si occiderit, multum de communi utilitate detraxerit: modo hoc ita faciat, ut 17 ne ipse de se bene existimans, seseque diligens, hanc causam habeat ad injuriam. Itaque semper officio fungetur, utilitati consulens hominum, & ei quam sæpe commemoro, humanæ societati. Nam quod ad Phalarim attinet, perfacile judicium est. Nulla enim nobis societas cum tyrannis, sed potius summa distractio est: neque est contra naturam 18 spoliare eum, si possis, quem honestum est 19 necare: atque hoc omne genus pestiferum

10 talis dispositio & opinio. 11 ab humanitate alienum. 12 comparat utilitatem propriam cum publica. Propriam, vi & injuria quærendam non esse docet: publicam, vel si cum alterius damno jungatur, non esse reprehendam. 13 qui in Cicerone hanc distinctionem reprehendunt, non cogitant, illum loqui de profecto sapiente, qui novit, quæ cuique sit tribuendum.

14 communis utilitas privatæ anteponenda. 15 si tu reipubl. multum commodare non possis: si sis homo plebejus & unus de multis 16 propter utilitatem reipublicæ, quam quilibet bonus præ se fert. 17 modo ne φιλαυτία ipsam decipiat, aliosque afficiat injuria. non propter se, sed propter utilitatem publicam. 18 argumentum a majori ad minus. 19 hæc constans fuit rerumpubl. veterum

rum, atque impium ex hominum communitate exterminandum est. Etenim, ut membra quædam amputantur, si & ipsa sanguine, & tanquam spiritu carere cœperunt, & nocent reliquis partibus corporis: sic ista 20 in figura hominis feritas, & immanitas belluæ, a 21 communi tanquam humanitate corporis segreganda est. Hujus generis sunt quæstiones omnes eæ, in quibus 22 ex tempore officium acquiritur.

## C A P. VII.

## A R G U M E N T U M.

*Duo hic agit Cicero, & primo ex duobus unum sibi a filio dari postulat, vel ut Stoicum illud approbet, solum honestum propter se esse expetendum; vel saltem id concedat, quod honestum sit, id esse maxime propter se expetendum. Deinde defendit Panætium, ac excusat, & causas ejus scriptionis ostendit.*

**E**JUSMODI igitur credo res Panætium persecutorum fuisse, nisi aliquis casus, aut occupatio consilium ejus prævenisset. Ad quas ipsas consultationes ex superioribus libris satis multa præcepta sunt, quibus perspicui possit, quid sit propter turpitudinem fugiendum, quid sit id, quod idcirco fugiendum non sit, quia omnino turpe non est. Sed quoniam operi inchoato & prope 1 jam absoluto, tanquam fastigium imponimus; ut geometræ solent non omnia docere, sed 2 postulare, ut quædam sibi concedantur, 3 quo facilius, quæ volunt, explicent: sic ego a te postulo, mi Cicero, ut mihi concedas, 4 si potes, nihil præter id, quod honestum sit, esse propter se expetendum. Sin hoc non licet per 5 Cratippum: at illud certe dabis, quod honestum

rum sententia, quam magistri recentes acriter impugnant, ac si nullus hodie tyrannus inveniat. 20 quoniam tyranni nihil habent hominis, nisi figuram: animus autem est ferinus & ingenium. 21 ex hominum communitate & commercio. 22 variam dubitationem consequuntur ex circumstantia temporum. 1 Vulgo male: tamen. 2 hinc postulata Geometrarum. 3 quo facilius auditor rudis, subtilium rationum nondum capax, instruitur. 4 quod vereor, ne non possis: quia repugnat Peripateticæ doctrinæ, cui tu operam das. 5 qui ex Peripateticorum

sen-

stum sit, id esse maxime propter se expetendum. 6 Mihi utrumvis satis est: & 7 cum hoc, 8 tum illud probabilius videtur, 9 nec præterea quidquam probabile. Ac primum Panætius in hoc defendendus est, quod non utilia cum honestis pugnare aliquando posse dixerit, (neque enim 10 ei fas erat) sed ea, quæ videntur utilia. Nihil vero utile, quod non idem honestum: nihil honestum, quod non idem utile sit, sæpe testatur: negatque, ullam pestem majorem in vitam hominum invasisse, quam eorum opinionem, 11 qui ista distraxerint. Itaque non ut aliquando anteponeamus utilia honestis, sed ut ea sine errore dijudicemus, si quando incidissent, induxit eam, quæ videretur esse, non quæ esset, 12 repugnantiam. Hanc igitur partem relictam explebimus nullius adminiculis: sed (ut dicitur) 13 Marte nostro. Neque enim quidquam de hac parte post Panætium explicatum est, quod quidem mihi probaretur, de iis, quæ 14 in manus meas venerunt.

## C A P. VIII.

## A R G U M E N T U M.

*Nunc ipsam aggreditur tractationem Cicero, & quid faciendum sit, demonstrat, si forte allubescere ceperint commoda. Et ab initio probat, nullam utilitatem aut posse, aut debere vel conferri, vel anteferri honestati: idque ostendit tum a repugnantibus, tum a fine hominis, tum a contrariis effectibus: posteriusque congerie incommodorum, & vitiorum ex falsa sententia nascentium amplificat, conclusionem vehementem subjungens. Postea novam introducit propositionem: Omnino non esse deliberanda ea, in quibus turpis est ipsa deliberatio.*

## CUM

<p>sententia non putat, ut Stoici, solum honestum propter se expetendum, sed maxime propter se, non tamen solum. 6 &amp; Peripatetica ratione, &amp; Stoica, semper honestas utilitati præferenda. 7 honestum Peripateticorum. 8 honestum Stoicorum. 9 hoc tanquam Academicus dicit, de omnibus dubitans. 10 nam in honesto sita esse bona</p>	<p>omnia Stoici dicebant. 11 qui putarint, honestatem ab utilitate segregatam esse, &amp; contra. 12 utilis &amp; honesti: quæ non revera esset: quoniam utile, si vere utile est, non potest cum honesto pugnare. 13 proprio ingenio &amp; industria. 14 quoniam hunc locum breviter tractarunt Posidonius &amp; Athenodorus.</p>
--	--

1 Non

CUM igitur aliqua species utilitatis objecta est, <sup>1</sup> commoveri necesse est. Sed si, cum animum at-  
tenderis, turpitudinem videas adjunctam ei rei, quæ  
speciem <sup>2</sup> utilitatis attulerit: tunc non utilitas <sup>3</sup> re-  
linquenda est, sed intelligendum, ubi turpitudinis sit,  
ibi utilitatem esse non posse. Quod si nihil est tam  
contra naturam, quam turpitudinis; (<sup>4</sup> recta enim, &  
<sup>5</sup> convenientia, & <sup>6</sup> constantia natura desiderat, as-  
pernaturque contraria) nihilque tam secundum na-  
turam, quam utilitas: certe in eadem re utilitas & tur-  
pitudinis esse non potest. Itemque, si ad <sup>7</sup> honesta-  
tem nati sumus, eaque aut sola expetenda est (ut <sup>8</sup>  
Zenoni visum est) aut certe <sup>9</sup> omni pondere gravior  
habenda, quam reliqua omnia, quod Aristoteli pla-  
cet: necesse est, quod honestum sit, id esse aut so-  
lum, aut summum bonum; quod autem bonum, id  
certe utile. Itaque quidquid honestum, id utile.  
Quare error hominum non proborum, cum aliquid,  
quod utile visum est, arripuit, id continuo <sup>10</sup> secer-  
nit ab honesto. Hinc sicæ, hinc venena, hinc falsa  
testamenta nascuntur; hinc furta, <sup>11</sup> peculatus, ex-  
pilationes, direptionesque sociorum, & civium: hinc  
opum nimiarum potentia <sup>12</sup> non ferenda: postremo  
etiam in liberis civitatibus regnandi existunt cupidi-  
tates: quibus nihil nec tetrius, nec foedius excogita-  
ri potest. Enolumentum enim rerum <sup>13</sup> fallacibus  
judiciis vident: poenam non dico legum, quas sæpe  
<sup>14</sup> perumpunt, sed ipsius turpitudinis, quæ <sup>15</sup> acer-  
bissima est, non vident. Quamobrem hoc quidem de-  
liberantium genus pellatur e medio, (est enim to-  
tum

<sup>1</sup> Non possumus eam rem non  
expetere, quæ vel vires, vel vo-  
luptates corporis auctura sit,  
vel incrementa opum & digni-  
tatis allatura. <sup>2</sup> propria & ima-  
ginaria: quia utilitas esse non  
potest, ubi turpitudinis est. <sup>3</sup> non  
cum vulgati: *requivenda*. Non  
est ita statuendum, utilitatem  
propter illam turpitudinis ad-  
junctionem relinquere, id est,  
repudiare atque aspernari oportere,  
sed intelligendum ac scien-  
dum est, ubicunque insit aliqua  
turpitudinis, ibi utilitatem esse  
non posse. <sup>4</sup> cum prudentia &  
iustitia consentientia. <sup>5</sup> excel-

lentia naturæ humanæ. <sup>6</sup> hoc re-  
fertur ad animi magnitudinem &  
fortitudinem. <sup>7</sup> ad animi incolu-  
mitatem. <sup>8</sup> Stoicæ disciplinæ  
principi. <sup>9</sup> alludit ad Critolai  
Peripatetici libram. <sup>10</sup> nihil  
pensi habet, quantumvis turpe  
& flagitiosum sit. <sup>11</sup> furta pe-  
cuniæ publicæ. <sup>12</sup> quoniam pro-  
pter nimias opes aliqui tyran-  
nice vivunt & aliorum inopiæ  
insultant. <sup>13</sup> falso judicant,  
hanc vel illam rem sibi utilem  
futuram, cum non sit. <sup>14</sup> ut  
aranearum telas. Alludit ad Ana-  
charsidis dictum de Solonis le-  
gibus <sup>15</sup> mala scilicet conscien-  
tia.

tum 16 sceleratum, & 17 impium) qui deliberant, utrum id sequantur, quod honestum esse videant, an se 18 scientes scelere contaminent. In ipsa enim dubitatione facinus inest, 19 etiamsi ad id non pervenerint: ergo ea deliberanda omnino non sunt, in quibus est turpis ipsa deliberatio. Atque etiam ex omni deliberatione, celandi, & occultandi spes, opinioque removenda est. Satis enim nobis (si modo in Philosophia aliquid profecimus) persuasum esse debet, 20 si omnes deos hominesque celare possemus, nihil tamen avare, nihil injuste, nihil libidinosè, nihil incontinentè esse faciendum.

## C A P. I X.

## A R G U M E N T U M.

*Nihil turpiter faciendum, etiamsi id clam Deo, & hominibus fieri possit, ab exemplo Gygis fabuloso ostendit, idque ad questionem applicat & ulterius probat. Postea respondet eorum objectioni, qui negant, posse fieri talia, qualia a Platone in ista fabula conficta sunt, ipsamque fabula de annulo Gygis addit interpretationem, ea monens, nihil injuste faciendum, etiamsi occultari possit. Inserit etiam causas impulsivas, quibus ad scelera plerique impelluntur, & tandem dilemmate eos, qui utilitatem ab honestate sejungunt, torquet.*

**H**INC ille Gyges inducitur a Platone: qui cum terra 1 discessisset, magnis quibusdam imbribus in illum hiatus descendit, æneumque equum, 2 ut ferunt fabulæ, animadvertit, cujus in lateribus fores essent: quibus apertis, mortui vidit corpus magnitudine inusitata, annulumque aureum in digito: quem ut detraxit, ipse induit: (erat autem 3 regius pastor) tum in concilium pastorum se recepit.

tia. 16 quia nocet hominum societati. 17 quia offendit Deum. 18 quia sciunt, non esse honestum, quod cupiunt. 19 Ovid. *Ut bene servaris corpus, adultera mens est. Nec custodiri, nivet, ulla potest.* 20 delictis igitur, etiam occultis abstinendum. 1 Non *decessisset*, ut vulgo, sed *discessisset*; id est, divisa esset, dirupta esset 2 hæc tria verba a pugnatore quopiam addita censet Langius. 3 unus ex pastoribus Candaali regis Lydiæ. 4 fun-



pit. Ibi cum 4 palam ejus annuli ad palmam converterat, a nullo videbatur, ipse autem omnia videbat. Idem rursus videbatur, cum in 5 locum annulum inverterat. Itaque hac 6 opportunitate annuli usus, reginæ stuprum intulit: eaque adjutrice regem dominum interemit, sustulit quos obstare arbitrabatur: nec in his eum quisquam facinoribus potuit videre. Sic repente annuli beneficio rex exortus est Lydiæ. Hunc igitur ipsum annulum si habeat sapiens, nihil plus sibi licere putet peccare, quam si non haberet. Honesta enim bonis viris, non occulta, quærentur. Atque hoc loco Philosophi quidam, minime mali illi quidem, sed non satis acuti, 7 fictam, & commentitiam fabulam dicunt prolatam a Platone; quasi ille aut factum id esse, aut fieri potuisse defendat. Hæc est vis hujus annuli, & hujus exempli: si nemo sciturus, nemo ne suspicaturus quidem sit, cum aliquid divitiarum, potentia, dominationis, libidinis causa feceris, si id diis, hominibusque futurum sit semper ignotum; sine facturus. Negant id fieri posse. Quamquam 8 potest id quidem: sed quæro, quod negant posse, id si posset, quidnam facerent? Urgent 9 rustice sane. Negant enim posse, & in eo perstant: hoc 10 verbum quid valeat, non vident. Cum enim quærimus, si possint celare, quid facturi sint: non quærimus, possintne celare. Sed tamquam 11 tormenta quædam adhibemus, ut, si responderint, se impunitate proposita facturos, quod expediat, facinorosos se esse fateantur: si negent, omnia turpia 12 per se ipsa fugienda esse concedant.

CAP.

4 fundam, vacuum illud in annulo, quo gemma includitur. 5 in suum locum; qui est, ut pala extra palmam sit atque emineat. Vulgo male cum Manutio, in lucem legitur, contra omnes antiquos libros, ipso fatente. 6 occasione & vi annuli 7 Macrobius Platonem defendit contra Epicureos, quod fabulis sit usus. 8 quidam inferunt, non potest. Sed Cicero, ut Academicus, dubitanter de providentia & natura divina loquitur. 9 in erudite, ineleganter, & inepte, ut decet rusticum. 10 non considerant, quid significet hæc interrogatio, cum quærimus, si possint celare 11 interrogationes & rationes, quibus disputantes coguntur aliquid affirmare aut negare, sunt tamquam tormenta. Metaphora. 12 non propter metum aliquem infamiae.

I An.

## C A P. X.

## A R G U M E N T U M.

Quærit hic Cicero, an accidere possit, ut aliquid, quod utile videtur, possit fieri non turpiter? Idque duobus exemplis Bruti & Romuli declarat. Postea objectioni respondet: hac scilicet ratione plus ad proximorum respiciendum utilitatem, quam ad suam & suorum; nempe concedi, ut sibi unusquisque malit, quam alteri acquirere ad usum hujus vitæ pertinentia, modo id fiat sine incommodo & injuria alterius, id quod Chrysippi similitudine declarat, & per certas facti species ostendit. Primum autem de amicitia dicit, atque hic propter utilitatem non esse violandam honestatem, neque amicis deneganda omnia, neque omnia illis tribuenda precipit: idque præceptum simili de iudice illustrat, atque distinguendo officia, privatam commodum postponendum amicitia, Rempubl. & religionem eidem præferendam censet. Idem mox a more rogandi iudicis confirmat, & ex definitione perfectæ amicitia amicos neque turpia & injusta rogare, neque rogatos facere colligit, præclarumque constantis ac veræ amicitia attexens exemplum, repetita initiali propositione, hunc discursum claudit.

SED jam ad propositum revertamur. Incidunt sæpe multæ causæ, quæ 1 conturbant animos utilitatis specie: non, cum hoc deliberetur, relinquendane sit honestas propter utilitatis magnitudinem, (nam id quidem improbum est) sed illud, possitne id, quod utile videatur, fieri non turpiter. Cum Collatino 2 collegæ Brutus imperium abrogabat, poterat videri facere id injuste: fuerat enim 3 in regibus expellendis socius Bruti, consiliorum etiam adjutor. Cum autem consilium hoc principes cepissent, cognationem Superbi, nomenque 4 Tarquinio-

1 Ancipites agant. 2 quod in vulgatis additur: Tarquinio, in MSS. non est. 3 unum regem expulit Brutus, sed in posterum omnem sustulit regnandi consuetudinem. 4 hinc & Collatini nomen, quoniam ex familia Tarquiniorum erat, Romanis in-

niorum, & memoriam regni esse tollendam: quod erat utile, patriæ consulere id erat ita honestum, ut etiam 5 ipsi Collatino placere deberet. Itaque utilitas valuit propter honestatem, sine qua ne utilitas quidem esse potuisset. At in eo 6 rege, qui urbem condidit, non ita. Species enim utilitatis animum pepulit ejus: cui cum visum esset utilius, solum, quam cum altero regnare, fratrem interemit. Omisit hic & 7 pietatem, & 8 humanitatem, ut id, quod utile videbatur, neque erat, assequi posset. Et tamen 9 muri causam opposuit speciem honestatis, neque probabilem, neque satis idoneam. Peccavit igitur, pace vel 10 Quirini, vel Romuli dixerim. Nec tamen nostræ nobis utilitates omittendæ sunt, aliisque tradendæ, cum his ipsi egeamus: sed suæ cuique utilitati, quod sine alterius injuria fiat, serviendum est. Scite Chrysippus, ut multa: *Qui stadium, inquit, currit, eniti & contendere debet, quam maxime possit, ut vincat: 11 supplantare eum, qui cum certet, aut manu depellere, nullo modo debet. Sic in vita sibi quemque petere, quod pertineat ad usum, non iniquum est: alteri 12 deripere, jus non est. Maxime autem perturbantur officia in amicitiiis: quibus & non tribuere, quod recte possis, & tribuere, quod non sit æquum, contra officium est. Sed hujus generis totius breve, & non difficile præceptum est. Quæ enim videntur utilia, honores, divitiæ, voluptates, cætera generis ejusdem, hæc amicitiaë numquam anteponenda sunt. At neque contra rempublicam, neque contra jusjurandum, ac fidem, amici causa vir bonus faciet; ne 13 si judex quidem erit de ipso amico. Ponit enim personam amici, cum induit judicis. Tantum dabit amicitiaë, ut veram amici causam esse malit, ut orandæ liti tempus, quoad per leges liceat, accommodet. Cum*

vero

visum. 5 Collatinus enim abdicavit se conulatu, rebusque suis omnibus Lavinum translatis urbe cessit: utpote civis patriæ studiosus. 6 Romulo. 7 quia fratrem. 8 quia hominem interfecit. 9 legem enim Romulus tulerat, ne quis mœnia transiret. 10 ex ritu supplicantium; ne in nomine errarent, plura

solent enunciare. 11 pedem supponere. 12 deripere est de aliquo rapere ac per vim auferre & detrahere: pro quo *diripere* in multis legitur mendose; quippe quod est in diversum rapere & quasi discerpere. 13 amicitiam & odium a judice abesse debere, ait Cæsar apud Sallustium.

14 in

vero 14 jurato dicenda sententia sit, meminerit, 15  
 Deum se adhibere testem: id est (ut arbitror) 16  
 mentem suam, qua nihil homini dedit Deus ipse di-  
 vinius. Itaque præclarum a majoribus accepimus  
 morem rogandi iudicis, si eum teneremus: *Quæ sal-  
 va fide facere possit*. Hæc rogatio ad ea pertinet,  
 quæ paullo ante dixi honeste amico a iudice posse  
 concedi. Nam si omnia facienda sint, quæ amici  
 velint, non amicitia tales, sed conjurationes putan-  
 dæ sunt. Loquor autem de communibus amicitis.  
 Nam in sapientibus viris perfectisque nihil potest esse  
 tale. Damonem, 17 & Phintiam, Pythagoreos, fe-  
 runt hoc animo inter se fuisse, ut, cum eorum al-  
 teri Dionysius tyrannus diem necis destinavisset, &  
 is, qui morti addictus esset, paucos sibi dies com-  
 mendandorum 18 suorum causa postulavisset, 19  
 vas factus sit alter ejus sistendi; ut, si ille non re-  
 vertisset ad diem, moriendum esset ipsi. Qui cum  
 ad diem se recepisset, admiratus eorum fidem tyran-  
 nus, petivit, ut se ad amicitiam tertium adscribe-  
 rent. Cum igitur id, quod utile 20 videtur in  
 amicitia, cum eo, quod honestum est, comparatur,  
 jaceat utilitatis species, valeat honestas. Cum autem  
 in amicitia, quæ honesta non sunt, postulabuntur,  
 religio & fides anteponantur amicitia: sic habebitur  
 is, quem exquirimus, delectus officii.

## C A P. XI.

## A R G U M E N T U M.

*Nunc agit de eo, quid in administratione Reipubl.  
 faciendum, & nihil utile putandum existimat, quod  
 cum crudelitate conjunctum. Hoc illustrat exemplis,  
 & præcipue crudelitatem in arcendis ab usu urbis per-  
 egrinis vitandam monet. Dein ostendit, longe me-  
 lius*

14 in singulis causis apud Roma-  
 nos iudices jurabant, se pronun-  
 ciaturos ex animi sententia secun-  
 dum legem. 15 hoc est sententiæ  
 suæ, quam juratus dicat, testem  
 adjungere. 16 hinc Horatius *men-  
 tem divinæ aure particulam* dixit  
 ex Platonis & Stoicorum sententia

17 vulgo *Pythias* appellatur. Sed  
*Phintiam* habent Plutarchus,  
 Pausanias ac vetus nummus. 18  
 id est, ut suos amicis commen-  
 daret. 19 sponsores significat  
 datum in re capitali. 20 sed  
 vere non est.

3 Da-

lius esse, honestum utilitati publicæ anteferre, idque declarat exemplis. Quibus Romanorum reprehensionem subjicit, utilitatem honesto in commercio cum piratis præferentium.

SED utilitatis specie in republica sæpissime peccatur, ut in 1 Corinthi disturbance nostræ. Durius etiam Athenienses, qui sciverunt, ut Æginetis, qui classe valebant, 2 pollices præciderentur. Hoc visum est utile: nimis enim imminebat propter propinquitatem Ægina 3 Piræo. Sed nihil, quod crudele, utile. Est enim hominum naturæ, quam sequi debemus, 4 maxime inimica crudelitas. Male etiam, qui 5 peregrinos urbibus uti prohibent, eosque exterminant, ut 6 Pennus apud patres nostros, 7 Papius nuper. Nam esse pro cive, qui civis non sit, rectum est non licere: 8 quam tulerunt legem 9 sapientissimi consules, Crassus, & Scævola: usu vero urbis prohibere peregrinos, sane inhumanum est. Illa præclara; in quibus publicæ utilitatis species 10 præ honestate contemnitur. Plena exemplorum est nostra respublica cum sæpe, tum maxime bello Punico secundo: quæ, 11 Cannensi calamitate accepta, majores animos habuit, quam umquam rebus 12 secundis. Nulla timoris significatio, nulla mentio pacis. Tanta vis est honesti, ut speciem utilitatis obscuret. Athenienses, cum Persarum impetum nullo modo possent sustinere, statue-

I

rent-

1. Damnavit hoc excidium etiã superius lib. I. cap. xi. & recte quidem. 2 ne possent uti remis, nec hastam ferre. 3 portui Athenarum. Hinc Æginam Atticus quidam apud Plutarchum, Piræo velut oculis mucum eximendum censebat. 4 quia homo natus est ad mutuam alterius opem & amorem. Cum vero sævit in hominem, exiit humanitatem & degenerat in feram bestiam. 5 semper enim in humanitatis officiis numeratum fuit, admittere & benigne habere peregrinos. 6 M. Junius Pennus A. V. C. 627. legem de peregrinis tulit. 7 bienio ante Ciceronem Cos. jacente Junia, lex alia a Q. Papio Tr. pl. lata est, ne quis omni-

no peregrinus in urbe habitaret, exceptis iis, qui eam, quæ dicitur Italia, incolerent. 8 L. Licinius Crassus & Q. Scævola Cos. legem rogarunt, ut quisque in suæ civitatis jus redigeretur: quæ dicta est *Mucia Licinia*: multi enim, qui cives non essent, pro civibus se gerebant, quæ lex indignantibus principibus populi Italici causa fuit belli Italici. *Junia* igitur Penni, & *Papia* hæc, de urbe fuerunt: *Mucia Licinia* de civitate. 10 sic dicuntur, qui summi erant Jcti, qui sæpe *sapientes & prudentes* per excellentiam dicuntur. 10 respectu honestatis & comparatione. 11 vide Livium lib. XXII. & Florum lib. II. cap. 6. 12 prosperis & ad

VO-

rentque, ut urbe relicta, conjugibus, & liberis 13 Troæzene depositis, 14 naves conscenderent, libertatemque Græciæ classe defenderent: 15 Cyrsilum quendam suadentem ut in urbe manerent, Xerxemque reciperent, lapidibus obruerunt. Atque ille sequi utilitatem videbatur: sed ea nulla erat repugnante honestate. Themistocles post victoriam ejus belli, quod cum Persis fuit, dixit in concione, se habere consilium reipublicæ salutare, sed id sciri opus non esse: postulavit, ut aliquem populus daret, quocum communicaret. Datus est Aristides. Huic ille, classem 16 Lacedæmoniorum, quæ subducta esset ad 17 Cytheum, clam incendi posse: quo facto, 18 frangi Lacedæmoniorum opes necesse esset. Quod Aristides cum audivisset, in concionem magna expectatione venit, dixitque, perutile esse consilium, quod Themistocles afferret, sed minime honestum. Itaque Athenienses, quod honestum non esset, id ne utile quidem putarunt, totamque eam rem, quam ne audiverant quidem, auctore Aristide, repudiaverunt. Melius hi, quam nos, qui 19 piratas immunes, 20 socios vectigales habemus.

## C A P. XII.

## A R G U M E N T U M.

*Docuit & docet adhuc Cicero in genere, nunquam utilitatem ab honesto sejungendam: nunc disputat in specie primum de prudentia & justitia, illustrans regulam casibus & exemplis, differensque in utramque partem, quid in contradictione utilium & honestorum sit sequendum. Primum exemplum est de Rhodio mercatore,*

voluntatem nostram fluentibus. 13 Troezenios Pomponius Melande societatis Atticæ illustres appellat. 14 Themistocle suadente. 15 vide Orationem Demosthenis pro Ctesiphonte. 16 qui socii fuerant Atheniensium in bello contra Barbaros. 17 Livius Gytheum oppidum omnium maritimarum rerum Lacedæmoniis receptaculum dicit. 18 sic Athenienses totius Græciæ facile

possent esse principes. 19 injustum est, ut socii nostri pendant tributum, & piratæ sint immunes, justo potius gravissimoque supplicio afficiendi. 20 Gronovio videntur intelligi Massilienses, & Deiotarus rex Gallo-Græciæ, alique, qui cum Pompeio senserant, & a Casare victore aut libertate privati, aut tributo onerati erant.

rore, & agit de astutia in contractibus communibus, opposita prudentiæ, quæ fit celando; ubi introducit Antipatrum, & Diogenem inter se disputantes, quorum ille ad Stoicam rationem omnia refert, defendens honestatem & jus naturæ: hic vero ex hominum consuetudine, & jure civili singula decidit, & utilitatum rationem defendit. Admiscet autem responsioni Diogenis ad argumentum Antipatri distinctionem inter celare & tacere, horumque differentiam exemplo ostendit.

**M**ANEAT ergo, quod turpe sit, id numquam esse utile, ne tum quidem, cum id, quod esse utile putes, adipiscare: hoc enim ipsum utile putare, quod turpe sit, & calamitosum est. Sed incidunt, ut supra dixi, sæpe causæ, cum repugnare utilitas honestati videatur, ut 2 animadvertendum sit, repugnetne plane, an possit cum honestate conjungi. Ejus generis hæ sunt quæstiones: Si (3 exempli gratia) vir bonus 4 Alexandria Rhodum magnum frumenti numerum advexerit in Rhodiorum inopia, & fame, summaque annonæ caritate: si idem sciat, complures mercatores ab Alexandria 5 solvisse, navesque in cursu frumento onustas, petentes Rhodum viderit, dicturusne sit id Rhodiis, an silentio suum quam plurimo venditurus? 6 Sapientem, & bonum virum fingimus: de ejus deliberatione, & consultatione quærimus, qui celaturus Rhodios non sit, si id turpe judicet; sed dubitet, an turpe non sit. In hujusmodi causis aliud 7 Diogeni Babylonio videri solet, magno & gravi Stoico; aliud Antipatro, discipulo ejus homini acutissimo. Antipatro, omnia patefacienda, ut ne quid omnino, quod venditor norit, emptor ignoret; Diogeni venditorem, quatenus 8 jure civili constitutum sit, dicere vitia oportere: cætera

I 2

tera

1 Cum sit contra boni viri decorum & dignitatem. 2 secundum circumstantias temporum, locorum, & personarum. 3 libenter utitur exemplis, quia rem illustrent, ubi ratio paullo videtur obscurior. 4 vulgo: ab Alexandria profectus Rhodum. Sed præpositio & participium in plerisque libris antiquis non leguntur. 5 solutis anchoris na-

vigationi se commisisse. 6 perfectum, & qui scit judicare, quid sit officium. 7 Diogenes imitabatur recentiores Stoicos, qui non nihil a veteribus dissentiebant: sed priscorum partes tuebatur Antipater. 8 quod non ita late patet, ut jus gentium, id est naturæ. Leges XII. tabularum mirifica implicabat obscuritas, propterea multi in-

ge-

tera 9 sine insidiis agere: &, quoniam vendat, velle quam optime vendere. 10 Advexi, exposui; vendo meum non pluris quam cæteri: fortasse etiam minoris, cum major est copia. Cui fit injuria? Exoritur Antipatri 11 ratio ex altera parte. Quid ais? tu cum hominibus consulere debeas, & servire humanæ societati, eaque lege natus sis, & ea habeas principia 12 naturæ, quibus parere, & quæ sequi debeas, ut utilitas tua communis utilitas sit, vicissimque communis utilitas tua sit: celabis homines, quid iis adsit commoditatis & copiarum? 13 Respondebit Diogenes fortasse sic: Aliud est celare, aliud tacere: neque ego nunc te celo, si tibi non dico, quæ natura deorum sit, quis sit 14 finis bonorum: quæ tibi 15 plus prodesse cognita, quam tritici 16 utilitas: sed non quicquid tibi audire utile est, id mihi dicere necesse. Imo vero, 17 inquiet ille, necesse est: siquidem meministi esse inter homines natura conjunctam societatem. Memini, 18 inquiet ille, sed num ista societas talis est, ut nil suum cujusque sit? quod si ita est, ne vendendum quidem quicquam est, sed donandum.

## C A P. XIII.

## A R G U M E N T U M.

*Repetit summam disputationis inter Antipatrum & Diogenem, & decidit litera pro Antipatro. Postea secundum exemplum subjicit de venditore ædium sive pestilentium, sive alias vel in materia, vel in forma vitiosarum, & agit de*

genio & doctrina præstantes viri ad eas populo interpretandas se contulerunt, & inter se capita conferentes fori disputationem invexerunt: quæ propriam juris civilis nomen adeptæ est, ut cognovimus a Pomponio. 9 sine fraude & crimine. Cætera omnia posse celare citra crimen insidiarum. 10 hæc sunt verba venditoris. 11 quæ vult, bonum virum, lege naturæ jubente, communi utilitati consulere debere. 12 quæ docet, ut nihil putemus nobis utile, quod aliis noceat: aliter violari jus humanæ societatis, ad quam colendam nati sumus. 13 Cicero controversiam Diogenis & Antipatri ita explicat, ut non tam, quod illi dixerint, quam quid eos dicturos esse verisimile sit, persequatur: cui rei futurum tempus melius convenit. 14 summum bonum, ad quod omnia referuntur. 15 ad perfectionem & ad bene beateque vivendum. 16 alii habent: *utilitas*. 17 verba Antipatri; vide paullo ante Not. 13. 18 verba Diogenis, 1 A Dio-



de asturia, que fit reticenda. Quod argumentum ventilatur & deciditur.

**V**IDES in hac tota disceptatione non illud 1 dici: quamvis hoc turpe sit, tamen, quoniam expedit, faciam: sed ita expedire, ut turpe non sit: 2 ex altera autem parte, ea re, 3 quia turpe sit, non esse faciendum. Vendat ædes vir bonus propter aliqua vitia, quæ ipse norit, cæteri ignorent: pestilentes sint, & habeantur salubres: ignoretur, in omnibus 4 cubiculis apparere serpentes: 5 male materiatae, ruinosæ; sed hoc præter dominum nemo sciat. Quæro, si hoc emptoribus venditor non dixerit, ædesque vendiderit pluris multo, quam se venditurum putarit; num id injuste an improbe fecerit? Ille vero, inquit Antipater. 6 Quid enim est aliud, erranti viam non monstrare, (quod Athenis 7 execrationibus publicis sanctum est,) si hoc non est, emptorem pati ruere, & per errorem in maximam fraudem incurrere? Plus etiam est, quam viam non monstrare. Nam est, scientem in errorem alterum inducere. Diogenes contra: Num te emere coegit, qui ne hortatus quidem est? Ille, quod non placebat, 8 proscripsit: tu, quod placebat, emisti. Quod si, qui proscribunt villam bonam, beneque ædificatam, non existimantur fefellisse, etiam si illa nec bona est, nec ædificata 9 ratione: multo minus, qui domum non laudarunt.

I 3

Ubi

1 A Diogene non dicitur, venditor vendet id, quod vult, magno pretio; quamvis talis venditio turpis sit; sed dicitur, ita esse utilem, ut turpitudinem non habeat: & hoc est, quantum ad Diogenem, qui dicit, talem venditionem non esse turpem, quoniam non pluris, quam cæteri suum vendit. 2 ab Antipatro ostenditur, id non esse agendum, quod sit turpe. 3 nisi emptor noverit ea, quæ venditor. 4 hoc melius, quam quod in aliis est, *cubilibus*. 5 compositæ ex mala materia; ut cæmento, lignis, & tabulis tempore non opportuno cæsis & sectis, & sic teredini corruptionique obnoxiiis: malis lapidibus, male iactis fundamentis, ut ob id ædes casuræ sint. 6 in multis aliis, cum editis, tum scriptis, additur, *improbe facit*; id enim a sciolis Ciceroni est intextum, vim *verò* non intelligentibus quod sæpe idem est, quod *utique*, certe, ac subaudiendum ex præcedentibus, *certe improbe fecerit*. 7 lege sacrata præceperunt, quod ita iubetur in æonibus, ut qui id recuset, ei non quidem dicatur multa, sed eius caput omnibus diris devoveatur. 8 venalem exposuit cum inscriptione. 9 ut exposcit ratio ædificata.

Ubi enim 10 iudicium emptoris est, ibi fraus venditoris quæ potest esse? Sin autem 11 dictum non omnem præstandum est, 12 quod dictum non est, id præstandum putas? Quid vero est stultius, quam venditorem ejus rei, quem vendat, vitia narrare? quid autem tam 13 absurdum, quam, si domini jussu ita præco 14 prædicet: Domum pestilentem vendo? Sic ergo in quibusdam causis dubiis, 15 ex altera parte defenditur honestas: 16 ex altera ita de utilitate dicitur, ut id, quod utile videatur, non modo facere honestum sit, sed etiam non facere, turpe. Hæc est illa, quæ videtur utilium fieri cum honestis sæpe dissensio. Quæ dijudicanda sunt: non enim, ut 17 quaereremus, exposuimus, sed ut 18 explicaremus. 19 Non igitur videtur nec 20 frumentarius ille 21 Rhodios, nec hic ædium venditor, celare emptores debuisse. Neque enim id est celare, quidquid reticeas: sed cum, quod tu scias, id ignorare emolumentum tui causa velis eos, quorum interfit id scire. Hoc autem celandi genus quale sit, & cujus hominis, quis non videt? certe non aperti, non simplicis, non ingenui, non justis, non viri boni: versuti potius, 22 obscuro, astuti, fallacis, malitiosi, callidi, veteratoris, vafri. Hæc tot, & alia plura, nonne inutile est, vitiorum fabire nomina?

## CAP.

ficandi & architectura. 10 quoniam omnia illa, quæ potest emptor iudicare, non tenetur præstare venditor. 11 dictum, inquit Ulpianus, accipimus, quod verbotenus pronunciatum est, nudoque sermone finitur. 12 multo minus præstare debet id, quod non dixit. 13 minime consentaneum prudentiæ venditoris. 14 palam dicat & clamet. 15 ab Antipatro. 16 a Diogene. 17 ut quaestionem in medio non explicatam relinquere. 18 ut rem dubiam & involutam dissolveremus, & sen-

tentiam afferremus nostram. 19 solum honestum, ut Stoici, Cicero sequitur: sentit igitur cum Antipatro; quanquam istum rigorem a communi vitæ consuetudine alienum esse non uno loco iudicet. 20 frumentarius, qui exercet mercaturam frumentariam: frumentator, qui aliunde quaerit frumentum quoquo modo convehendum. 21 alii Rhodius: sed meliores: Rhodios, ut referatur ad verbum celare. 22 qui suam voluntatem non facile ostenderet.

## CAP. XIV.

## ARGUMENTUM.

*Adducit tertium astutiae ac reticentiae exemplum, quae etiam fit mentiendo. Ac primo narrat factum Pythii, quam narrationem per circumstantias amplificat, & dedicit, addens, quod omnis simulatio sit vitiosa.*

**Q**UOD si vituperandi sunt, qui reticuerunt: quid de iis existimandum est, qui 1 orationis vanitatem adhibuerunt? C. 2. Canius, eques Romanus, homo nec infacetus, & satis literatus, cum se Syracusas 3 otandi causa, non 4 negotiandi, ut ipse dicere solebat, contulisset, dictitabat, se hortulos aliquos velle emere, quo invitare amicos, & ubi se oblectare sine 5 interpellatoribus posset. Quod cum percrebuisset, Pythius ei quidam, qui 6 argentariam faceret Syracusis, dixit, venales quidem se hortos non habere, sed licere uti Canio, si vellet, ut suis: & simul ad coenam hominem in hortos invitavit in posterum diem. Cum ille promississet, tum Pythius, qui esset, ut argentarius, 7 apud omnes ordines graciosus, piscatores ad se convocavit, & ab iis petivit, ut ante suos hortulos postridie piscarentur, dixitque, quid eos facere vellet. Ad coenam 8 tempore venit Canius: opipare a Pythio apparatus convivium: 9 cymbarum ante oculos multitudo. 10 Pro se quisque, quod ceperat, afferbat: ante pedes Pythii pisces abiciebantur. Tum Canius, quaeso, inquit, quid est hoc, Pythi, tantumne piscium? tantumne cymbarum? & ille. Quid mirum? inquit: hoc loco est, Syracusis quidquid est piscium: hic aquatio: hac villa isti carere non possunt. Incensus Canius cupiditate contendit a Pythio,

I 4.

ut

1 Falsum dixerunt. 2 per-  
multae familiae Romanae nomen  
a bestiis sumserunt, ut *Canii*,  
*Ovii*, *Gallii*, *Porcii*, *Asinii*.  
3 ut illic animum relaxaret &  
otio frueretur. 4 quoniam equi-  
tes erant publicani. 5 impe-  
dientibus ipsius otium. 6 erat

argentarius sive nummularius &  
trapezita. 7 apud homines cu-  
juscunque ordinis propter ejus  
artem. 8 hora, qua ille coe-  
nam condixerat. 9 naviculae  
sunt piscatoriae, a velocitate sic  
dictae. 10 pro virili.

31 qui-

ut venderet. Gravate ille primo. Quid multa? impetrat. Emit homo cupidus, & locuplex, tanti, quanti Pythius voluit, & emit 11 instructos: 12 nomina facit: 13 negotium conficit. Invitat Canius postera die familiares suos: venit ipse mature: 14 scalmum nullum videt: quærit ex proximo vicino, num 15 feriæ quædam piscatorum essent, quod eos nullos videret. Nullæ, (quod sciam) inquit ille: sed hic piscari nulli solent: itaque heri mirabar, quid accidisset. 16 Stomachari Canius: sed quid faceret? nondum enim 17 Aquillius collega, & familiaris meus, protulerat de dolo malo 18 formulas: in quibus ipsis, cum ex eo quæreretur, quid esset dolus malus: respondebat, cum esset aliud simulatum, aliud actum. Hoc quidem sane 19 luculenter, ut ab homine perito definiendi. Ergo & Pythius, & omnes, aliud agentes, aliud simulantes, perfidi, improbi, malitiosi sunt. Nullum igitur factum eorum potest utile esse, cum sit tot 20 vitiis inquinatum.

## C A P. XV.

## A R G U M E N T U M.

*Ad improbandas tres quæstiones præmissas etiam aliorum affert sententiam, quæ omnes tollunt dolum malum. Argumentatur autem ab etymologia & repugnantibus, atque sic hanc disputationem, aliis etiam emptionis exemplis declaratam, claudit. Post hæc dissimile a superioribus exemplum addit, nempe Sævole, & reprehendit perniciosam illam vitæ humanæ opinionem, alios sapientes, alios bonos esse, cum nemo*

11 quibus nihil, quod usui & ornamento sit, deesset. 12 Canius scribit, in tabulas refert, se Pythio ex emptione hortorum certam pecuniam debere, atque ita scriptura se venditori obligat. 13 ipsam emptionem, constituens debitorem. 14 naviculam: sed scalmus proprie significat locum naviculæ, in quo remus ponitur & innititur. 15 festus dies, in quo piscato-

ribus non liceret piscari. 16 indignari, quod Pythius sibi imposuisset. 17 C. Aquillius fuit Ciceronis collega in prætura, vir jurisprudentia insignis. 18 quibus succurritur illis, qui aliorum calliditate decipiuntur. 19 in aliis est, *luculente*. Ciceronem utroque uti in vulgus notum est. 20 perfidiis, improbitate, malitia.

I Quæ

mo sit dicique possit sapiens, nisi idem bonus. Dehinc responderet ad objectionem Hecatonis, ejusque rationem de observanda utilitate, non neglecta tamen honestate, eamque refutat argumentis aliquibus, addita clausula, solum honestum esse utile.

**Q**UOD si Aquilliana definitio vera est; ex omni vita 1 simulatio, dissimulatioque tollenda est. Ita nec, ut emat melius, nec ut vendat, quisquam simulabit, aut dissimulabit vir bonus. Atque iste dolus malus etiam legibus erat vindicatus; ut 2 tutela XII. tabulis & 3 circumscriptio adolescentium lege Lætoria: & 4 sine lege, judiciis, in quibus additur, 5 *Ex fide bona agitur*: reliquorum autem judiciorum hæc verba maxime 6 excellunt: in 7 arbitrio rei uxoriæ, *Melius, æquius*: 8 in fiducia, *Ut inter 9 bonos bene agier*. Quid ergo? aut in eo, quod melius, æquius, potest ulla pars inesse fraudis: aut, cum dicitur: inter bonos bene agier, quidquam agi dolose, aut malitiose potest? dolus autem malus simulatione, & dissimulatione, ut ait Aquilius, continetur. Tollendum est igitur in rebus contrahendis omne mendacium. Non licitatore venditor, nec, qui contra se liceatur, emptor 10 apponet: uterque, si ad eloquendum venerit, non plus, quam 11 semel, eloquetur. Q. quidem Scævola, P. I 5 filius

1 Quæ sit dolo malo alterius lædendi causa. 2 lege XII. tabularum inventum est remedium tutelarum: ne pupillus sine tutore obligari possit: & coguntur tutores rationem reddere, ne dolo malo aliquid fecerint, quod tutori obsit. 3 Lex a Lætorio lata vetabat minorem XXV. annis stipulari, id est, stipulatione teneri: & talis in aliquo contractu læsus potest petere restitutionem in integrum. 4 sine lege judicia sunt, quæ non descendunt ex XII. tabulis, aut lege per Populum lata, sed in quibus prætor supplet, quod deest juri civili. 5 convenientissime hanc formulam; *fide bona*, interpretatur Paullus, quando dicit, bonam fidem esse contrariam fraudi & dolo. 6

sunt in usu & laudantur: quoniam eo spectant, ut excludatur dolus. 7 actio rei uxoriæ est, quoties post divortium de dote contentio est. Nam cum judicatur inter virum & uxorem, suspicio est, uxorem a viro circumscribi dolo, & inde dicebatur, ut iudex animadverteret, quid esset melius, quid æquius. 8 cum aliquid agitur, in quo intervenit sola utriusque partis fiducia. 9 bonus quippe vir non decipit. 10 subornabit. Emtor cum apponit in auctione, qui rem a venditore indicatam vilissimo pretio liceatur, is sane sæpe causa est, ut minore pretio quid vendatur, cum multi persuadeantur, non tanti rem esse, quia tam vile pro ea pretium offeratur. 11 venditor quam

filius, cum postulasset, ut sibi fundus, cujus emptor erat, semel 12 indicaretur, idque venditor ita fecisset: dixit, se pluris aestimare: addidit 13 centum millia. Nemo est, qui hoc boni viri fuisse neget: sapientis, negant: ut si minoris, quam potuisset, 14 vendidisset. Hæc igitur est illa pernicies, quod 15 alios bonos, alios sapientes existimant. Ex quo Ennius: 16. *Nequicquam sapere sapientem, qui sibi ipse prodesse non quiret*. Vere id quidem, si, quid esset prodesse, mihi cum Ennio conveniret. Hecatonem quidem Rhodium, discipulum Panætii, video in iis libris, quos de officiis scripsit, Q. Tuberoni dicere, Sapientis esse, nihil contra mores, leges, instituta facientem, habere rationem rei familiaris: 17 neque enim solum nobis divites esse volumus, sed liberis, propinquis, amicis, maximeque reipublicæ. Singulorum enim facultates, & copiæ, divitiæ, sunt civitatis. Huic Scævola factum, de quo paulo ante dixi, placere nullo modo potest. Etenim omnino tantum se 18 negat facturum. 19 compendii sui causa, quod non liceat. 20 Huic nec laus magna tribuenda, nec gratia est. Sed sive & simulatio, & dissimulatio dolus malus est, perpaucae res sunt, in quibus dolus iste malus non versetur: sive vir bonus est is, qui prodest, quibus potest, nocet nemini, certe istum virum bonum, 21 non facile reperiemus. Numquam igitur est utile peccare, quia semper est turpe: & quia semper est honestum, virum bonum esse, semper est utile.

CAP.

quam minimum rei pretium statuat, emtor in dictum pretium, cæteris paribus, consentiat. 12 aestimaretur. 13 scil. æris, hoc est, mille philippeos, sive coronatos. Unciales argenteos 2750. 14 Grævius mavult ex antiquis editionibus: *emisset*, ut sensus sit: Negant sapientis emtoris esse plus dare, quam indicarat venditor: sed contra sapientis emtoris, hoc est, ad rem suam attenti, esse etiam minoris emere fundum, si possit, quam erat indicatus. 15 cum revera distinguere non possint: omnes enim sapientes boni sunt. 16 versus integer est apud Ciceronem epist. VI. lib. VII. ad Famil. Qui

*ipse sibi sapiens prodesse non quit, nequicquam sapit.* 17 sententiam Hecatonis Stoicæ sanctitati minime consentaneam taxat Cicero: cum multa non sint prohibita legibus, quæ si fiant, sunt contra officium boni viri. 18 Scævola. 19 quasi dicat, eum dolum, quem leges non vindicant, licere interponere. 20 Hecatonem, qui discedit a lege naturæ, jus civile tantum servat, idque satis esse putat: cum Scævola legem etiam naturæ, quæ multo patet latius, quam jus civile, servandam in emendo censuerit. 21 qui scilicet prodest, quibus potest, nocet nemini.

1 Di-

## CAP. XVI.

## ARGUMENTUM.

*Transit Cicero ad Legum auctoritatem, duas commemorans historias, unam de T. Claudio Centimalo, alteram de M. Mario Gratidiano. Sistit porro duos Jctos, M. Crassum, Gratidiani factum ex jure civili accusantem, & M. Antonium, ex jure aquitatis defendentem. Sed non placuisse majoribus astus ejusmodi & imposturas, sub finem indicat.*

**A**C de jure quidem prædiorum sancitum est apud nos i jure civili, ut in his vendendis vitia dicerentur, quæ nota essent venditori. Nam, cum ex duodecim tabulis satis esset ea præstari, 2 quæ essent lingua nuncupata, quæ qui inficiatus esset, 3 dupli pœnam subiret: a jureconsultis etiam 4 reticentiæ pœna est constituta. Quidquid enim inest in prædio vitii, id statuerunt, si venditor sciret, nisi nominatim dictum esset, 5 præstari oportere. Ut, cum in 6 arce augurium augures acturi essent, jussissentque T. Claudium Centimalum, qui ædes in Cælio monte habebat, demoliri 7 ea, quorum altitudo 8 officeret auspiciis: Claudius 9 proscripsit 10 insulam, vendidit: emit Publius Calpurnius Lanarius. Huic ab auguribus illud idem denuntiatum est. Itaque Calpurnius, cum demolitus esset, cognovissetque Claudium ædes postea proscripsisse, quam esset ab auguribus demoliri jussus 11 arbitrum illum adigit. 12 QUIDQUID SIBI DARE, FACERE OPORTET I 6. RET

1 Digestorum lib. XXI. & XLIII. 2 verba legis sunt apud Festum: *Cum nexum facies mancipiumque, uti lingua nuncupasset, ita jus esto.* 3 idem statuit Plato de fœvis, morbo occulto laborantibus. 4 actio redhibitoria hodie appellatur. D. de ædilitio edicto. 5 satisfieri. 6 Capitolina. 7 eas, quarum altitudo: quod non placet: non enim ædes demoliri, sed altitudinem ædium summittere Claudium, ut Valerius scribit, augu-

res jusserunt. 8 noceret, ne rite fierent. 9 scripsisse ædes venales in tabula, quæ ædibus affigebatur. 10 ædes via seu circuitu publico aut privato cinctas; nam insula in urbe dicitur domus, quam via ambit. 11 Claudium coegit, judicis arbitrio rem committere. *Arbitrum* autem antique pro prætoris capitulum. 12 verba sunt Calpurnii, cum Claudio apud arbitrum stipulantis, ex antiqua formula de dolo malo. Nam qui sibi promitti

RET 13 EX FIDE BONA. M. Cato sententiam dixit, hujus nostri Catonis 14 pater. Ut enim cæteri ex patribus, sic hic, qui illud lumen progenuit, ex filio est nominandus. Is igitur iudex ita pronuntiavit: *Cum in venundando rem eam scisset, & non pronuntiasset, 15 emptori damnnum præstari oportere.* Igitur ad fidem bonam statuit pertinere, notum esse emptori vitium, quod nosset venditor. Quod si recte judicavit; non recte frumentarius ille, non recte ædium pestilentium venditor tacuit. Sed huiusmodi reticentiæ jure civili omnes comprehendi non possunt: quæ autem possunt, diligenter tenentur. 16 M. Marius Gratidianus, 17 propinquus noster, C. Sergio Oratæ vendiderat ædes eas, quas ab eodem ipse paucis ante annis emerat. Hæ Sergio serviebant: sed hoc in 18 mancipio Marius non dixerat. Adducta res in iudicium est. Oratam Crassus, Gratidianum defendebat Antonius. Jus 19 Crassus urgebat: quod vitium venditor non dixisset sciens, id oportere præstari: æquitatem Antonius: quoniam id vitium ignotum Sergio non fuisset, qui illas ædes vendidisset, nihil fuisse necesse dici: nec 20 eum esse deceptum, qui id, quod emerat, quo jure esset, teneret. Quorsum hæc? ut illud intelligas, non placuisse majoribus nostris 21 astutos.

## C A P. XVII.

## A R G U M E N T U M.

*Redit ad Philosophiam, & discrimen ponens Jurisprudentiæ, & Philosophiæ, illam externa dicta & facta,*

mitti volebat, ita stipulabatur: *Promittisne, quidquid te dare, facere, oportet? Respondebatur, promitto.* 13 quasi Claudius in ædibus vendendis non ex fide bona secum egisset, vitio, quod scivisset, occultato. 14 qui se Uticæ sua manu occiderat, ne servientem patriam adspiceret. 15 venditorem æstimatione facta emptori dare oportere, quanti ejus interfit, ne altitudo ædium demoliretur. 16 fuit M. Gratidii filius naturalis, adoptatus a M. quondam Mario, C. Marii septies Consulis fratre, & ita factus adoptione C. Marii frater patruelis, ostendente Perizonio, quem summe laudat Grævius. 17 Ciceronis enim avus Gratidiani sororem matrimonio conjunctam habuit. 18 ædium dominio transferendo cedendoque. 19 Crassus & Antonius, omnium consensu principes in eloquentia. 20 hoc ipsum Ulpianus dicit in Digestis: *non videtur esse celatus, qui scivit, neque certiorari debuit, qui non ignoravit.* 21 alii Codices habent *astus*, alii *astutos*.

1 quod



*Ela, hanc etiam animum & cogitationes, factorumque causas impulsivas & finales respicere ait. Deinde similitudine ab aucupibus vel venatoribus sumpta callidorum imposturas depingit, & per concessionem honestum non tantum consuetudine hominum, neque semper legibus scriptis, sed jure etiam naturæ, gentiumque metiendum censet. Rationem addit a gradibus societatis inter homines (v. Lib. 1. C. 16. &c.) itemque aliam a distinctione juris petitam. Post per digressiunculam partim juris ideam, perfectamque imaginem in hac depravatione nos nullam habere conqueritur, suorumque temporum arguit corruptionem, partim bonæ fidei formam interpretatur, eamque & ejus usum probat. Tandem hunc locum concludens, discrimen inter prudentiam veram & malitiam faciendum monet, in aliis quoque rebus dolum malum prohibet, idque a difficili amplificat.*

**S**ED aliter leges, 1 aliter philosophi, tollunt astutias: leges, quatenus 2 manu tenere possunt: philosophi, quatenus ratione, & intelligentia. Ratio igitur hoc postulat, ne quid insidiosè, ne quid simulate, ne quid fallaciter. Suntne igitur insidiæ, tendere 3 plagas, etiamsi 4 excitaturus non sit, nec agitaturus? ipsæ enim feræ, nullo insequente, sæpe incidunt. 5 Sic tu ædes proscribas, 6 tabulam tamquam plagam ponas, domum propter vitia vendas, in eam aliquis incurrat imprudens. Hoc quamquam video, propter depravationem consuetudinis, neque more turpe haberi, neque aut lege sanciri, aut jure civili; 7 naturæ tamen lege sancitum est. Societas enim est (quod etsi sæpe dictum est, dicendum tamen est sæpius) latissime quidem quæ pateat, hominum inter homines: interior eorum qui ejusdem gentis sunt, propior eorum, qui ejusdem civitatis. Itaque majores aliud jus gentium, aliud

1 Quod non vetat lex, hoc vetat fieri pudor. Seneca. 2 corrupte hic inserta erat dictio, res. Leges dicuntur manu tenere, ubi fraus nimis manifesta est, & ex factis a judice possit convinci, aut eum modum excedit, nam minima non curat prætor. 3 retia, quibus feræ capiuntur in sylvis. 4 clamore five canibus. 5 adaptat similitudinem, ostenditque illum insidiari, qui ædes proscribit, quamvis vanitate verborum non utatur. 6 in qua scribebatur, aliquid esse veniale. 7 cujus illud est, quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris:

aliud jus civile esse voluerunt. 8 Quod civile, non idem continuo gentium: quod autem gentium, idem civile esse debet. Sed nos veri juris, germanæque justitiæ solidam, & expressam effigiem nullam tenemus: umbra, & imaginibus utimur: eas ipsas, utinam sequeremur! feruntur enim 9 ex optimis naturæ principiis & veritatis exemplis. Nam quanti verba illa, 10 UTI NE PROPTER TE, FIDEMVE TUAM, CAPTUS FRAUDATUSVE SIEM? quam illa aurea: UT INTER BONOS BENE AGIER OPORTET, ET SINE FRAUDATIONE. Sed qui sint boni, & quid sit, bene 11 agi, magna quæstio est. Quintus quidem Scævola Pont. Max. summam vim dicebat esse in omnibus iis 12 arbitriis, in quibus adderetur, EX FIDE BONA: fideique bonæ nomen existimabat manare latissime, idque versari in tutelis, societatibus, 13 fiduciis, 14 mandatis, rebus emtis, venditis, conductis, locatis: quibus vitæ societas continetur. In his magni esse iudicis, statuere ( præsertim cum 15 in plerisque essent iudicia contraria ) quid quemque cuique 16 præstare oporteret. Quocirca astutiæ tollendæ sunt, eaque 17 malitia, quæ vult illa quidem videri se esse prudentiam, sed abest ab ea, distatque plurimum. Prudentia est enim locata in delectu bonorum, & malorum: malitia ( si omnia, quæ turpia sunt, mala sunt ) mala bonis 18 ponit ante. Nec vero in prædiis solum jus civile, ductum a natura, malitiam, fraudemque vindicat: sed & in 19 mancipiorum venditione fraus venditoris omnis excluditur. Qui enim scire debuit de sanitate, de fuga, de furtis,

20 præ-

8 jus gentium patet latius, quam jus civile. 9 natura omnem fraudem ac dolum detestatur: quia in re leges civiles, quidquid speciatim vetant, ex illius principiis derivatum omne est. 10 est formula, qua utebantur & sibi cavebant in stipulando. 11 alii habent, *agier*. 12 in actionibus illis arbitrariis, quæ ex arbitrio & potestate judicantis pendent, qui non ex natura rei, sed ex accidenti rem æstimat. 13 pignoribus seu hypothecis. 14 *obligatio mandati consensu contrahentium consistit*. 15 in enumeratis contractibus utrin-

que præstationes sæpe debentur. Qui tamen non in omnibus, sed tantum in sex illis, quas JCti enumerant, in tutelis, commo- dato, mandato, deposito, negotiis gestis, & pignoratitia seu fiducia, locum habet actio contraria, hinc bene Cicero addit, *in plerisque*. 16 *præstare* sensu JCtorum, quos Cicero sequitur, est, quid cuiquam alius obstrictus sit facere, suere, sarcire, si qua inæqualitas aut læsio inique contigerit. 17 astutia cum malitia perpetuo cohæret, opponiturque prudentiæ. 18 vulgo, *anteponit*; sed MSS. *ponit ante*. 19, an.

20 præstat edicto ædilium. 21 Hæredum alia causa est. Ex quo intelligitur, quoniam juris natura fons sit, hoc 22 secundum naturam esse, neminem id agere, ut ex alterius prædetur inscientia. Nec ulla pernicies vitæ major inveniri potest, quam in malitia simulatio intelligentiæ. Ex quo illa innumerabilia nascuntur, ut utilia cum honestis pugnare videantur. 23 Quotus enim quisque reperietur, qui impunitate, & ignoratione omnium proposita, abstinere possit injuria?

## C A P. XVIII.

## A R G U M E N T U M.

*Alia improbe, & dolose cupiditatis exempla recenset. Primum de M. Crasso & Q. Hortensio est; alterum hæredipetas tangit, & in genere omnes eos, qui amicitie simulatione rem aliorum ad se pertrahere conantur: mox addit exemplum contrarium, cui proverbium de magna absurditate usurpari solitum inserit.*

**P**ERICLITEMUR, si placet, in iis quidem exemplis, in quibus peccari 2 vulgus hominum fortasse non putat. Neque enim de sicariis, veneficis, 3 testamentariis, furibus, 4 peculatoribus hoc loco differendum est, qui non verbis sunt, & disputatione philosophorum, sed vinculis, & carcere 5 fatigandi: sed hæc consideremus, quæ faciunt ii, qui habentur boni. L. Minucii 6 Basili, locupletis hominis, falsum testamentum quidam e Græcia Romam attulerunt. Quod quo facilius obtinerent, scripserunt hæredes secum M. Crassum, & Q. Hortensium, homines ejusdem 7 ætatis 8 potentissimi.

an sana, fugitiva, furacia. 20 quæ ædiles præstari jubent. 21 hæredes in vendendis bonis defuncti non coguntur præstare, si quid vitiosi sit in mancipiis aut aliis rebus, quas vendant, quia creduntur ignorare vitia. 22 quia natura dicitur, proximo cuique idem faciendum esse, quod sibi quisque fieri velit. 23 quasi dicitur, pauci reperientur.

3. Experiamur. 2. imperita

multitudo, quæ nescit judicare, quid ex officio fiat, quid contra officium. 3. qui falsa testamenta scripserunt. 4. qui rem publ. furati sunt. 5. vulgo, castigandi: sed fatigandi legit quoque Nonius, explanatque, cohibendi, comprimendi. 6. vulgo male, Basili. Est enim Basilius cognomen Minuciorum. 7. alii, civitatis, sed ætatis ex MSS. præfert Langius. 8. Crassum.

tiffimos. Qui, cum illud falsum esse suspicarentur, sibi autem nullius essent conscii culpæ, alieni facinoris munusculum non repudiaverunt. Quid ergo? fatis n' hoc est, ut non deliquisse videantur? 9 Mihi quidem non videtur. Quamquam 10 alterum amavi vivum, 11 alterum non odi mortuum. Sed cum Basilium M. 12 Satrium, sororis filium, nomen suum ferre voluisset, eumque fecisset hæredem: 13 hunc, ait, dico 14 patronum agri Piceni, & Sabini: (o 15 turpem notam temporum illorum) 16 num erat æquum, principes 17 cives rem habere, ad Satrium nihil præter nomen pervenire? Etenim si is, qui non defendit injuriam, neque propulsat a suis cum potest, injuste facit, ut in primo libro disserui: qualis habendus est is, qui non modo non repellit, sed etiam adjuvat injuriam? Mihi quidem, etiam 18 veræ hæreditates non honestæ videntur, si sint 19 malitiosis blanditiis officiorum, non veritate, sed simulatione quæsitæ. Atqui in talibus rebus aliud utile interdum, aliud honestum videri solet. Falso: nam eadem utilitatis, quæ honestatis, est regula. Qui hoc non perviderit, 20 ab hoc nulla fraus aberit, nullum facinus. Sic enim cogitans: **EST ISTUD QUIDEM HONESTUM: VERUM HOC EXPEDIT:** res a natura copulatas audebit errore divellere: qui fons est 21 fraudum, maleficiorum, scelerum omnium.

## CAP.

sum divitiis, Hortensium eloquentia. 9 merito: nam jus naturæ præcipit, ut rem alienam, quam quis in sua potestate habet, reddat domino; nec enim sine scelere retinere potest. 10 Hortensium æmulum, cujus mortem deplorat in libri proemio, qui inscribitur Brutus. 11 M. Crassum, quem vivum oderat, & in Paradoxis infectatur. 12 Satria familia Romana est. Male igitur in aliis Satirius appellatur. 13 vulgo omittitur dictio, ait: sed sunt verba ex Minucii testamento. 14 quæ honoris duntaxat appellatio est ad clientelas pertinens. 15 appa-

ret igitur, eos partem illius hæreditatis accepisse, quod & superiora comprobant, aliqui facinoris munusculum non repudiaverunt. 16 vulgo: non erat: sed num ex libro veteri Flavius Ursinus restituit. 17 vulgati civitatis habent: sed civis MSSta præferunt, ut sit accusativus pluralis pro cives. 18 testamento legata: cum illa, proxime nominata, vera non fuerit. 19 hæredipetas damnat, quos exagitant Satyrici multis locis. 20 reciproce pro, ipse non aberit a nulla fraude. 21 fraudum, ut Philipp. II. mearum laudum, pro, laudum, fraudum.

1. Nul-

## CAP. XIX.

## ARGUMENTUM.

Declarat adhuc naturam viri boni, repetens ejus definitionem, eumque etiamsi habeat facultatem injuste agendi, habere tamen neutiquam voluntatem, affirmans. Porro ex jure nature agenda vel omittenda nota esse posse indicat, & virum bonum hereditatem injuste affectare non debere concludit. Nunc etiam agit de malitia, quæ cum justitia & aequitate pugnat, idque exemplis illustrat. Primum de Fimbria consulari est; post Gygis & Crassi exempla ad regulam applicat: Nihil, quod turpe est, posse esse utile, etsi occultetur, quod tandem tamen reveletur.

**I**TAQUE si vir bonus habeat hanc vim, ut, si 1 digitis concrepaverit, possit in locupletium testamenta nomen ejus irrepere, hac vi non utatur, ne si exploratum quidem habeat, id omnino neminem unquam suspicaturum. At 2 dares hanc vim M. Crasso, ut digitorum percussione hæres posset scriptus esse, qui re vera non esset hæres, in foro, mihi crede, 3 saltaret. Homo autem justus, isque quem sentimus virum bonum, nihil cuiquam, quod in se transferat, detrahet. Hoc qui admiratur, is se, quis sic vir bonus, nescire fateatur. At vero, si quis voluerit animi 4 sui complicatam notionem evolvere, jam se ipse doceat, eum virum bonum esse, qui proficit quibus possit, noceat nemini, 5 nisi laceffitus injuria. Quid ergo? hic non noceat, qui quodam quasi veneno perficiat, ut veros hæredes moveat, in eorum locum ipse succedat? Non igitur faciat (dixerit quis) quod utile sit, quod expediat? Imo intel-

1 Nullo negotio, facillime, unde proverbium: *ad digituli crepitum*, id est, minimo momento. 2 *Dares* infinite usurpatur, pro, *si quis daret*, ubi nihil opus est particula *si*, quæ in vulgatis additur. 3 præ gaudio, utpote qui summum bonum non in honesto, sed in divitiis opibusque poneret. Saltationem

autem apud Romanos turpem fuisse, veterum scripta abunde testantur. 4 eleganter dictum, pro, id quod animo insitum est & innatum, & si obscurius & involutum, meditando acueri & penitus recognoscere; id respicere, quod mens ipsa, si excutiatur, & conscientia dicitur. 5 non ulciscendo, sed se defendendo.

telligat, nihil expedire, nec utile esse, quod sit injustum. Hoc qui non didicerit, bonus vir esse non poterit. 6 Fimbriam consularem audiebam de patre nostro puer, judicem M. Lutatio Pinthiæ fuisse, equiti Romano sane honesto, cum is 7 sponsionem fecisset, NI BONUS VIR ESSET: itaque ei dixisse Fimbriam, se illam rem nunquam judicaturum: ne aut spoliaret fama probatum hominem, si 8 contra judicasset, aut statuisse videretur, virum bonum aliquem esse, cum ea res innumerabilibus officiis, & laudibus contineretur. Huic igitur viro bono, quem 9 Fimbria etiam, non modo Socrates noverat, nullo modo videri potest, quicquam esse utile, quod non honestum sit. Itaque talis vir non modo facere, sed ne cogitare quidem quidquam audebit, quod non audeat 10 prædicare. Hæc nonne est turpe, dubitare philosophos, quæ 11 ne rustici quidem dubitent? A quibus natum est id, quod jam tritum est vetustate proverbium. Cum enim fidem alicujus, bonitatemque laudant, dignum esse dicunt, quicum 12 in tenebris mices. Hoc quam habet vim, nisi illam, nihil expedire, quod non deceat, etiamsi id possis nullo refellente obtinere? Videtne igitur, hoc proverbio, neque Gygi illi posse veniam dari, neque huic, quem paulo ante fingebam, digitorum percussione hereditates omnium posse ad sese 13 convertere? Ut enim, quod turpe est, id quamvis occultetur, tamen honestum fieri nullo modo potest: sic, quod honestum non est, id utile ut sit, effici non potest, adversante, & repugnante 14 natura.

CAP.

sendendo & arcendo injuriam. 6 Licinium Fimbriam Valerius lib. VII. cap. 2. nominat. 7 qui petere vult, litemque facit, ante omnia sponsione provocat adversarium: is unde petitur, sic contempdit, ex provocatione spondet, rursusque restipulatur a petitore, qui etiam vicissim respondere cogitur. 8 quam ille spondens asseverabat. 9 id est, vir in gerenda republ. versatus, non modo Philosophus. 10 palam dicere sine pudore. 11 bonitas etiam apud rusticos laudem habet, quibus etiam proverbium, quod sequitur, originem debet,

quo offenditur, cum bono viro ubique bene agi. 12 cum quo etiam noctu amotis luminibus & arbitris possumus ludere manibus: nam micare est manus movere & digitos, quos explicando numerum petimus. Bonus vir, etiamsi manus videre non potest, tamen dicet, quot digitos explicuerit. 13 non patitur Gronovius corrigi lectionem pluribus codicibus custoditam. Nam hac phrasi sæpe alias utitur Cicero, & Seneca *aversam hereditatem* dixit. Quamquam alii *convertere* præferant. 14 quæ omnia vivendi præcepta nobis tradit.

1 Cum

## CAP. XX.

## ARGUMENTUM.

Proponit alia exempla de malitia pugnante cum iustitia & æquitate, queritque, an præmiorum magnitudo impellere ad fraudem debeat? Ubi ad hujus declarationem duas historias allegat: unam de C. Mario, alteram de M. Gratidiano, easque ad prætextum utilitatis contra honestatem applicans, regulam sæpius traditam iterum repetit, & postea de facto utriusque disputans, tribus eadem argumentis reprehendit.

AT ENIM, cum permagna præmia sunt, est causa peccandi. C. Marius, cum a spe consulatus longe abesset, & 1 septimum annum post præturam jaceret, neque petiturus unquam consulatum videretur, 2 Q. Metellum, cujus legatus erat, summum 3 virum, & 4 civem, cum ab eo, 5 imperatore suo, Romam missus esset, apud populum Romanum criminatus est, bellum 6 ducere: si se consulem fecissent, brevi tempore aut vivum, aut mortuum Jugurtham se in potestatem populi Romani redacturum. Itaque factus est ille quidem consul, sed a fide iustitiæque discessit, qui optimum, & gravissimum civem, cujus legatus, & a quo missus esset, in invidiam falso crimine adduxerit. Ne 7 noster quidem Gratidianus officio boni viri functus est tum, cum prætor esset, collegiumque prætorum tribuni plebis 8 adhibuissent, ut res nummaria de communi sententia 9 constitueretur. 10 Jactabatur enim temporibus illis nummus, sic ut nemo posset scire, quid haberet. Conscripserunt com-

mu-

1 Cum consulatu biennio tantum prætura legibus distaret. 2 vide Sallustium bello Jugurthino cap. 63. & 64. 3 virtute. 4 dignitate. 5 hæc duo verba, quæ adulterina quibusdam videntur, omnino retinenda, & a Cicerone adscripta sunt, ut injuriam Metello a Mario factam amplificaret. 6 vulgo, *producere*, sed qui veterum codicum

scripturam interpolaverunt, nesciverunt *ducere* Cæsari & Ciceroni sæpissime accipi pro *producere*, *protrahere*. 7 rationem, cur *nostrum* appellat, vide paulo ante cap. XVI. 8 in consilium. 9 qui scilicet nummi probi, qui adulterini, quantique quique essent. 10 pretium monetæ neque aureæ, neque argenteæ consistebat.

11 quo

munitur 11 edictum cum poena, atque iudicio, constitueruntque, ut omnes simul in 12 Rostra post meridiem 13 descenderent: & cæteri quidem alius alio: Marius 14 a subselliis in Rostra tecta: idque, quod communiter compositum fuerat, solus edixit. Et ea res, si quæris, ei magno honori fuit: omnibus vicis statuæ: 15 ad eas thus, & cerei. Quid multa? nemo unquam multitudini fuit carior. Hæc sunt, quæ conturbant homines in deliberatione nonnunquam, cum id, in quo violatur æquitas, non ita magnum; illud autem, quod ex eo 16 paritur, permagnum videtur: ut Mario, præripere collegis & tribunis pleb. popularem gratiam, non ita turpe: consulem ob eam rem fieri, quod sibi tunc proposuerat, valde utile videbatur. Sed omnium una regula est, quam tibi cupio esse notissimam: aut illud, quod utile videtur, turpe ne sit: aut, si turpe est, ne videatur esse utile. Quid igitur? possumusne aut illum Marium virum bonum iudicare, aut hunc? explica, atque excute intelligentiam tuam, ut videas, quæ sit in 17 ea 18 species, forma, & notio viri boni. Cadit ergo in virum bonum mentiri emolumentum sui causa, criminari, præripere, fallere? nihil profecto minus. Est ergo ulla res tanti, aut commodum ullum tam expetendum, ut viri boni & splendorem, & nomen amittas? Quid est, quod afferre tantum utilitas ista, quæ dicitur, possit, quantum auferre, si boni viri nomen eripuerit, fidem, iustitiamque detraxerit? Quid enim interest, utrum ex homine se 19 quis conferat in belluam, an 20 hominis figura immunitatem gerat belluæ?

## CAP.

11 quo erat constituta res nummaria, proposita poena, si quis contra fecisset. 12 forum. 13 quia plerique procerum habitabant in collibus, & fora essent humiliora, dicebantur Romæ descendere, cum prodirent in publicum, licet non habitarent in editioribus urbis locis. 14 a tribunis, quorum erant subsellia, ut & triumvirorum ac quæstorum: tribunalia vero prætorum & majorum causarum. 15 in vulgatis libris additur, facta sunt, quod a vetustis abest. 16 acquiritur. 17 intelligentia scilicet sua. 18 non specie, sed species

legendum. Nam hoc & binis sequentibus nominibus significatur insita & ante percepta cuiusque formæ cognitio, quam Græci tum ἐννοίαν tum πρόληψιν dicunt, ut est in topicis. 19 alii malunt: se convertat quis: sed cum conferre pro convertere Cicero & veterum alii sint usi, idque in Codicibus antiquis reperitur, dubitari non potest, quin ignotius vocabulum postea mutarint scioli, & supposuerint notius. 20 libri MSS. plerique legunt an hominis figura, absque præpositione in, quæ in vulgatis existat.

1 Pont-



## CAP. XXI.

## ARGUMENTUM.

Ob potentie cupiditatem multos etiam honestatem negligere, Pompeji & C. Caesaris Dictatoris exemplis probat, eorumque facta culpam, objectionibus quibusdam respondens, tandemque atrocitatem tyrannidis J. Caesaris graviter perstringit, concludens inde, nihil, quod turpe & injustum, utile esse.

QUID, qui omnia recta & honesta negligunt, dummodo potentiam consequantur; nonne id faciunt, quod is, qui etiam in focerum habere voluit eum, cujus ipse audacia potens esset? utile enim videbatur plurimum posse alterius invidia: id quam injustum in patriam, quam inutile, quam turpe esset, non videbat. Ipse autem in ore semper Græcos versus Euripidis de Phœnissis habebat: quos dicam, ut potero; incondite fortasse, sed tamen ut res possit intelligi:

*Nam si violandum est jus, regnandi gratia  
Violandum est: aliis rebus pietatem colas.*

4. Capitalis Eteocles, vel potius Euripides, qui id unum, 5 quod omnium sceleratissimum fuerat, exceperit. Quid igitur minuta colligimus, hæreditates, mercaturas, venditiones fraudulentas? Ecce tibi, qui 6 rex populi Romani, dominusque omnium gentium esse concupierit, idque perfecit. Hanc cupiditatem, si quis honestam esse dicit, 7 amens est: probat enim legum, & libertatis interitum; earumque oppressionem tetram, & detestabilem, gloriosam putat. Qui autem fatetur, honestum non esse, in ea civitate, quæ libera fuit, quæque esse debeat, 8 regnare, sed ei, qui id facere possit, esse utile; qua

1 Pompejum taxat, qui Juliam Cæsaris filiam duxit uxorem, ut Cæsaris audacia subnixus multa ad libidinem facere posset. 2 Julius Cæsar: vide Svetonium. 3 de tragœdia, quæ inscribitur Phœnissæ. 4 perniciosus & sceleratus. 5 nimirum

tyrannis. 6 Svetonius in Julio cap. 79. nec ex eo infamiam affectati etiam regii nominis discutere valuit, &c. 7 expers prudentiæ: quoniam ignorat, quid sit honestum, quid utile. 8 Regis & regni in nomen republ. Romana fuit invidiosissimum, ut

qua hunc objurgatione, aut quo potius convitio a tanto errore coner 9 avellere? Potest enim, dii immortales, cuiquam esse utile foedissimum, & teterimum patricidium patriæ, quamvis is, qui eo se obstrinxerit, oppressis civibus 10 parens nominetur? Honestate igitur dirigenda utilitas est, & quidem sic, ut hæc duo 11 verbo inter se discrepare, re tamen unum 12 sonare videantur. 13 Non habeo ad vulgi opinionem, quæ major utilitas, quam regnandi, esse possit. Nihil contra inutilius ei, qui id injuste consecutus sit, invenio, cum ad veritatem cœpi revocare rationem. Possunt enim cuiquam esse utiles 14 angores, sollicitudines, diuturni & nocturni metus, vita insidiarum periculorumque plenissima? *Multi iniqui, atque infideles regno, pauci sunt boni*, inquit 15 Accius. At cui regno? 16 Quod a Tantalos, & Pelope proditum jure obtinebatur. Nam 17 quanto plures ei 18 regi putas, qui 19 exercitu populi Romani, populum ipsum Romanum oppressit, civitatemque non modo liberam, sed etiam gentibus imperantem, fervire sibi coegisset? Hunc tu 20 quas conscientiaë labes in animo censes habuisse? quæ vulnera? Cujus autem vita ipsi potest utilis esse, cum ejus vitæ ea conditio sit, ut, qui illam eripuerit, in 21 maxima & gratia futurus sit, & gloria? Quod si hæc utilia non sunt, quæ maxime videntur, quia plena sunt dedecoris ac turpitudinis; fatis persuasum esse debet, nihil esse utile, quod non honestum sit.

CAP.

ut semper, cum de Romanis loquerentur, tyrannum & tyrannidem denotet. 9 vulgo, *averrere*: sed *avellere* habent plerique librorum antiquorum. 10 Svetonius Cap. 79. inter honores nimios a Cæsare receptos numerat cognomen patris patriæ. 11 verbo & re sic apud Latinos opponuntur, ut apud Græcos λόγῳ καὶ ἔργῳ. 12 significare. Vide Metaphoram elegantem in discrepare & sonare. 13 Vulgata, nunc ab eo ad vulgi opinionem, sunt fatua. Non habeo autem est, non habeo dicere. 14 exemplum superius attulit ipse non unum. Hic addatur insigne

Tiberii, de cujus angoribus vide Svetonium in ejus vita cap. 63. & seq 15 in tragœdia, quæ inscribatur Thyestes. 16 legitima successione a patre ad filium Thyestem quasi per manus transmissum. 17 si hoc contingere potuit Thyesti, qui paternum avitumque regnum tenebat, quid debet putare Cæsar? 18 Cæsari, quem invidiose regem appellat. 19 cum, quod in vulgatis inseritur, non est in ullo veteri libro, & elegantius abest. 20 vide Tacitum Annal. cap. 6. de Tiberio ex Platonis sententia. 21 hoc dicit in laudem Bruti & cæterorum tyrannidarum.

; Vide

## CAP. XXII.

## ARGUMENTUM.

*Nihil, quod turpe, utile esse posse, etiam exemplis dissimilibus illustrat. Et primo quidem laudat C. Fabricium, Q. F. deinde vero eos reprehendit, qui publico nomine, relicta honestate, utilitatem sunt secuti, ut L. Philippus, Cato Uticensis, & Curio.*

**Q**UAMQUAM id quidem, cum sæpe alias, tum Pyrrhi bello a C. Fabricio, consule iterum, & a senatu nostro judicatum est. Cum enim rex Pyrrhus populo Romano bellum ultro intulisset; cumque 1 de imperio certamen esset cum rege generoso, ac potente; 2 perfuga ab eo venit in castra Fabricii eique est pollicitus, si præmium ei proposuisset, se, ut clam venisset, clam in Pyrrhi castra rediturum, & eum veneno necaturum. Hunc Fabricius reducendum curavit ad Pyrrhum: idque factum ejus a senatu laudatum est. Atqui, si speciem utilitatis, opinionemque quærimus, magnum illud bellum perfuga unus, & gravem adversarium imperii sustulisset: sed magnum dedecus, & flagitium, quicum laudis certamen fuisset, eum non virtute, sed scelere superatum. Utrum igitur utilius, vel Fabricio, qui talis in hac urbe, qualis Antistides Athenis fuit: vel senatui nostro, qui nunquam utilitatem a dignitate sejunxit, 3 armis cum hoste certare, an venenis? Si gloriæ causa imperium expetendum est; scelus absit, in quo non potest esse gloria. Sin ipsæ opes expetuntur 4 quoquo modo, non poterunt esse utiles cum infamia. Non igitur utilis illa L. Philippi, Q. filii, sententia: quas civitates L. Sulla, pecunia accepta, ex S. C. 5 liberavisset, ut hæc rursus vectigales essent, neque his pecuniam, quam pro libertate dederant, redderemus

1 Vide superius lib. I. cap. 12. in bellis, quæ crebra esse cœperunt, nimium intenderentur.  
2 medicus Pyrrhi, ut ab aliis traditum est. 3 jure gentium 4 per fas & nefas. 5 immunes jam pridem nefas fuit, hostem ac liberas esse jussisset.  
veneno interficere: ne pericula

6 sub.

mus. Est ei senatus assensus. Turpe imperio. Piratarum enim melior fides, quam senatus. At aucta vectigalia: utile igitur. Quousque audebunt dicere, quicquam utile, quod non honestum? Potest autem ulli imperio, quod gloria debet & fultum esse, & benevolentia sociorum, utile esse odium & infamia? Ego etiam cum Catone meo sæpe disseni: nimis mihi 7 præfracte videbatur ærarium vectigaliaque defendere, omnia publicanis negare, multa sociis: cum in hos benefici esse deberemus; cum illis sic agere, ut cum 8 colonis nostris soleremus: eoque magis, quod illa 9 ordinum conjunctio ad salutem reipublicæ pertinebat. Male etiam Curio, cum causam 10 Transpadanorum æquam esse dicebat. Semper autem addebat, 11 VINCAT UTILITAS. Potius diceret, non esse æquam, quia non esset utilis reipublicæ, quam cum utilem esse diceret, non esse æquam fateretur.

## C A P. XXIII.

## A R G U M E N T U M.

*Proponit hic Cicero varias questiones spinosas, in quibus utilitas ad se rapere, honestas contra revocare ad se videtur, easque in utramque partem ventilat. In earum dijudicatione magis Antipatro, defendenti honestam jacturam contra turpem utilitatem, & iniquum lucrum, quam Diogeni, hoc potius spectandum contendenti, assentiri videtur.*

PLE-

6 subnixum, firmatum & stabilitum. 7 dure ac pertinaciter. 8 quibus, si calamitas quædam fundum infestavit, & proventum perdidit, remittimus aliquid de pacta mercede, aut vectigali annuo: sic & publicanis, si animose nimis vectigalia publica conduxerunt, & inopinata mala intercesserunt, per quæ non possunt solvere, quantum ad reip. solvendum se obstrinxerunt, æquitas postulat, ut nonnihil pecuniæ debitæ remittatur, 9 illa Catonis durities

ordinem equestrem a senatu disjunctum, & fenestram aperuit Cæsari & Pompejo, rempublicam opprimendi. 10 qui petebant jus civitatis, quorum causam egit Curio. 11 Clamabat Curio, vincat utilitas, quamvis adversaretur æquum, jus, & fas. Cicero vero docet, Curioni potius dicendum fuisse, vincat æquum, licet aliud suadere videatur utilitas, sed quia ei repugnat æquitas, ideo utilitas est repudianda.

Non

**P**LENUS est sextus liber de officiis Hecatonis tallium quæstionum: sitne boni viri, in maxima caritate 1 annonæ 2 familiam non alere? 3 In utramque partem disputat: sed tamen ad extremum 4 utilitate putat officium dirigi magis, quam 5 humanitate. Quærit, si in mari jactura facienda sit, equine pretiosi potius jacturam faciat, an 6 servuli vilis? Hic alio res familiaris, 7 alio ducit humanitas. Si tabulam de naufragio stultus arripuerit, extorquebitne eam sapiens, si potuerit? 8 negat, quia sit 9 injurium. Quid 10 dominus navis? eripietne suum? minime: non plus quam si navigantem in altum ejicere de navi velis, quia sua 11 sit. Quoad enim perventum sit eo, quo 12 sumpta navis est, non domini est navis, sed navigantium. Quid, si una tabula sint duo naufragi æque sapientes; sibine 13 uter rapiat, an alter cedat alteri? cedat vero: sed ei, cujus magis intersit, vel sua, vel reipublicæ causa vivere. Quid, si hæc paria in utroque? nullum erit certamen; sed, quasi 14 forte, aut 15 micando victus, alteri cedet alter. Quid si pater fana expilet, 16 cuniculos agat ad ærarium, indicetne id magistratibus filius? Nefas id quidem est. Quin etiam 17 defendat patrem, si arguatur. Non igitur patria præstat omnibus officiis? imo vere: sed ipsi patriæ conducit, pios habere cives in parentes. Quid si tyrannidem occuparet, si patriam prodere conabatur pater? silebitne filius? imo vero

K

ob-

1 Non tantum frumenti, sed quidquid ad victum attinet. 2 mancipia. 3 cur & alenda, & deferenda videatur. 4 ut potius fame pereant servi & ancillæ, quam ipse aut insigni detrimento afficiatur, aut cum suis liberis fame periclitetur. 5 ut familia conservetur propter naturalem societatem rationis & orationis, quæ servis etiam cum dominis intercedit. 6 qui non magni vendi possit. 7 vincere debet humanitas, etiamsi vilissimi pretii sit mancipium. 8 cum tamen præstet eum vivere, qui sit utilior reipublicæ. 9 nam quamvis conservationi mei inprimis servire me docuerit

natura, tamen non vult, ut cum injuria alterius me servem. 10 navicularium & magistrum navi vocant Jcti. 11 in vulgatis inferitur non, sed invitis veteribus, est enim ratio, quam affert dominus navis, quare navigantem in alto, e navi ejiciat. 12 conducta. 13 pro utervis. 14 ut Jonas in sacris literis. 15 controversias micationibus decidi solere, æque ut sortibus, ex Turci Aproniani Pr. urb. edicto, quo & exstat, clarum est. 16 subterraneos meatus, ut furetur pecuniam ex arario. 17 id utique pietas liberorum in parentes requirit, si parentum crimina non adin-

teri-

obsecrabit patrem, ne id faciat. Si nihil proficiet, 18 accusabit: minabitur etiam: ad extremum, si ad perniciem patriæ res spectabit, 19 patriæ salutem anteponit saluti patris. Quærit etiam, si sapiens adulterinos nummos acceperit imprudens pro bonis: cum id rescierit, soluturusne sit eos, si cui debeat, pro bonis. Diogenes ait: Antipater negat: cui potius 20 assentior. Qui 21 vinum fugiens vendat sciens, debeatne dicere. Non necesse putat Diogenes: Antipater viri boni existimat. Hæc sunt quasi 22 controversa jura Stoicorum. In mancipio vendendo dicendane vitia? non ea, quæ nisi dixeris, 23 redhibeatur mancipium jure civili; sed hæc, mendacem esse, aleatorem, furacem, ebriosum. Alteri dicenda videntur, alteri non dicenda. Si quis aurum vendens, orichalcum sed putat vendere, indicetne ei vir bonus, aurum illud esse, an emat denario, quod sit 24 millenarium? Perspicuum jam est, & quid 25 mihi videatur, & quæ sit inter eos philosophos, quos nominavi, controversia.

## C A P. XXIV.

## A R G U M E N T U M.

*Quæritur hic: An etiam in promissis, pactis & conventionibus τὸ πῆρὸν semper debeat servari? Sunt autem duplicia promissa. Hic de iis agit, quæ nec vi, nec dolo malo facta sunt; atque hic duas quæstiones proponit: unam de pacto, utrum servari debeat, nec ne? alteram de promissis absurdis & ineptis. In priore præter causam dubitandi notanda ratio, cur liceat uti*

*me-*

teritum patriæ spectant. 18 reprehender: non enim hoc loco est, accusare ad iudices. 19 quod libro primo pluribus declaravit, quia omnium charitates patria una complexa sit. 20 vera est Antipatri contra Diogenem sententia. Dolus enim alterius, quo ego deceptus sum, nullam mihi jus dat, vicissim decipiendi alterum &c. 21 quod durare & ætatem ferre nequit, & cujus vis exolefcit brevitatem

pore. 22 alii: *controversia in jure Stoicorum*. Sed melius in MSSis: *controversa jura*, id est, ambigua, de quibus Stoici inter se dissentiunt: quæ translatio sumpta est a JCtis, in juri- bus dubiis dissentientibus. 23 opus sit recipere mancipium venditum. 24 quod æstimetur, vendatur mille denariis. 25 nimirum, indicandum hoc venditori ab emtore bono viro esse, quod minoris suam vendiderit.

*In*

*medicamento? itemque responsio ad questionem: Vitæ & salutis consulendum: in posteriore vero responsio triplex.*

**P**ACTA & promissa semperne servanda sint, quæ nec vi, nec dolo malo ( ut prætores solent 1 ) facta sint? Si quis medicamentum cuiquam dederit ad 2 aquam intercutem; pepigeritque, ne illo medicamento sanus factus fuerit, & annis aliquot post incidere in eundem morbum, nec ab eo, quicum pepigerat, impetret, ut item eo liceat uti, quid faciendum sit; cum sit is inhumanus, qui non concedat, nec ei quidquam fiat injuriæ, vitæ, & salutis consulendum. Quid? si quis sapiens rogatus sit ab eo, qui eum hæredem faciat, cum ei testamento 3 sestertium millites relinquatur, ut ante, quam hæreditatem adeat, luce palam in foro saltet, idque se facturum promiserit, quod aliter eum hæredem scripturus ille non esset: faciat, quod promiserit, nec ne? 4 Promisisse nollem, & id arbitror fuisse gravitatis: sed quoniam promisit, si saltare in foro turpe ducet, 5 honestius mentietur, si ex hæreditate nihil ceperit: nisi forte eam pecuniam in repub. 6 magnum aliquod tempus contulerit, ut vel saltare eum, cum patriæ consulturus sit, turpe non sit.

## C A P. XXV.

## A R G U M E N T U M.

*Ad alterum promissorum genus hic progreditur auctor, quæ quia non sunt his, quibus promiseris, utilia, non esse servanda docet. Hic primo hujus generis fabellas tres proponit: his deinde ζήτηματα duo de depositis addit, quibus idem ostendit, quod in fabulis. Postremo finiens totam disputationem de comparatione*

K 2

uti-

1 In nonnullis additur, *eddicere*: sed alii vel hoc, vel *servare*, quod in prætoris edicto exprimitur, subintelligi malunt. 2 morbum hydropisim. 3 Miliones tres. 4 sapientis & gravis viri fuisset, non promittere. 5 majori laude fidem promissis non præstabit, quoniam ostendit antiquiorem sibi esse virtutem & decorum omnibus aliis rebus. 6 in aliquam difficultatem & necessitatem reip. cui adesse debemus, & quicquid pro illa faciamus, decet.

1 Inu-

utilis & honesti; se nunc deinceps discursum de eadem ad reliquos quoque duos officiorum fontes, fortitudinem nempe, & temperantiam, quarum elegantes descriptiones ponit, reducturum pollicetur.

**A**CNE illa quidem promissa servanda sunt, quæ non sunt 1 iis ipsis utilia, quibus illa promiseris. Sol Phætoni 2 filio (ut redeamus ad fabulas) facturum se esse 3 dixit, quidquid optasset. Optavit, ut in currum patris tolleretur. Sublatus est; atque 4 infans 5 antequam constitit, ictu 6 fulminis deflagavit. Quanto melius fuerat in hoc, promissum patris non esse servatum? Quid, quod Theseus exegit promissum a Neptuno? cui cum tres optationes Neptunus dedisset, optavit interitum Hippolyti, filii sui, cum is patri suspectus esset de 7 noverca: quo optato impetrato, Theseus in maximis fuit luctibus. Quid? Agamemnon cum devovisset Dianæ, quod in suo regno pulcherrimum natum esset illo anno, immolavit 8 Iphigeniam, qua nihil erat eo quidem anno natum pulchrius. Promissum potius non faciendum, quam tam 9 tetrum facinus admitrendum fuit. Ergo & promissa non facienda nonnumquam. Neque semper deposita reddenda. Si gladium quis apud te 10 sana mente deposuerit, reperat infaniens: reddere, peccatum fit; non reddere, officium. Quid? si is, qui apud te pecuniam deposuerit, bellum inferat patriæ, reddesne depositum? non credo: facies enim contra rempublicam, quæ debet esse charissima. Sic multa, quæ honesta natura videntur esse, 11 temporibus fiunt non honesta. Facere promissa, stare conventis, reddere deposita, commutata utilitate fiunt non honesta. Ac de iis quidem, quæ videntur esse utilitatis contra justitiam simulatione prudentiæ, satis arbitror dictum. Sed  
quo-

1 Inutile aut noxium promissum non servandam. 2 ex Clymene nympa, Oceani & Thetyos filia. 3 imo juravit per aquam Stygiam. 4 ex scorpionis conspectu tertius habenas remisit, ut equi sentirent, se non verum aurigam habere. 5 antequam se colligeret, & sic conponeret, ut stare posset. 6 a Jove precibus mortalium, tanto incendio laborantium, auditis. 7 Phædra. 8 fabula est apud Euripidem in tragœdia. 9 crudele & horrendum. 10 alii: sana mentis: sed vetustiores, sana mente. 11 per temporis rationem, hoc est, ut nunc loquuntur in scholis Philosophorum, propter circumstantias tem-



quoniam a quatuor fontibus honestatis primo libro officia duximus, in eisdem 12 versabimur, cum docebimus, ea, quæ videntur esse utilia, neque sunt, quam sint virtutis inimica. Ac de prudentia quidem, quam vult imitari malitia: idemque de iustitia, quæ semper est utilis, disputatum est. Reliquæ sunt duæ partes honestatis: quarum altera in animi excellentis magnitudine, & præstantia cernitur; altera in 13 conformatione, & moderatione continentia, & temperantia.

## C A P. XXVI.

## A R G U M E N T U M.

*Collatione dissimilium exemplorum ostendit, quæ vere fortis hominis officia sint, contemnere scilicet utilia. Primum exemplum fabulosum est & externum, de Ulyssæ. Ejus factum comparatione utilitatis & honestatis pertractat, turpitudinemque duobus argumentis amplificat. Alterum est historicum & domesticum, de M. Atilio Regulo (v. Lib. I. C. 13.)*

**U**TILE videbatur Ulyssæ, ut quidem 1 poetæ tragici prodiderunt: nam apud Homerum, 2 optimum auctorem, talis de Ulyssæ nulla suspicio est: sed insimulant eum tragœdiæ, 3 simulatione infantiæ malitiam subterfugere voluisse. Non honestum consilium. At utile (ut aliquis fortasse dixerit) regnare, & 4 Ithacæ vivere otiose cum parentibus, cum uxore, cum filio. 5 Ullum tu decus in quotidianis periculis, & laboribus cum tranquillitate hac conferendum putas? ego vero 6 istam contemnendam, & abjiciendam: quoniam, quæ honesta non sit, ne utilem quidem esse arbitror. Quid enim auditorum putas fuisse Ulyssæ, si in illa simulatione perse-

K 3

seve-

temporis. 12 tenebimus & exequemur propositum & institutum ordinem. 13 *Φιλανθρωπία*, cuius contrarium apud Terentium homo per paucorum hominum.

1 Quorum nullus exstat. 2 fabularum & artificii poetici, non historiarum. 3 malitia quædam, quæ prudentiam videretur imi-

tari, cum ab ea distet plurimum. 4 quæ erat patria sua. 5 i. e. nulla tranquillitas & vita otiosa potest conferri cum decore & laude, quam meretur quis ex laboribus & periculis aditis pro decore servando 6 tranquillitatem.

7 quena

severasset? qui cum maximas res gesserit in bello, tamen hæc audivit ab 7 Ajace:

8 Cujus ipse princeps jurisjurandi fuit,  
 Quod omnes scitis, solus neglexit fidem:  
 Furere assimulavit: ne 9 coiret, institit.  
 Quodni 10 Palamedis perspicax prudentia  
 Istius 11 percepset malitiosam audaciam;  
 Fide sacratum jus perpetuo falleret.

Illi vero non modo cum hostibus, verum etiam cum fluctibus id quod fecit, dimicare melius fuit, quam deserere consentientem Græciam ad bellum 12 barbaris inferendum. Sed dimittamus & 13 fabulas, & externa: 14 ad rem factam nostraque veniamus. M. Attilius Regulus, cum consul iterum in Africa ex insidiis captus esset, duce Xantippo Lacedæmonio, imperatore autem patre Hannibalis Hamilcare, juratus missus est ad senatum, ut, nisi redditi essent Pœnis captivi nobiles quidam, rediret ipse Carthaginem. Is, cum Romam venisset, utilitatis speciem videbat, sed eam, ut res declarat, 15 falsam judicavit: quæ erat talis, manere in patria, esse domi suæ cum uxore, cum liberis, & quam calamitatem accepisse in bello, communem fortunæ bellicæ judicantem, tenere consularis dignitatis gradum. Quis hæc neget esse utilia? 16 quem censes? magnitudo animi, & fortitudo negat.

## CAP.

7 quem Ulysses superavit in judicio armorum. 8 Senarii jambici ex Pacuvii armorum judicio. 9 cum reliquis Græcis, in concilio Græcorum: ubi actum de bello Trojanis publice inferendo. 10 cum enim Ulysses araret & salem fereret, ut furens videretur, Palamedes objecit aratro Telemachum, filium Ulyssis: qui inde timens filio se aperuit. 11 percepset, pro percepisset, quod in quibusdam legitur. 12 Phrygibus 13 non

enim hoc de Ulysses verum putabat. 14 Codices plurimum variant. Sed plenior est *ἀντίθεσις* ad rem factam nostraque, ut opponatur iis, *dimittamus & fabulas & externa*. 15 quæ deciperet, cum utile esse non posset, quod honestum non esset. 16 elegans locutio, *quem censes?* scilicet esse Attilium: quid dices de Attilio? quamquam aliæ editiones habent: *quid censes?*

i quam

## CAP. XXVII.

## ARGUMENTUM.

*Factum M. Attilii iterum comparatione utilitatis & honestatis dilatat, causamque dubitandi per congeriem utilium amplificat, sed quæstionem, argumento h. l. a natura honestatis, & præcipue a proprietatibus fortitudinis, & cognatarum specierum petito decidens, honestatem utilitati recte præpositam dicit, Regulamque laudat, defendit, & commendat.*

**N**UM 1 locupletiores quæris auctores? Harum enim est virtutum proprium, 2 nil extimescere, omnia humana despicerere, nihil, quod homini accidere possit, intolerandum putare. Itaque quid fecit? in senatum venit: mandata exposuit: sententiam ne diceret, recusavit: 3 quamdiu jurejurando hostium teneretur, non esse se senatorem. Atque illud etiam, (o stultum hominem, dixerit quispiam, & repugnantem utilitati suæ!) reddi captivos, negavit esse utile: illos enim adolescentes esse & bonos duces; se jam confectum senectute. Cujus cum valuisset auctoritas, captivi retenti sunt, ipse Carthaginem rediit; neque eum charitas patriæ retinuit, nec suorum. Neque vero tum ignorabat, se ad crudelissimum hostem, & ad 4 exquisita supplicia proficisci; sed jusjurandum conservandum putabat. Itaque tum, cum vigilando necabatur, 5 erat in meliore causa, quam si domi senex captivus, perjurus, consularis remansisset. At stulte, qui non modo non censuerit captivos remittendos, verum etiam dissuaserit. Quo modo stulte? etiamne, si reipublicæ conducebat? 6 potest autem, quod inutile reipublicæ sit, id cuiquam civi utile esse?

K 4

CAP. |

1 Quam animi magnitudinem & fortitudinem. 2 Magnificentius hæc dicuntur, quam verius. 3 hoc etiam affirmant Jcti, aliudque exemplum docet apud Gellium lib. VII. Noct. Attic. c. 18. 4 vide Gellium lib. VI. cap. 4. & Augustinum de Civi-

tate Dei. 5 rectius fecit, meliorem causam habuit, felicior erat, siquidem ex honesto felicitas provenit. 6 sicut nemini potest esse utile, quod inutile generi est humano: sic nec civi potest prodesse, quod nocet civitati, quia pars est civitatis.

1 Quo-

C A P. XXVIII.  
A R G U M E N T U M.

*Eidem sententiæ inherens, aliquot objectiones contra factum Reguli pro utilitate insigni præferenda honesto offert: quarum argumenta partim ab eventu & tuto, partim a collatione malorum, a personæ conditione partim, itemque a qualitate, & genere facti, tandemque ab utilitatis magnitudine desumpta sunt.*

**P**ERVERTUNT homines ea, quæ sunt 1 funda-  
menta naturæ, cum utilitatem ab honestate se-  
jungunt. Omnes enim expetimus utilitatem, ad eam-  
que 2 rapimur; nec facere aliter ullo modo possumus.  
Nam quis est, qui utilia fugiat? aut quis potius,  
qui ea non studiosissime persequatur: sed quia  
nusquam possumus, nisi in laude, decore, honestate,  
utilia reperire; propterea 3 illa prima, & summa  
habemus: utilitatis nomen non tam splendidum, 4  
quam necessarium ducimus. Quid est igitur, dixerit  
quis, in iurejurando? num iratum timemus Jovem?  
at hoc quidem commune est omnium philosophorum,  
non 5 eorum modo, qui Deum nihil habere ipsum  
negotii dicunt, & nihil exhibere alteri: sed 6 eorum  
etiam, qui Deum semper agere aliquid, & moliri  
volunt, numquam nec irasci Deum, nec nocere.  
Quid autem iratus Jupiter plus nocere potuisset,  
quam nocuit sibi ipse Regulus? Nulla igitur vis fuit  
religionis, quæ tantam utilitatem 7 præverteret.  
An, ne turpiter faceret? Primum, 8 MINIMA  
DE MALIS. Num igitur tantum mali turpitude ista  
ha-

1 Quoniam honestum est secundum naturam, & nihil est utile, quod non sit honestum. 2 vi & imperio naturæ: sed nos corrupti verum utile non perspiciamus. Avaritiæ nubilo aut alterius affectus caligine obducti, zstuque calamitatum inflammati. 3 laudem, decorem & honestatem, quibus datur primus & summus locus. 4 propter humanam indigentiam. 5 Epicureorum. 6 Stoicorum, Peripateticorum & Academicorum. 7 præveniret, anteponeret, quorum illud in quibus editis & MSS. tamquam notius irrepfit. 8 debemus negligere.

Ac-

habeat, quantum ille cruciatus? Deinde illud etiam apud 9 Accium:

10 *Fregisti fidem? neque dedi, neque do infideli cuiquam.*

Quamquam ab impio rege 11 dicitur, luculente tamen dicitur. Addunt etiam: quemadmodum nos dicamus, videri quædam utilia, quæ non fiat; ut hoc ipsum videtur honestum, conservandi jurisjurandi causa ad cruciatum revertisse: sed sit non honestum, quia, 12 quod per vim hostium esset actum, ratum non esse debuit. Addunt etiam, quidquid valde utile sit, id fieri honestum, etiam si antea non videtur. Hæc fere contra Regulum.

## C A P. XXIX.

## A R G U M E N T U M.

*Respondet Cicero ad objectiones contra Reguli factura prolatas. Prima responsio sumpta est ab obligatione, & vi juramenti, & a distinctione. Altera a definitione mali; tertiam objectionem de juramentis, & jure erga hostes servando distinctione refellit. Mox addit, quando non necesse sit servare juramentum, addito exemplo, non latroni quidem aut piratæ, hosti tamen legitimo ac justo juramentum servandum esse innuens.*

**S**ED prima videamus. Non fuit Jupiter metuendus, ne iratus noceret, quia 1 neque irasci solet, neque nocere. Hæc quidem ratio non magis contra Regulum, quam contra omne jusjurandum valet. Sed in jurejurando, non qui metus, sed quæ vis sit, debet intelli i. Est enim jusjurandum 2 affirmatio religiosa. Quod autem affirmate, quasi Deo teste, promiseris, id tenendum est. Jam enim non ad iram deorum, 3 quæ nulla est, sed ad justitiam, & ad fidem pertinet. Nam præclare Ennius:

K. 5

O. 5.

9 Accium pro Attium restituit Grævius. 10 ne, quod in vulgatis additur, non est in MSS. 11 Atreo, qui fratrem deceperat Thyestem. 12 Sic enim edicebat prætor; quod vi metusque causa gestum est, ratum non habebat.

1 Ut scilicet homines solent irasci: sed irascitur ut iudex, qui sine ira punit nocentes. 2 videtur hanc definitionem accepisse ab Aristotele in Rhetor, ad Alexandrum cap. 18. 3 ut Philosophi omnes affirmant.

4 ple-

*O fides alma 4 apta pinnis, & 5 jusjurandum Jovis!*

Qui igitur jusjurandum violat, is fidem violat: quam in 6 Capitolio vicinam Jovis Optimi Maximi (ut in Catonis 7 oratione est) majores nostri esse voluerunt. At enim ne iratus quidem Jupiter plus Regulo nocuisset, quam sibi nocuit ipse Regulus. Certe, 8 si nihil malum esset, nisi dolete. Id autem non modo non summum malum, sed 9 nec malum quidem esse, maxima auctoritate philosophi affirmant. Quorum quidem testem non mediocre, sed haud scio an gravissimum, Regulum, nolite, quaeso, vituperare. Quem enim locupletiolem quaerimus, quam 10 principem populi Romani, qui retinendi officii causa cruciatum subierit voluntarium? Nam, quod agunt, MINIMA DE MALIS; id est, ut turpiter potius quam calamitose: an est [ullum majus malum turpitudine? Quæ si in deformitate corporis habeat aliquid offensionis, quanta illa depravatio & foeditas turpificati animi debet videri? Itaque 11 nervosius qui ista disserunt, solum audent malum dicere id quod turpe sit: qui autem 12 remissius, hi tamen non dubitant summum malum dicere. Nam illud quidem:

*Neque dedi, neque do fidem infideli cuiquam:*

idcirco recte a poeta dicitur, quia cum tractaretur Atreus, 13 personæ serviendum fuit. Sed si hoc 14 sibi sumunt, nullam esse fidem, quæ infideli data sit: videant, ne 15 quaeratur latebra perjurio. Est autem etiam jus bellicum, fidesque jurisjurandi, sæpe 16 cum hoste servanda. Quod enim ita juratum est, ut mens 17 conciperet fieri oportere, id obser-

van-

4 plerisque simulacris Deorum, ut Victoriæ, Famæ &c. affingebant alas, ut Deos ubique præsto esse indicarent. *Apta* autem *pinnis* est *πτερόεσσα*. 5 Jovi tribuitur *κατ' ἐξοχήν*, quia Jupiter credebatur vindex esse jurisjurandi. 6 Fidem in Capitolio primus cōsecravit Atilius Calatinus. 7 censorium intelligit. 8 juxta Epicureos, quibus summum malum est dolor. 9 hæc fuit opinio Stoicorum,

statuentium, nihil esse numerandum in malis, præter vitia. 10 erat enim consularis. In aliis edit. est *principem reipublicæ*. 11 ut Stoici. 12 ut Peripatetici. 13 decoro personæ. 14 hujus defensionem suscipiunt. 15 servanda fides etiam infideli. 16 hæc est omnium veterum librorum scriptura, quam cum etiam primæ impressionis libri integram conservent, Manutii sine causa immutarunt, & sæpe *hosti servanda*, reposuerunt. 17 Vul-

vandum est: quod aliter; id si non feceris, nullum perjurium est: ut, si 18 prædonibus pactum pro capite pretium non attuleris, nulla fraus est, ne si juratus quidem id non feceris. Nam pirata non est 19 perduellium numero definitus, sed communis hostis omnium. Cum hoc nec fides esse debet, nec iusjurandum commune. Non enim falsum jurare 20 perjurare est: sed quod 21 ex animi tui sententia juraveris, sicut verbis concipitur, more nostro, id non facere, perjurium est. Scite enim Euripides:

22 *Juravi lingua, mentem injuratam gero.*

Regulus vero non debuit conditiones, pactionesque bellicas & hostiles perturbare perjurio. Cum iusto enim, & legitimo hoste res gerebatur: adversus quem & totum 23 jus feciale, & multa sunt jura communia. Quod ni ita esset, numquam claros viros senatus victos hostibus dedisset.

## C A P. XXX.

## A R G U M E N T U M.

Proponit auctor quatuor exempla Romana, in quibus fides aut servata hostibus, aut pactioibus a Senatu improbatis ipsi imperatores, & consules iisdem dediti. Post objectionem quartam examinat, & viro forti ex principio Stoico vim non posse inferri asserit: respondetur simul novæ objectioni. Tandem quinta obiectio solvitur, honestatem nempe esse causam utilitatis: non enim, quia utile, ideo honestum: sed quia honestum, ideo utile; atque adeo hæc duo nominibus quidem discrepare, sed re ipsa congruere, persuadere conatur.

K 6

AT

go, mens deferentis conciperet. Sed deferentis non est in MSS. & procul dubio ex glossamate irrepsit. Etenim iusjurandum debet ad mentem & sensum illius præstari, qui illud defert, & quicum juranti negotium est. Nam dictis ipsis testem adhibens Deum, debet dicta facere vera, quomodo putat a deferente illa intelligi. 18 cum enim humano generi semper infesti sint, jus humanum eos juvare non debet. 19 Vulgo: est ex perduel-

lium: sed ex delet Grævius, & phrasin hanc exponit: non est relatus in certorum & iustorum hominum numerum. 20 Omnes libri MSS. ita habent, non perjurare, ut est in vulgatis. 21 solennis Ciceroni aliisque loquutio. 22 sunt verba Etheoclis apud Euripidem in Phænissis, qui juraverat, se peracto anno daturum sceptrum fratri suo Polycini: sed postea dixit se jurasse lingua non mente. 23 de quo multa libro primo.

1 Apu-

AT VERO T. Veturius & Spurius Postumius, cum iterum consules essent, quia cum male pugnatum apud 1 Caudium esset, legionibus nostris 2 sub jugum missis, pacem cum Samnitibus fecerant, dediti sunt his: 3 injussu enim populi, senatusque fecerant. Eodemque tempore 4 T. Numicius, Q. Mælius, qui 5 cum tribuni pleb. erant, quod eorum auctoritate pax erat facta, dediti sunt, ut pax Samnitium repudiaretur: atque hujus deditiois ipse Postumius, qui debebatur, 6 suator, & auctor fuit. Quod idem multis annis post C. 7 Mancinus: qui, ut Numantinis, quibuscum sine senatus auctoritate fœdus fecerat, dederetur, rogationem suavit eam, quam L. Furius, & Sex. Attilius ex S. C. ferebant: qua accepta est hostibus deditus. 8 Honestius hic, quam Q. Pompejus: quo, cum in 9 eadem causa esset, deprecante, accepta 10 lex non est. 11 Hic ea, quæ videbatur, utilitas plus valuit, quam honestas: 12 apud superiores utilitatis species falsa ab honestatis auctoritate superata est. 13 At non 14 debuit ratum esse, quod erat actum per vim. Quasi vero 15 forti viro vis possit adhiberi. Cur igitur ad senatum proficiscebatur, cum præsertim de captivis dissuasurus esset? Quod maximum in eo est, id reprehenditis. Non enim suo iudicio stetit, sed suscepit causam, ut esset iudicium senatus: cui nisi ipse auctor fuisset, captivi profecto Pœnis redditi essent; ita incolumis in patria Regulus restitisset. Quod  
quia

1 Apuliæ vicum. 2 Vide Livium lib. IX. inermes milites cum singulis vestimentis extra vallum exire iussit. 3 Livius de hac eadem re: *Injussu populo nego quidquam sanciri posse, quod populum teneat*. Hinc a senatu magis pro sponsione habebatur, quam pro pactione aut fœdere: ideoque sponsores non locupletes dederunt hostibus. 4 Mire in his nominibus variant codices atque interpretes. 5 cum actum est de Samnitium pace repudianda, non cum facta pax est: nam extra urbem esse nisi per unum diem tribuni plebis non licebat. 6 lege apud Livium verba Postumi,

id suadentis. 7 qui auctore Plutarcho ignavissimus omnium Romanorum ducum fuit. 8 majori cum laude fortitudinis & magnanimitatis. 9 eadem ignominia premeretur, nam paullo ante cum iisdem Numantinis æque infame fœdus pepigerat. 10 hanc supra rogationem nominavit. 11 apud Pompejum, qui volebat hostibus dedi. 12 apud Titum Veturium & Spurium Posthumum, Consules; qui suaserunt propter honestatem, ut hostibus dederentur. 13 assert aliud, quod Regulo objici potuisset. 14 sic sane sentiebant & Philosophi & Jcti. 15 hæc non sunt inepta, nec Stoica, sed



quia patriæ non utile putavit, idcirco honestum sibi & sentire illa, & pati credidit. Nam quod ajunt, quod valde utile sit, id fieri honestum: 16 immo vero esse, non fieri. Est enim nihil utile, quod idem non honestum: nec, quia utile, honestum est: sed, quia honestum, utile. Quare ex multis mirabilibus exemplis, haud facile quis dixerit hoc exemplo aut laudabilius, aut præstantius.

## C A P. XXXI.

## A R G U M E N T U M.

*Laudatur Reguli factum; hinc majorum in jurejurando observando religionem Cicero dilaudans, suorum temporum levitatem reprehendit. Probata majorum observantia dicta Pomponii historia commemoratur. Tandem epiphonema de temporum priscorum moribus adjiciens, caput hoc T. Manlii encomio finit.*

SED ex tota hac laude Reguli unum est illud admiratione dignum, quod captivos retinendos censuerit. Nam quod redit, nobis nunc mirabile videtur, 1 illis quidem temporibus aliter facere non potuit. Itaque ista laus non est hominis, sed temporum. Nullum enim vinculum ad adstringendam fidem jurejurando majores arctius esse voluerunt: id indicant leges in duodecim tabulis: indicant 2 sacratæ: indicant fœdera, quibus etiam cum hoste devincitur fides: indicant 3 notiones, animadversionesque censorum, qui nulla de re diligentius, quam de jurejurando judicabant. L. Manlio, Auli filio, cum dictator fuisset, M. Pomponius tribunus pl. diem dixit, quod is 4 paucos sibi dies ad dictaturam geren-

sed longe verissima & omnibus Philosophis communia. Non hic loquitur de perfecto sapiente, sed de viro forti, etiam ex vulgo, qui non potest cogi, si nolit. 16 Hoc quoque certissimum. Nihil enim turpe natura potest utilitate magna proposita fieri utile.

1 Simile Africani exemplum laudat Cicero lib. II. cap. xxii. ineunte. 2 sic in libris vetustis, & impressis plerisque omnibus: de legibus sacratis Cicero in Cornelianâ, tanta, inquit, in illis virtus fuit, ut anno XVI. post reges exactos propter nimiam dominationem potentiam secederent, leges sacratas ipsi sibi vocarent &c. in Manutianis editionibus legitur, indicant sacra, quod Marfus de sacrorum ritibus interpretatur. 3 judicia & cognitiones. 4 quod, occasio-  
ne

rendam addidisset. Criminabatur etiam, 5 quod Titum filium, qui Torquatus postea est appellatus, ab hominibus relegasset, & ruri habitare iussisset. Quod cum audivisset adolescens filius, negotium exhiberi patri; accurrisse Romam, & 6 cum prima luce Pomponii domum venisse dicitur. Cui cum esset nuntiatum; 7 qui illum iratum allaturum ad se aliquid contra patrem arbitraretur, surrexit e lectulo, 8 remotisque arbitris ad se adolescentem iussit venire. At ille, ut ingressus est, confestim gladium 9 distrinxit, juravitque, se illum statim interfecturum, nisi jusjurandum sibi dedisset, se patrem missum esse facturum. Juravit hoc coactus terrore Pomponius: rem ad populum detulit: docuit, cur sibi causa desistere necesse esset: Manlium 10 missum fecit. Tantum temporibus illis jusjurandum valebat. Atque hic T. Manlius is est, qui ad Anienem Galli, quem ab eo provocatus occiderat, 11 torque detracta, 12 cognomen invenit: cujus tertio consulatu Latini ad 13 Vesperim fusi, & fugati: magnus vir in primis: & qui perindulgens in patrem, idem acerbe severus in 14 filium.

## C A P. XXXII.

## A R G U M E N T U M.

*Exemplis contrariis tractationem de jurejurando illustrat, atque sic concludens universam de fortitudine hoc*

ne bene faciendi belli ductus, obtinendi legitimum imperii tempus, sex mensium spatio definitum, evasisset. 5 quod filium juvenem extorrem urbe, domo, penetibus, foro, luce, congressu equalium, prohibitum, in onus servile, prope in carcerem atque in ergastulum dederit. Livius. 6 ita ad veterum morem melius, quam quod antea erat in vulgatis: prima luce. 7 quod illum, habetur in vulgatis. Sed qui illum, in optimis libris. Cicero-niane. 8 e cubiculo abire iussit. 9 quem tecum attulerat. 10 non tantum patri causae disio-

remissa est, sed etiam adolescenti ea res honori fuit. Livius. 11 ita in omnibus legitur editionibus. Sed cum Hieronymus annotavit, Ciceronem & Virgilium muliebri genere: Livium virili torquem dixisse, tum ex antiquo libro reddit Manutius, torque detracta. 12 Torquatus enim cognominatus est. 13 pugnatum est cum Latinis haud procul radicibus Vesuvii montis, quae via ad Vesperim ferebat. Livius. 14 quem securi percussit, quod injussu suo cum hoste pugnaverat, & victor spolia retulerat.

1 Vide

hoc loco institutam disputationem, nihil eorum, quæ timido, humili, fracto &c. fiunt animo, propter utilitatem fortiter factum existimari debere, affirmat.

SED ut laudandus Regulus in conservando jurejurando, sic 1 decem illi, quos post Cannensem pugnam juratos ad senatum misit Annibal, in castra redituros ea, quorum potiti erant Pœni, nisi de redimendis captivis impetravissent, si non redierunt, vituperandi. De quibus non omnes uno modo. Nam Polybius, 2 bonus auctor in primis, scribit, ex decem nobilissimis, qui tum erant missi, novem revertisse, a Senatu re non impetrata: unum ex decem, qui paulo post, quam egressus erat e castris, rediisset, quasi aliquid esset oblitus, Romæ remansisse. Reditu enim in castra, liberatum se esse jurejurando interpretabatur: non recte: fraus enim 3 adstringit, non dissolvit perjurium. Fuit igitur stulta calliditas, perverse imitata prudentiam. Itaque decrevit senatus, ut ille veterator, & callidus victus ad Annibalem duceretur. Sed illud maximum: octo hominum millia tenebat Annibal, non quos in acie cepisset, aut qui periculo mortis diffugissent, sed qui relictæ in castris fuissent a Paulo, & Varrone consulibus. Eos Senatus non censuit redimendos, cum id 4 parva pecunia fieri potuisset: ut esset insitum militibus nostris aut vincere, aut emori. Qua quidem re audita, fractum animum Annibalis scribit idem, quod 5 senatus, populusque Rom. rebus afflictis tam excelso animo fuisset. Sic honestatis comparatione ea quæ videntur utilia, vincuntur. 6 Acilius autem ille, qui Græce scripsit historiam, plures ait fuisse, qui in castra revertissent, eadem fraude, ut jurejurando liberarentur, eosque a Censoribus omnibus ignominie notatos. Sit jam hujus 7 loci finis. Per-

spi-

1 Vide Livium lib. XXVII. cap. 58. & seqq. in primis 61. 2 maxime dignus, cui, aliquid narranti, fides habeatur 3 alii malunt: *distringit*, quod significet, aliquid resolutum aliter ligare. 4 poterant autem redimi tribus minis, vel KSCIO CC teste Polybio lib. 6. 5 ut declararet, nec tanta clade se posse permoveri ad captos pretio liberandos, quos peccasse judicaret, utque & fidem faceret hosti, se non laborare penuria post tantas strages civium. 6 in aliis male: *Attilius*. Cajus Acilius annales scripsit, Dionysio Halicarnassæo, Livio, Plutarcho memoratos. 7 disputationis, quæ pertinet ad fortem animum & magnum.

1 Quis

spicuum est enim, quæ timido animo, humili, demisso, fractoque fiant, quale fuisset Reguli factum, si aut de captivis, quod ipsi opus esse videretur, non quod reipublicæ, censuisset, aut domi remanere voluisset: non esse utilia, quia sunt flagitiosa, foeda, turpia.

## C A P. XXXIII.

## A R G U M E N T U M.

*Ad quartam nunc & ultimam virtutum, in quas honestum primo libro divisit, digreditur, & jam de collatione temperantiæ cum voluptatibus tractat. Proponit autem primo ejusdem rei varia vocabula; deinde tam Cyrenaicos & Annicerios, quam Epicureos reprehendit Philosophos, omne bonum vel in voluptatibus ponentes, vel virtutem inde laudandam existimantes, quod voluptatis efficiens esset; atque cum his decertandum ait. Tum vero probat, nec Temperantiam, nec ullam quidem virtutem aliam, ex quibus omne honestum, officiumque manat, efficientem esse voluptatis, aut eidem servire posse. Inde Epicureorum rationes in traducenda ad perfruitionem voluptatis virtute refutat, & contra Calliphonem & Dinomachum, honestatem cum voluptate non posse copulari, duplici ratione demonstrat. Tandem hanc disputationem ad libros de Finibus remittit: & voluptatem, non habere aliquid in sese utilitatis, concludit. Sequitur tandem Epilogus, partim hujus operis, cum prædicatione librorum Cratippi, commendationem, partim affectus in filium significationem cum adhortatione ad colendam Philosophiam continens.*

**R**ESTAT quarta pars, quæ decore, moderatione, modestia, continentia, temperantia continetur. Potest igitur quidquam esse utile, quod sit huic talium virtutum choro contrarium? Atqui ab Aristippo 1 Cyrenaici, atque 2 Annicerii philosophi nominati, omne bonum in voluptate posuerunt: virtutemque censuerunt ob eam rem esse laudandam, quod

1 Qui ab Aristippo Cyrenaico, niceride, itidem Cyrenaico, qui ortum habuerunt. 2 dicti ab An- | festam Cyrenaicam emendavit.

quod efficiens esset voluptatis. Quibus 3 obsoletis, & foret Epicurus, ejusdem fere adjutor, auctorque sententiæ. Cum his, 5 viris equisque, ut dicitur, si honestatem tueri, ac retinere sententia est, decertandum est. Nam si non modo utilitas, sed vita omnis beata corporis 6 firma constitutione, ejusque constitutionis spe explorata, ut a 7 Metrodoro scriptum est, continetur: certe hæc utilitas, & quidem summa, (sic enim censent) cum honestate pugnabit. Nam ubi primum prudentiæ locus dabitur? aut ut conquirat undique suavitates? Quam miser virtutis famulatus 8 fervientis voluptati! quod autem munus prudentiæ? an 9 legere intelligenter voluptates? Fac nihil isto esse jucundius: quid cogitari potest turpius? Jam, qui dolorem summum malum dicat, apud eum quem habet locum fortitudo, quæ est dolorum laborumque contemptio? Quamvis enim multis in locis dicat Epicurus, sicut hic dicit, 10 factis fortiter de dolore; tamen, non id spectandum est, quid dicat, sed quid consentaneum sit ei dicere, qui bona voluptate terminaverit, mala dolore. Ut si illum audiam de continentia, & temperantia: dicit ille quidem multa multis locis: sed 11 aqua hæret, ut ajunt. Nam qui potest temperantiam laudare, is qui ponat summum bonum in voluptate? est enim temperantia libidinum inimica, libidines autem confectatrices voluptatis. Atque in his tamen 12 tribus generibus, quoquo modo possunt, non incaillide 13 tergiversantur. Prudentiam introducunt, scientiam

tiam

3 rejectis, cum jam in desuetudinem venerint. 4 habetur in pretio ejus opinio, suosque habet sectatores. 5 vulgo *velis equisque*, quod exponunt, terra marique, sed absurdum censet Langius, vela equis conjungere, & primas restituit, *viris equisque*, observatque, ita Ciceronem aliosque sæpe loquutos. 6 *εὐεξία*. 7 Atheniensi, Epicuri discipulo. 8 de quo & Seneca lib. IV. de benef. c. 2. *apud Epicureos virtus voluptatum ministra est. Illis paret, illis deservit, illas supra se videt.* 9 ut salutes noxiis, honestæ turpibus; (si tamen hæc

tribuendum est Epicureo) magnæ parvis, diurnæ brevibus anteponantur. 10 Tale est, quod ex illo notavit Seneca epist. 67. *Epicurus ait, sapientem, si in Phalaridis tauro peruratur exclamaturum: Dulce est, & ad me nil pertinet.* 11 non progreditur ejus ratio, impedimentis retinetur, ut aqua: nam absurda sunt, quæ dicit. 12 prudentia, fortitudine & temperantia. 13 fugiunt justam reprehensionem, alios fallunt verbis, quibus virtutes ipsas videntur afferre, tueri, & expedire.

14 subo

tiam, 14 suppeditantem voluptates, 15 depellen-  
tem dolores. Fortitudinem quoque aliquo modo 16 ex-  
pediunt, cum tradunt rationem negligendæ mortis,  
perpetiendique doloris. Etiam temperantiam indu-  
cunt, non facillime illi quidem, sed tamen quoquo  
modo possunt: dicunt enim, voluptatis magnitudi-  
nem doloris detractio 17 finire. Justitia 18 va-  
cillat, vel jacet potius. Omnesque eæ 19 virtutes,  
quæ in communitate cernuntur, & in societate ge-  
neris humani. Neque enim bonitas, nec liberalitas,  
nec comitas esse potest, non plus, quam amicitia,  
si hæc non per se expetantur, sed ad voluptatem,  
utilitatemve referantur. Conferamus igitur in pau-  
ca. Nam ut utilitatem nullam esse docuimus, quæ  
honestati esset contraria: sic 20 omnem voluptatem  
dicimus honestati esse contrariam. Quo magis repre-  
hendendos Calliphonem, & Dinomachum iudico: qui  
se dirempturos controversiam putaverunt, si cum ho-  
nestate voluptatem, tamquam cum homine pecudem,  
copulavissent. Non recipit istam conjunctionem ho-  
nestas, aspernatur, repellit. Nec vero finis bonorum  
& malorum, qui simplex esse debet, ex dissimilibus  
rebus misceri, & temperari potest. Sed de hoc (ma-  
gna enim res est) 21 alio loco pluribus. 22 Nunc  
ad propositum. Quemadmodum igitur, si quando  
res ea, quæ videretur utilitas, honestati repugnat,  
dijudicanda res sit, satis est supra disputatum. Sin  
autem speciem utilitatis etiam voluptas habere dice-  
tur, nulla potest esse ei cum honestate conjunctio.  
Nam ut tribuamus aliquid voluptati: 23 condimen-  
ti fortasse nonnihil, utilitatis certe nihil habebit.

Ha-

14 subministrantem corpori ipsas  
voluptates. 15 nam Philosophia  
medetur consternatis animis, ut  
ait Cicero. 16 videntur intro-  
ducere, & illi munus assignare  
suum. 17 vulgo male, fieri. Hoc  
enim dicebant Epicurei, ubi  
dolor detractus esset, finire ac  
terminari voluptatem. 18 natat,  
nec potest consistere aut esse  
apud ipsos; cum omnia referant  
ad propriam voluptatem, non  
ad communem; quod est contra  
justitiam. 19 liberalitas, ma-  
gnificientia, comitas, affabilitas.

20 non quod omnem damnet vo-  
luptatem, paullo enim post ipse  
dicit, voluptatem posse condi-  
mentum esse honestatis, sed cum  
de honestate disputat, non vult  
ulli voluptati locum esse. Nam  
voluptas honestatem non potest  
reddere honestiorem & melio-  
rem, sed nonnunquam suavio-  
rem. 21 in libris de Finibus.  
22 in vulgatis adjiciuntur, *ver-  
bis disputata*, quæ vel desunt in  
MSS. vel variant, ut facile ap-  
pareat, omnia esse glossemata.  
23 honestatem reddet suavio-  
rem.

24 sic

Habes a patre munus, Marce fili, mea quidem sententia, magnum: sed 24 perinde erit, 25 ut acceperis. Quamquam tibi hi tres libri inter Cratippi commentarios, 26 tamquam hospites erunt recipiendi. Sed ut, si ipse venissem Athenas (quod quidem esset factum, nisi me e medio cursu clara voce patria revocasset) aliquando me quoque audires: sic, quoniam his voluminibus ad te profecta vox mea est, tribues his temporis quantum poteris; poteris autem quantum voles. Cum vero intellexero, te hoc scientiæ genere gaudere, tum & præsens tecum propediem, 27 ut spero, &, dum aberis, absens loquar. Vale igitur, mi Cicero! tibi que persuade, esse te mihi quidem charissimum: sed multo fere chariorem, si talibus 28 monumentis, præceptisque lætabere.

M. TUL.

24 sic & tanti pretii. 25 sicut acceperis: nam si illud magni facies, magnum erit: nam res tanti sunt, quanti æstimantur. 26 plus igitur Cratippo, quam sibi ipsi, tribuere videtur. 27 auguratus scilicet, quod evenit. Nam proscripserunt & interfecerunt est paullo post scriptos hos libros, M. Antonii Triumviri iussu. Neque igitur præsens, neque absens cum filio loquutus est. 28 libros suos vocat monu-

menta, paterni scilicet amoris in filium, tanquam diu duraturos: in quibus quoniam præcipiuntur ea, quæ ad honestatem veramque gloriam pertinent, propterea subjunxit, præceptisque; quasi dicat, si meos libros leges, eorumque præcepta servabis: præcepta enim monumentis ejusmodi continentur, igitur ἐν διαδοίῳ.

1 De

M. TULLII CICERONIS  
**CATO MAJOR,**  
 VEL DE SENECTUTE

A D

T. POMPONIUM ATTICUM.

Dialogi personæ:

SCIPIO, CATO, LÆLIUS.

C A P. I.

ARGUMENTUM.

*Prefamen autoris ad Pomponium Atticum,  
 hujusque elogium.*

**O** TITE, si quid ego 2 adjuero curamve  
 3 levasso,  
 Quæ nunc te coquit, & versat 4 in pectore  
 fixa,  
 Ecquid erit pretii?

Licet enim mihi versibus iisdem affari te, Attice,  
 quibus affatur 5 Flaminium

Ille vir 6 haud magna cum re, sed plenus fidei:  
 Quamquam certo scio, non, ut Flaminium,  
 Sollicitari te, Tite, sic noctesque diesque.

No-

1 De hujus Dialogi inscriptione ipse Cicero in Lælii proœmio. Major autem addidit, ad minoris differentiam: nam minoris quoque laudem scripsit. 2 alii *adiuro*: parum interest, utro modo legatur, pro *adjuvero*. 3 futurum antiquum pro *levavero*. 4 vulgo, *sub pectore*. 5 Qui hæc interpolaverunt, & *sub* pro *in* supposuerunt boni viri, nescierunt apud antiquos poetas T. finale esse ambiguum, teste Martiano Capella. 6 L. Quintus Flaminius a Catone senatu motus, quem Ennius his versibus alloquitur. Vide infra cap. 12. 6 Jocus, nam cum vellent dice-



Novi enim 7 moderationem animi tui, & æquitate-  
 tem: teque non cognomen solum Athenis deportasse,  
 sed humanitatem, & prudentiam, intelligo. Et  
 tamen te suspicor iisdem 8 rebus, quibus me ipsum,  
 interdum gravius commoveri: quarum consolatio &  
 major est, & in 9 aliud tempus differenda. Nunc  
 autem mihi visum est, de senectute aliquid ad te  
 conscribere. Hoc enim onere, quod mihi commune  
 tecum est, aut jam urgentis, aut certo adventantis  
 senectutis, & te, & me ipsum levare volo. Etsi te qui-  
 dem id modice, ac sapienter (sic ut omnia) & fer-  
 re, & laturum esse certe scio. Sed mihi cum de se-  
 nectute vellem aliquid scribere, tu occurrebas dignus  
 eo munere, quo 10 uterque nostrum communiter  
 uteretur. Mihi quidem ita jucunda hujus libri con-  
 sectio fuit, ut non modo omnes absterferit senectutis  
 molestias, sed effecerit mollem etiam & jucundam  
 senectutem. Numquam igitur satis laudari digne po-  
 terit philosophia: cui qui pareat, omne tempus æta-  
 tis sine molestia possit degere. Sed de 11 cæteris &  
 diximus multa, & 12 sæpe dicimus. Hunc librum  
 de senectute ad te misimus. Omnem autem sermo-  
 nem tribuimus non 13 Tithonio, ut Aristo Chius,  
 ne parum esset auctoritatis in fabula: sed M. Cato-  
 ni seni, quo majorem auctoritatem haberet oratio:  
 apud quem 14 Lælium, & 15 Scipionem facimus  
 admirantes, quod is tam facile senectutem ferat,  
 iisque eum respondentem. Qui si eruditius videbitur  
 disputare, quam consuevit ipse in suis libris; attri-  
 buito Græcis litteris, quarum constat eum perstudio-  
 sum fuisse in senectute. Sed quid opus est plura?  
 jam enim ipsius Catonis sermo explicabit nostram  
 omnem de senectute sententiam.

## CAP.

dicere, locuples testis, ex con-  
 fuetudine Latini sermonis, re-  
 cordatus eius (Ennii) inopiæ,  
 dixit, *haud magna cum re.* 7  
 qui neque secundis rebus, nec  
 adversis deprimaris. 8 Reipubl.  
 perturbatione. 9 non enim li-  
 cet ob tyrannum. 10 amicorum  
 enim omnia communia. 11 Phi-  
 losophiæ laudibus. 12 proposi-  
 tum enim ei erat, totam Philoso-

phiam Latinis litteris illustrare.  
 13 qui cum ab aurora adamatus  
 esset, ab eaque in cælum sub-  
 latus, illius succo permissus est.  
 Atque ob id ad eam senectutem  
 pervenit, ut petiverit se in ci-  
 caliam converti: quod genus  
 cantando mori ferunt. 14 Sa-  
 pientem dictum, prioris Lælii  
 filium. 15 Africanum minorem.

I Quas

## C A P. II.

## A R G U M E N T U M .

*Catonis laus. Disputatio de senectute.*

SCIP. Sæpenumero mirari soleo cum C. hoc Lælio, cum <sup>1</sup> cæterarum rerum tuam excellentem, M. Cato, perfectamque sapientiam, tum vel maxime, quod numquam senectutem tibi gravem esse fense- rim: quæ plerisque senibus sic odiosa est, ut onus se <sup>2</sup> Ætna gravius dicant sustinere. CAT. Rem haud sane difficilem, Scipio, & Læli, admirari vide- mini. Quibus enim <sup>3</sup> nihil est opis in ipsis ad bene, beateque vivendum, iis omnis gravis est ætas: qui autem omnia bona a se ipsis petunt, iis nihil potest malum videri, quod naturæ necessitas afferat. Quo in genere in primis est senectus: quam ut adipiscantur, omnes optant, eandem accusant adeptam: tanta est <sup>4</sup> inconstantia stultitiæ atque perversitas. Obrepere ajunt eam citius, quam putassent. Primum quis coegit eos falsum putare? Qui enim citius adolescentiæ senectus, quam pueritiæ adolescentia, obre- pit? Deinde, qui minus gravis esset iis senectus, si octingentesimum annum agerent, quam octogesimum? Præterita enim ætas, quamvis longa, cum effluxisset, nulla consolatione permulcere posset stultam se- nectutem. Quocirca, si sapientiam meam admirari soletis, (quæ utinam digna esset opinione vestra, nostroque cognomine) in hoc sumus sapientes, quod naturam optimam ducem, <sup>5</sup> tamquam deum, se- quimur, eique paremus: a qua non verisimile est, cum cæteræ partes ætatis bene descriptæ sint, extremum actum, tamquam ab inertis poeta esse neglectum. Sed tamen necesse fuit esse aliquod extremum, & tamquam in arborum bacis, terræque frugibus, maturi-  
tate

<sup>1</sup> Quas infra in Lælio enume- rat Cicero Cap. II. <sup>2</sup> sumsit hoc ex Euripidis Hercule furen- te. <sup>3</sup> qui omnes vitæ rationes suspensas habent a muneribus fortunæ rebusque aliis, quæ non sunt nostri juris & potesta- tis. <sup>4</sup> vulgo: *inconstantia, stul- titia*. Sed nostra prævalet lectio, *inconstantia, stultitia*. h. e. tam inconstantes sunt homines stulti atque perversi, quibus nihil opis est in seipsis ad bene beateque vivendum. <sup>5</sup> Stoici naturam dice-

tate tempeſtiva, quaſi 6 vietum, & 7 caducum : quod ferendum eſt molliter ſapienti. Quid enim eſt aliud, gigantum modo bellare cum diis, niſi naturæ repugnare? LÆL. Atqui, Cato, gratiſſimum nobis, ut etiam pro Scipione pollicear, feceris, ſi, quoniam 8 ſperamus (volumus quidem certe) ſenes fieri, multo ante a te didicerimus, quibus facillime rationibus ingraveſcentem ætatem ferre poſſimus. CAT. Faciam vero, Læli, præſertim ſi utrique veſtrum, ut dicis, gratum futurum eſt. LÆL. Volumus ſane, niſi moleſtum eſt tibi, Cato, tamquam aliquam viam longam confeceris, quam nobis quoque ingrediendum ſit, iſtuc, quo perveniſti, videre quale ſit.

## C A P. III.

## A R G U M E N T U M.

*Inanes querelæ nonnullorum de ſeneſtute. An opes ſeneſtutem tolerabilem reddant.*

CAT. Faciam, ut potero, Læli: sæpe enim inter-  
 fui querelis meorum æqualium, ( pares autem cum paribus, veteri proverbio, facillime congregantur ) quæ C. Salinator, quæ Sp. Albinus, homines conſulares, noſtri fere æquales, deplorare ſolebant: tum, quod voluptatibus carerent, ſine quibus vitam nullam putarent; tum, quod ſpernerentur ab iis, a quibus eſſent coli ſoliti. Qui mihi non id videbantur accuſare, quod eſſet accuſandum. Nam ſi id culpa ſeneſtutis accideret, eadem mihi uſu evenirent, reliquisque omnibus majoribus natu: quorum ego multorum cognovi ſeneſtutem ſine querela: qui ſe a libidinum vinculis laxatos eſſe non moleſte ferrent, nec a ſuis deſpicerentur. Sed omnium iſtiusmodi querelarum in moribus eſt culpa, non in ætate. 1 Moderati enim & 2 nec difficiles, 3 nec inhumani ſenes

dicebant Deum. 6 languidum, ſine vi, naturalibus viribus privatum. 7 ad caſum pronum. 8 hæc clauſula, ſperamus, volumus quidem certe; qua aliquoties alibi uſus eſt Cicero, a ſci-  
 lis inverſa & corrupta erat.  
 1 Qui cupiditatibus, voluptatibus, & iracundiæ moderentur.  
 2 apud quos & cognoscendi & ignoscendi peccati locus eſt.  
 3 benigni, comes, non import-

nes tolerabilem agunt senectutem : importunitas autem , & inhumanitas omni ætate molesta est .  
 LÆL. Est , ut dicis , Cato . Sed fortasse dixerit quispiam , tibi propter opes , & copias , & dignitatem tuam , tolerabilem senectutem videri : id autem non posse multis contingere . CAT. Est istud quidem , Læli , aliquid , sed nequaquam in isto sunt omnia : ut Themistocles fertur Seriphio cuidam in jurgio respondisse , cum ille dixisset , non eum sua , sed patriæ gloria splendorem affecutum : Nec hercle , inquit , si ego Seriphius essem , 5 nobilis , nec tu , si Atheniensis esses , clarus umquam fuisses . Quod eodem modo de senectute potest dici . Neque enim in summa inopia levis esse senectus potest , ne sapienti quidem , 6 nec insipienti , etiam in summa copia , non gravis . Aptissima omnino sunt , Scipio , & Læli , arma senectutis , artes , exercitationesque virtutum : quæ in omni ætate cultæ , cum multum diuque vixeris , mirificos afferunt fructus ; non solum , quia numquam deserunt , ne in extremo quidem tempore ætatis ; (quamquam id maximum est) verum etiam , quia conscientia bene actæ vitæ multorumque benefactorum recordatio , jucundissima est .

## CAP.

portuni & morosi . 4 ætate , non ætate . Omni in ætate molesta est importunitas hominibus , non solum in senectute . 5 hæc summa ex Platonis lib. 1. de Republ. Voluit Themistocles non Seriphii modo ignobilitatem , sed totius gentis perstringere : quasi & ingenio & animo tam humiles sint , ut ne evadere quidem ex illis quis possit in virum clarum . Itaque nec Themistocles , si ei contigisset , ut in humili obscuraque insula Seriphio nasceretur ; nec Seriphus ille , si Athenis , clarus umquam fuisset , nisi accesserint quædam majora , ut in rebus gerendis eximia prudentia & fortitudo , aliaque hujusmodi . 6 Seriphus ille non

conferendus est neque cum senectute inopi sapiente , neque cum divite insipiente , quorum alteri senectutem inopia , alteri insipientia gravem facit : sed ei seni simillimus , cujus ad miseriam addi nihil potest , cum neque res domestica subsidio est , neque sapientia solatio . Nam senectus inopi sapienti gravis est , diviti insipienti gravior , inopi simul & insipienti gravissima . Atque hæc tertiam senectutis miserimæ genus indicat Cicero , cum ait : *ne sapienti quidem* . Nam seni sapienti quidem inopi levis esse senectus non potest : sequitur , insipienti inopi gravissima sit .

1 Hic

## C A P. IV.

## A R G U M E N T U M.

Q. Fabii Maximi laus. Tarentum ab eo receptum.

EGO Q. Maximum, <sup>1</sup> eum qui Tarentum recepit, adolescens ita dilexi senem, ut æqualem. Erat enim in illo viro comitate condita gravitas: nec senectus mores mutaverat. Quamquam eum colere cœpi non admodum grandem natu, sed tamen jam ætate provectum. <sup>2</sup> Anno enim post, consul primum fuerat, quam ego natus sum: cumque eo quartum consule adolescentulus miles profectus sum ad Capuam, quintoque anno post ad Tarentum quæstor: deinde ædilis, quadriennio post factus sum prætor: quem magistratum gessi consulibus Tuditano, & Cethego; cum quidem ille admodum senex, suavor <sup>3</sup> legis Cincix de donis, & muneribus fuit. Hic & bella gerebat, ut adolescens, cum plane grandis esset: & <sup>4</sup> Hannibalem juveniliter exultantem, patientia sua mollebat. De quo præclare familiaris noster Ennius:

*Unus qui nobis cunctando restituit rem:*

*Non ponebat enim rumores ante salutem.*

*Ergo <sup>5</sup> magisque magisque viri nunc gloria claret.*  
Tarentum vero qua vigilantia, quo consilio recepit? cum quidem, me audiente, Salinatori, qui, <sup>6</sup> amisso oppido, fugerat in arcem, glorianti, atque dicenti: *Mea opera, Q. Fabi, Tarentum recepisti: Certe,* inquit, <sup>7</sup> ridens: *nam, nisi tu amisisses, ego nun-*  
L quam

<sup>1</sup> Hic est Q. Fabius Maximus, Verrucosus, qui anno V. C. 544. Tarentum, Calabriae metropolim, proditione recepit. <sup>2</sup> multum laborant interpretes, ut Catonis Fabiique tempora componant: quos consule, si placet. Nostrum enim non est, tantas componere lites. <sup>3</sup> vide Fridericum Brummerum de lege Cincia. <sup>4</sup> Fabius Hannibalem facinora audaciæ, & animi, & fervoris plena, qualia sunt juvenum, edentem, patientia sua, quia locum prælii committendi nunquam dabat, molliorem quietioremque reddebat, & ejus conatus inanes & irritos efficiebat. <sup>5</sup> postque, quod in vulgatis legitur, ineptum est; sed *magis magisque* etiam Plautus dixit. <sup>6</sup> Tarentum ad Hannibalem defecerat, præsidium tamen Romanorum, cujus erat dux Livius Salinator, in arcem se receperat. <sup>7</sup> hoc autem dicit, ut Salinatorem accuset, qui magno alieno labore partam gloriam verbis in se transfert.

quam recepissem. Nec vero in armis præstantior, quam in toga: qui consul iterum, Sp. Carvilio collega quiescente, C. Flamini tribuno plebi, 8 quoad potuit, restitit, agrum 9 Picentem, & Gallicum, viritim contra senatus auctoritatem dividenti: augurque cum esset, dicere ausus est. OPTIMIS AUSPICIIS EA GERI, QUÆ PRO REIPUBLICÆ SALUTE GERERENTUR: QUÆ CONTRA REMPUBLICAM FERRENTUR, CONTRA AUSPICIA FIERI. Multa in eo viro præclara cognovi: sed nihil est admirabilius, quam quomodo ille mortem 10 M. filii tulit, clari viri & consularis. 11 Est in manibus laudatio: quam cum legimus, quem philosophum non contemnimus? Nec vero ille in luce modo, atque in oculis civium magnus; sed intus, domique præstantior. Qui sermo? quæ præcepta? quanta notitia antiquitatis? quæ scientia juris 12 augurii? multæ etiam, 13 ut in homine Romano, litteræ; omnia memoria tenebat, non 14 domestica solum, sed etiam 15 externa bella; cuius sermone ita tum cupide fruebar, quasi jam divinarem id, quod evenit, illo extincto, fore, unde discerem, neminem.

## C A P. V.

## A R G U M E N T U M.

*Senectus quieta.*

QUORSUM igitur hæc tam multa de Maximo? Quia profecto videtis, nefas esse dictu, miseram fuisse talem senectutem. Nec tamen omnes possunt esse 1 Scipionis, aut Maximi, ut urbium expugnationes, ut pedestres navalesve pugnas, ut bella a se gesta, ut triumphos recordentur: est etiam quiete, & pure atque eleganter actæ ætatis placida, ac lenis se-

8 nequidquam id quidem conatus. 9 vulgo male: *Piceum*. Ita enim dicebatur ipsa regio: *Ἰθύνειον* autem est *Picentinus*, & *Picens*. 10 *Q. Filii* legitur in alijs, quod nomen illi fuerit *Quintus*. 11 laudavit enim ipsemet filium in funere. 12 augurandi. 13 literarum enim laudem Romani Græcis concedebant, militarem sibi assumebant. 14 gesta Romanis. 15 exterarum nationum, Græcorum, Persarum, Assyriorum. 1 Majorem Africanum significat.

2 non

senectus: qualem accepimus Platonis, 2 qui uno & octogesimo anno mortuus scribens est: qualem Iſocratis, qui eum librum, qui Panathenaicus inscribitur, quarto & nonagesimo anno scripsisse dicitur; vixitque quinquennium postea: cujus Magister Leontinus Gorgias centum & septem complevit annos, neque umquam in suo studio atque opere cessavit. Qui, cum ex eo quæreretur, cur tam diu esse vellet in vita? *Nihil habeo*, inquit, *quod incusem senectutem*. Præclarum responsum, & docto homine dignum: sua enim vitia insipientes, & suam culpam in senectutem conferunt: quod non faciebat is, cujus modo mentionem feci, Ennius:

*Sicut fortis equus spatio qui sæpe supremo*

*3 Vicit Olympia, nunc senio confecta, quiescit.*

Equi fortis, & victoris senectuti comparat suam: quem quidem probe meminisse potestis: anno enim undevigesimo post ejus mortem hi consules, T. Flaminus, & 4 M. Acilius, facti sunt. Ille autem Cæpione, & Philippo iterum 5 consule, mortuus est, cum ego quinque & sexaginta annos natus, 6 legem Voconiam voce magna, & 7 bonis lateribus suavissem. Sed annos septuaginta natus (tot enim vixit Ennius) ita ferebat duo, quæ maxima putantur onera, paupertatem, & senectutem, ut eis pene delectari videretur. Etenim, cum 8 contempler animo, reperio quatuor causas, cur senectus misera videatur: unam, quod avocet a rebus gerendis: alteram, quod corpus faciat infirmius: tertiam, quod privet omnibus fere voluptatibus: quartam, quod haud procul absit a morte. Earum, si placet, causarum 9 quanta quamque sit justitia unaquæque videamus.

L 2

CAP.

2 non immoratus est studiis, sed mortuus. Vide Diogenem Laertium. 3 Synecdoche Attica. *Pugnare pugnam, certare certamen*. 4 Non M. Attilius, ut vulgo, sed M. (id est, Manius) Acilius, cujus & infra cap. X. meminit. 5 Non *consulibus*, ut vulgo, sed consule, ut refertur ad Philippum, qui solus secundum Consul fuit, non Cæpio. 6 de mulierum hæreditatibus. 7 De Catonis validis su-

prema ætate lateribus vide Valer. Max. lib. VII. & Cicer. Philipp. II. *Tu istis faucibus, istis lateribus, ista gladiatoria totius corporis firmitate*. 8 vulgati *complector*. Sed melius *contemplor*, verbum augurale eorum, qui templo capto, qua visus patet, circumspiciunt, unde eleganter ad animum transfertur. 9 vulgati: *quantum quæque valeat, quamque sit iusta, videamus*.

1 Vul-

## ARGUMENTUM.

*Senectus a rebus gerendis non abstrahit.*

**A**REBUS gerendis senectus abstrahit? Quibus? an iis, 1 quæ in juventute geruntur, & viribus? nullæne igitur res sunt seniles: quæ vel infirmis corporibus, animo tamen administrantur? nihil ergo agebat Q. Maximus? nihil L. Paulus, pater tuus, Scipio, socer, 2 optimi viri, filii mei? cæteri senes, Fabricii, Curii, Coruncanii, cum rempublicam consilio & 3 auctoritate defendebant, nihil agebant? Ad App. Claudii senectutem accedebat etiam, ut cæcus esset: tamen, cum sententia senatus inclinaret ad pacem cum Pyrrho fœdusque faciendum, non dubitavit dicere illa, quæ versibus persecutus est Ennius:

*Quo vobis mentes, rectæ quæ stare solebant*

*Antehac, dementes sese flexere 4 via?*

Cæteraque gravissime: notum enim vobis carmen est: & tamen ipsius Appii extat oratio. Atque hanc ille egit septem & decem annos post alterum consulatum cum inter duos consulatus anni 5 decem interfuisset, censorque ante consulatum superiorem fuisset. Ex quo intelligitur, Pyrrhi bello grandem sane fuisse: & tamen sic a patribus accepimus. Nihil igitur 6 afferunt, qui in re gerenda versari senectutem negant: similesque sunt 7 iis, qui gubernatorem in navigando agere nihil dicant, cum alii malos scandant, alii per foros cursent, alii sentinam exhauriant: ille autem clavum tenens, quietus sedeat in puppi. Non facit ea, quæ juvenes. At vero multo majora, & meliora facit. Non enim viribus, aut velocitatibus, aut celeritate corporum res magnæ geruntur, sed consilio, auctoritate, sententia: quibus non modo non

1 Vulgati: quæ juventute, sed ista ellipsis est inusitata, parere juventute, senectâ; pro in juventute, in senectâ. 2 ideo laudat, qui perierat jam. 3 consilio gravi & prudenti. 4 magna in hac vocula interpretamur codicumque differentia. Nos Grævium sequimur, potuit enim versus Ennii in Monosyllabam exire, quam Cato, velut nihil ad sententiam spectantem, omisit. 5 quod lex tum quidem L. Sulla. 6 non afferunt, ut quidam linguæ latinæ ignari somniant: sed afferunt; i. e. nugas agunt, nulla firma ratione utuntur, ab ipsa experientia coarguantur. 7 alii, ut si quis vel qui: quod ex scribarum negli-



non orbari, sed etiam augeri senectus solet. Nisi forte ego vobis, qui & miles, & tribunus, & legatus, & consul 8 versatus sum in vario genere bellorum, cessare nunc videor, cum bella non gero: at senatui quæ sunt gerenda, præscribo, & quomodo: Carthagini, male jam diu cogitanti, bellum 9 multo ante denuntio: de qua vereri non ante desinam, quam illam excisam esse cognovero. Quam palmam utinam dii immortales, Scipio, tibi reservent, ut 10 avi reliquias persequare: cujus a morte hic 11 tertius & tricesimus est annus. Sed memoriam illius viri excipient omnes anni consequentes. Anno ante me censorum mortuus est, novem annis post meum consulatum, cum consul iterum, me consule, creatus esset. Num igitur, si ad centesimum annum vixisset, senectutis eum suæ poeniteret? Nec enim excursionem, nec saltum, nec eminus hastis, aut cominus gladiis uteretur: sed consilio, ratione, sententia. Quæ nisi essent in senibus, non summum consilium majores nostri appellarent senatum. Apud Lacedæmonios quidem 12, qui amplissimum magistratum gerunt, ut sunt, sic etiam nominantur senes. Quod si legere, aut audire vultis 12 externa: maximas respublicas ab adolescentibus labefactatas, a senibus sustentatas & restitutas reperietis:

*Cedo, qui vestram rempublicam tantam amisistis tam cito?*

Sic enim 13 percontantur, ut est in Nævii 14 Ludo, respondentur & alia, & hæc in primis:

*Proveniebant oratores 15 novi, stulti, adolescentuli.*

Temeritas est videlicet florentis ætatis, prudentia 16 senescentis.

L 3

CAP.

negligentia ortum est. 8 præsertim in Hispania. 9 quod orationibus suis semper pro sententia subjiceret: *Hæc censeo & Carthaginem delendam.* Auctor in ejus vita Plutarchus. 10 qui tributariam, Hannibale victo, Carthaginem fecerant. 11 ita plerique Codices. Sed alii, *quartus, quintus vel sextus.* 12 exempla. 13 alii *percunctanti*: sed *percontantur* probant plerique Codices; intellige *ἀπὸ τῶν*

*καὶ τῶν* homines. 14 quidam addunt, *poetae*. Nævii *ἑρωτομασχυρίων* libros, quos Gellius & Charisius advocant, intelligit. 15 rerum imperiti: sive novandarum rerum cupidi. 16 ita est in omnibus omnium MSS. pro *senectutis*, quod in editis legitur. Agit enim de iis, qui scribendis commentariis impediti per senectam non sunt.

1 Cui

## ARGUMENTUM.

*Senectus neque memoriam per se minuit, neque etiam ingenium.*

**A**T memoriam minuitur. Credo, nisi eam exerceas, aut si sis natura tardior. 1 Themistocles omnium civium nomina perceperat: num igitur censes, eum, cum ætate processisset, qui Aristides esset, Lyfimachum salutare solitum? Equidem non modo eos novi qui sunt, sed eorum patres etiam, & avos: nec sepulcra 2 legens, vereor (quod ajunt) ne memoriam perdam. His enim ipsis legendis redeo in memoriam mortuorum. Nec vero quemquam senum audivi oblitum, quo loco thesaurum obtulisset. Omnia, quæ curant, meminerunt: vadimonia constituta: qui sibi, quibus ipsi debeant. Quid juris consulti? quid pontifices? quid augures? quid philosophi senes? quam multa meminerunt? manent ingenia senibus, modo permaneat studium, & industria: nec ea solum in claris, & honoratis viris, sed in vita etiam privata, & quieta. Sophocles ad summam senectutem tragœdias fecit. Qui propter studium curam familiarem negligere videretur, 3 a filiis in iudicium vocatus est: ut, quemadmodum nostro more male rem gerentibus 4 patribus, bonis interdici solet; sic illum, quasi desipientem, a re familiari removerent iudices: tum senex dicitur, eam fabulam, quam in manibus habebat, & proxime scripserat, 5

Ædi-

1 Cui cum Simonides artem memoriæ polliceretur, se artem oblivionis malle dixit, quod meminisset eorum, quæ nollet, oblivisci non posset, quæ vellet. 2 vulgo putabatur officere memoriæ, si quis legeret inscriptiones sepulcrorum. 3 vide Lucianum in Macrobiis, qui lege talionis filium infamiæ a iudicibus damnatum memorat. 4 ideoque risdem actio rei uxoriæ in dotefiliæ nomine repetenda non dabatur, quod periculum esset, ne accepta consumerent. Equidem omnibus prodigis interdicebatur bonis, sed inprimis patribus, uti videre licet ex solempni carmine, quo bonis interdicebantur, qui ea dilapidabant, apud Paullum lib. III. Sentent. 4. *Quando tua bona paterna, vitæque nequitia tua disperdis, liberosque tuos ad egestatem perducis, ob eam rem, tibi ea re, commercioque interdico.* 5 quæ sola fabula omnium ejusdem studii poetarum præripere gloriam.

po.

Œdipum Coloneum recitasse iudicibus, quæsisseque, num illud carmen desipientis videretur. Quo recitato, sententiis iudicum est liberatus. Num igitur hunc, num Homerum, num Hesiodum, num Simonidem, num Stesichorum, num, quos ante dixi, Isocratem, Gorgiam, num philosophorum principes, Pythagoram, Democritum, num Platonem, num Xenocratem, num postea Zehonem, Cleanthem, aut eum, quem vos etiam Romæ vidistis, Diogenem Stoicum, coegit in suis studiis obmutescere senectus? an non in omnibus iis studiorum agitatio vitæ æqualis fuit? Age, ut ista divina studia omittamus. Possum nominare ex agro Sabino 6 rusticos Romanos, vicinos, & familiares meos, quibus absentibus, numquam fere ulla in agro majora opera fiunt, non ferendis, non percipiendis, non condendis fructibus. Quamquam in illis 7 minus hoc mirum. Nemo enim est tam senex, qui se annum non putet posse vivere, sed iidem 8 elaborant in eis, quæ sciunt nihil omnino ad se pertinere:

9 *Serit arbores, quæ alteri seculo profint,* ut ait Statius noster in Synephebis. Nec vero dubitat agricola, quamvis senex, quærenti, cui serat, respondere: Diis immortalibus, qui me non accipere modo hæc a majoribus voluerunt, sed etiam 10 posteris prodere.

L. 4

CAP.

potuit. 6 olim proceres Romani in agris morabantur, & ubi consilium publicum desiderabatur, e villis arcessabantur in senatum. 7 minus habet admirationis, quod in aliis omnibus rebus, quæ ad ipsos pertinent, curam ponunt: in hoc vero, quod senex serit arbores, quæ alteri sæculo profint, id

multo magis mirandum videtur. 8 vulgati male: *laborant*. Nam hæc Ciceroni frequens & usitata loquendi ratio, *elaborare in hoc*. 9 *serit, non serunt*, ut est in vulg. loquitur enim de fene, alteri sæculo prospiciente, quod sequentia indicant. 10 propagare ad posteros.

1 Plo.

## ARGUMENTUM.

*Senectus iucundos potius, quam odiosos reddit.*

**MELIUS**, 1 Cæcilius de se ne alteri sæculo prospiciente, quam illud idem:

2 *Ædepol* *senectus, si nihil quidquam aliud vitii Apportes tecum, cum advenis; unum id sat est, Quod diu vivendo, multa, que non vult, videt: & multa fortasse, quæ vult: atque in ea quidem, quæ non vult, sæpe etiam adolescentia incurrit, illud vero idem* 3 Cæcilius vitiosius:

*Tum equidem in senecta hoc deputo miserrimum, Sentire ea ætate esse se odiosum alteri.*

Jucundum potius, quam odiosum. Ut enim adolescentibus bona indole præditis sapientes senes delectantur, leviorque fit eorum senectus, qui a juventute 4 coluntur, & 5 diliguntur: sic adolescentes senum præceptis gaudent, quibus ad virtutum studia ducuntur. Nec minus intelligo, me vobis, quam vos mihi esse iucundos. Sed videtis ut senectus non modo languida, atque iners non sit, verum etiam sit operosa, semper agens aliquid, & moliens: tale scilicet, quale cujusque studium in superiore vita fuit. Quid, quod etiam addiscunt aliquid? ut Solonem versibus gloriantem videmus, qui se, quotidie aliquid addiscentem, senem fieri dicit: ut ego feci, qui 6 Græcas literas senex didici: quas quidem sic avide arripui, quasi diuturnam sitim explere cupiens, ut ea ipsa mihi nota essent, quibus me nunc exemplis uti videtis, quod cum fecisse Socratem in fidibus audirem, vellem equidem & illud: (discebant enim fidibus antiqui) sed in litteris certe elaboravi.

## CAP.

1 Plotio. 2 Et in Nonio & in vet. libris hi versus leguntur per allocutionem ad senectam, in quorum tertio figurate persona mutatur. Male igitur in secundo habent vulgati: *apporet secum, advenit.* 3 Hephæstione. 4 propter virtutem, dignitatem, & ætatis reverentiam. 5 propter facilitatem & morum suavitatem. Hæc duo verba conjunxit & infra, & in Lælio. 6 Ennio poeta docente, quem secum in provinciam duxit Cato. 7 Ele-

## C A P. IX.

## A R G U M E N T U M.

*Senectuti suæ quoque sunt vires, sunt sermo, coliturque studiis juventutis.*

**N**EC nunc quidem vires desidero adolescentis, (is enim erat locus alter de vitiis senectutis) non plus, quam adolescens tauri, aut elephantum desiderabam. 1 Quod est, eo decet uti; & quidquid agas, agere 2 pro viribus. Quæ enim vox potest esse contentior, quam 3 Milonis Crotoniatæ? qui cum jam senex esset, athletasque se in curriculo exercentes videret, adspexisse lacertos suos dicitur 4 illacrymansque dixisse: *At hi quidem jam mortui sunt.* Non vero tam isti, quam tu ipse 5 nugator. Neque enim ex te umquam es nobilitatus, sed ex lateribus, & lacertis tuis. Nihil 6 Sext. Ælius tale, nihil 7 multis annis ante 8 T. Coruncanius, nihil modo P. Crassus: a quibus jura civibus præscribebantur: quorum usque ad extremum spiritum est profecta prudentia. Orator, metuo, ne languescat senectute. Est enim munus ejus non ingenii solum, sed laterum etiam, & virium. Omnino 9 canorum illud in voce splendescit etiam nescio quo pacto in senectute: quod equidem adhuc non amisi: & videtis annos; sed tamen est decorus sermo senis quietus, & remissus: facitque persæpe ipsa sibi audientiam disertis senis compta & mitis oratio, quod si ipse exequi nequeas, possis tamen Scipioni præcipere, & Lælio. Quid enim jucundius senectute stipata studiis juventutis? anne quidem vires senectuti relinquemus, ut adolescentu-

L 5

los

1 Elegans dictum, in prioribus editionibus male interpolatum, quæ habent: *Quod enim homini naturaliter insitum est.* 2 quas qualibet ætas exigit. 3 maximis quondam viribus præditi, ut sublatum in humeros bovem per stadium ferret. 4 recordatione victoriæ, & pristinæ gloriæ desiderio. 5 qui naturam, tanquam novercam, falso, ma-

le gratus, infimulas. 6 propter juris civilis scientiam celebris. 7 circiter XC. 8 qui jus, primus profiteri coepit. 9 vocem claram. Clara enim tum fit, cum obtusa splendescit. Cicero III. de Orat. *Est autem in dicendo etiam quidam cantus obscurior, quem significat Demosthenes & Æschines, cum alter alteri obijcit vocis flexiones.*

10 Duo

los doceat, instituat, ad omne officii munus instruat? quo quidem opere quid potest esse præclarius? Mihi vero 10 Cn. & P. Scipiones, & avi tui duo, 11 L. Æmilius, & P. Africanus, comitatu nobilium juvenum fortunati videbantur. Nec ulli bonarum artium magistri non 12 beati putandi, quamvis consenuerint vires, atque defecerint. Etsi ista ipsa defectio virium, adolescentiæ vitiis efficitur sæpius, quam senectutis. 13 Libidinosa enim & intemperans adolescentia effœtum corpus tradit senectuti. Cyrus quidem apud 14 Xenophontem eo sermone, quem moriens habuit, cum admodum senex esset, negat se unquam sensisse senectutem suam imbecilliolem factam, quam adolescentia fuisset. Ego L. Metellum memini puer, (qui cum quadriennio post alterum consulatum pontifex maximus factus esset, viginti & duos annos ei sacerdotio præfuit) ita bonis esse viribus extremo tempore ætatis, ut adolescentiam non requireret. Nihil necesse est mihi de me ipso dicere. Quamquam est id quidem senile, 15 ætatiq̄ nostræ 16 conceditur.

## C A P. X.

## A R G U M E N T U M.

*Senectus non plane enervat. Cursus certus ætatis.*

**V**IDETISNE, ut apud 1 Homerum sæpissime Nestor de 2 virtutibus suis prædicet? jam enim tertiam ætatem hominum videbat, nec 3 erat ei vèrendum, ne vera de se prædicans, nimis videretur aut insolens, aut loquax, etenim (ut ait Homerus) ex ejus lingua melle dulcior fluebat oratio: quam ad sua-

10 Duo fratres, qui in Hispania ceciderunt. Publius est majoris Africani & Asiatici pater: Cneus, eorum patruus Scipionis Nasicæ genitor. 11 Æmilius sanguinis, Africanus Publii filius adoptionis linea. 12 vulgo *boni*, quod Manutius *idonei* exponit. 13 sic contra temperantia juventutis & firmiorem & longiorem senectutem reddit. Vide Senecam epist. 58. 14 lib. VIII. Cyropædiæ. 15 propter auctoritatem, opinione prudentiæ, & multi usus rerum partem. 16 non vitio vertitur, quamvis non laudetur. 1 Iliados lib. I. & XXIII. 2 id est, iis rebus, quas virtute sua gesserat. 3 tacite indicat, ne

suavitatem nullis egebat corporis viribus : & tamen  
 4. dux ille Græciæ nusquam optat , ut Ajacis similes  
 habeat decem , at ut Nestoris : quod si acciderit ,  
 non dubitat , quin brevi sit Troja peritura . Sed red-  
 eo ad me . Quartum annum ago & octogesimum .  
 Equidem posse vellem idem gloriari , quod Cyrus :  
 sed tamen hoc queo dicere , non me quidem iis esse  
 viribus , quibus aut miles bello Punico , aut quæstor  
 eodem bello , aut consul in 5. Hispania fuerim , aut  
 quadriennio post , cum 6. tribunus militum depugna-  
 vi apud Thermopylas , Man. Acilio Glabrione con-  
 sule : sed tamen ( ut vos videtis ) non plane me 7  
 enervavit , nec affixit senectus : non curia vires meas  
 desiderat , non nostra , non amici , non clientes , non  
 hospites . Nec enim unquam sum assensus veteri illi  
 laudatoque proverbio , quod monet , 8. mature fieri  
 senem , si diu velis esse senex . Ego vero me minus  
 diu senem esse malle , 9. quam esse senem ante ,  
 quam essem : itaque nemo adhuc convenire me vo-  
 luit , 10. cui fuerim occupatus . At minus habeo vi-  
 rium , quam vestrum utervis . Nec vos quidem T.  
 Pontii 11. Centurionis vires habetis . Num idcirco est  
 ille præstantior ? 12. moderatio modo virium adsit ,  
 & tantum , quantum potest quisque , nitatur , næ il-  
 le non magno desiderio tenebitur virium . Olympiæ  
 per stadium ingressus esse Milo dicitur , cum hume-  
 ris sustineret bovem vivum . Utrum igitur has cor-  
 poris , an Pythagoræ tibi malis vires ingenii dari ?  
 Denique isto 13. bono utare , dum adsit : cum absit ,

L. 6. ne

ne sibi quidem id verendum esse.  
 4. Agamemnon , significans , bel-  
 lum magis consilio , quam vi-  
 geri debere . Interea tamen Ci-  
 cero pulchre dissimulat , quod  
 Nestor ubique queritur , se ju-  
 venili robore destitutum . 5. in  
 qua plura oppida cepit , quam  
 dies fuit . 6. Memoriam vitium  
 in Cicerone deprehenditur . Ca-  
 to enim non tribunus mil. sed  
 legatus apud Thermopylas de-  
 pugnavit , teste Livio lib. XXXVI.  
 certe neminem post consulatum  
 tribunum mil. fuisse constat , at  
 legatos ita multos , ut exemplis  
 probare necesse non sit . 7. ro-  
 bore destituit . Nam robur est

in nervis situm . 8. mature sibi  
 parcere , & juvenilia opera in-  
 termittere , vel juvenili ætate  
 senilem sibi prudentiam , & affe-  
 ctuum cupiditatumque modera-  
 tionem comparare . 9. ignavo  
 otio torpescere , dum & animi  
 & sensuum integritate valeam .  
 10. respexit ad illud Plauti in  
 Mercatore : Non sum occupatus  
 nunquam amico operam dare .  
 Vulgata lectio , *me valuit quin* ,  
 a sensu Catonis aliena , & cer-  
 te falsa est . 11. ait Vegetius  
 centuriones non nisi procero &  
 robusto corpore esse lectos . 12.  
 hoc est , vires moderatæ , quas  
*ingenuas* dixit Martialis . 13.

COR.

ne requiras. Nisi forte adolescentes pueritiam, 14 paul-  
lum ætate progressi adolescentiam debeant requirere.  
Cursus est certus ætatis, & via una naturæ, eaque  
simplex: suaque cuique parti ætatis 15 tempestivi-  
tas data. 16 Ut & infirmitas puerorum, & 17 fe-  
rocitas juvenum, & 18 gravitas jam constantis æta-  
tis; & senectutis maturitas naturale quiddam ha-  
beat, quod suo tempore percipi debeat. Arbitror te  
audire, Scipio, 19 hospes tuus avitus Masinissa quæ  
faciat hodie, nonaginta annos natus: cum ingressus  
iter pedibus sit, in equum omnino non ascendere:  
cum equo, ex equo non descendere: nullo imbri,  
nullo frigore adduci, ut capite operto sit: summam  
in eo esse corporis siccitatem: itaque exequi omnia  
regis officia, & munera. Potest igitur exercitatio &  
temperantia 20 etiam senectuti conservare aliquid  
præfinito roboris.

## C A P. XI.

## A R G U M E N T U M.

*Senectutis defensio contra objectiones de imbecilli-  
tate. Appii elogium. Cato senex græcas literas  
didicit.*

**N**ON sunt in senectute vires? ne postulantur qui-  
dem vires a senectute. Ergo & legibus & insti-  
tutis, 1 vacat ætas nostra 2 muneribus iis, quæ  
non possunt sine viribus sustineri. Itaque non modo,  
quod non possumus, sed ne quantum possumus qui-  
dem, cogimur. At ita multi sunt imbecilli senes,  
ut nullum officii, aut omnino vitæ munus exequi  
possint. At id quidem non proprium senectutis est vi-  
tium,

corporis commoda vocat bona, | ribus pendet. 17 quæ posita est  
communi loquendi modo, non | magis in propulsanda, quam in-  
Stoicorum dogmate. 14 ultra | ferenda injuria. 18 quæ omnium  
adolescentiam. 15 cujuslibet æta- | dicta & facta certo consilio gu-  
tis naturalis proprietas. Sicut | bernat. 19 Africani enim ma-  
in ordine anni, veris tempesti- | joris hospes fuit, ut ex Scipio-  
vitati flores, ætatis messes, | nis somnio licet videre. 20 se-  
autumni maturitas, hyemis fri- | nectutis bono & commodo.  
gus est datum & assignatum na- | 1 Hinc *vocatio* & *excusatio*  
tura. 16 Vulgata lectione reje- | *munerum* apud Jctos. Diceban-  
cta, totus hic locus ex superio- | tur hi, emeriti. 2 belli & se-  
22-



tium, sed commune 3 valetudinis. Quam fuit imbecillus P. Africani 4 filius is, qui te adoptavit? quam tenui, aut nulla potius valetudine? quod nisi ita fuisset, alterum ille extitisset lumen civitatis. Ad paternam enim magnitudinem animi doctrina uberior accesserat. Quid mirum igitur in senibus, si infirmi sunt aliquando, cum ne id quidem adolescentes effugere possint? Resistendum, Læli, & Scipio, senectuti est, ejusque vitia 5 diligentia compensanda sunt: pugnandum, tamquam contra morbum, sic contra senectutem: habenda ratio valetudinis: utendum exercitationibus modicis: tantum cibi, & potionis adhibendum, ut reficiantur vires, non opprimantur. Nec vero corpori soli subveniendum est, sed menti, atque animo multo magis. Nam 6 hæc quoque, nisi tamquam lumini oleum instilles, extinguuntur senectute. Et corpora quidem 7 defatigatione & exercitatione ingravescunt, animi autem exercitando levantur. Nam, quos ait Cæcilius 8 *comicos stultos senes*, hoc significat credulos, obliviosos, 9 dissolutos. Quæ vitia sunt non senectutis, sed inertis, ignavæ, somniculosæ senectutis: ut petulantia, ut libido, magis est adolescentium, quam senum; nec tamen omnium adolescentium, sed non proborum: sic ista senilis stultitia (quæ 10 deliratio appellari solet) senum levium est, non omnium. Quatuor robustos filios, quinque filias, tantam domum, tantas clientelas Appius regebat & senex, & cæcus. Intentum enim animum, tamquam arcum, habebat: nec languescens succumbebat, senectuti: tenebat non modo 11 auctoritatem, sed etiam

12 in-

natoria. 3 alii reponunt *invale-  
tudinis*. Sed hec hæc nunquam  
non vitiosa ut morbus, valetu-  
do, cum imbecilla tantum. 4  
majoris. 5 diligenti cura vale-  
tudinis sunt compensanda & re-  
sarcienda illa vitia, quibus ob-  
noxia est senectus. 6 animus &  
mens. 7 vulgata lectio, *exerci-  
tationum defatigatione*, habet.  
Sed si non est *εἰ δὲ δὴ οὐδὲν*,  
pro exercitatione defatigante,  
& omnino aliquid est delendum,  
procul dubio *defatigatione de-*  
*lendum est*. Nam & animus de-

fatigari potest. *Exercitatione au-*  
*tem retinendum*, liquet ex op-  
positione, *exercitatione corpora*  
*ingravescunt, exercitando animi*  
*levantur*. 8 quales introducun-  
tur e poetis comicis creduli,  
deliri, leves, amatores, stulti,  
qui facile decipiuntur a servis,  
ridiculi denique. 9 qui verecun-  
diæ fines transierint. 10 meta-  
phora sumta a re rustica, ubi  
deliratio est, crate dentata, vel  
tabula aratro adnexa, semina  
operire. 11 quam aut virtus,  
aut sapientia, aut potentia pa-  
rit,

12 imperium in suos: metuebant servi, verebantur liberi, carum omnes habebant. Vigeat in illa domo patrius mos, & disciplina. Ita enim senectus 13 honesta est, si 14 se ipsa defendit, si 15 jus suum retinet, si nemini 16 mancipata est, si usque ad extremum spiritum 17 vindicet jus suum. Ut enim adolescentem, in quo senile aliquid: sic senem, 18 in quo est adolescentis aliquid, probo. Quod si sequitur, corpore senex esse poterit, animo numquam erit. 19 Septimus mihi Originum liber est 20 in manibus: omnia antiquitatis monumenta colligo: causarum illustrium, quascumque defendi, nunc quam maxime conficio orationes: jus augurum, pontificum, civile tracto: multum etiam Græcis litteris utor: 21 Pythagoræorumque more, exercendæ memoriæ gratia, quid quoque die dixerim, audierim, egerim, commemoro vesperi. Hæ sunt exercitationes ingenii, hæc 22 curricula mentis: in his 23 defudans, atque elaborans, corporis vires non magnopere desidero: 24 adsum amicis: venio in senatum frequens: utroque affero res multum & diu cogitatas, easque 25 tueor animi, 26 non corporis viribus. Quæ si exequi nequirem, tamen me lectulus oblectaret meus, ea ipsa cogitantem, quæ jam agere non possem: sed, ut possim, facit acta vita. Semper enim in his studiis, laboribusque viventi non intelligitur, quando obre-

rit, sæpe etiam amor. 12 auctoritas habere videtur aliquid voluntarium: imperium aliquid coactum & violentum: ut, nisi quid ex præscripto fiat, poena sequatur. 13 honore digna & honorata. 14 anteaucta vita parta auctoritate, & de diligentia nihil remittendo. 15 ne ex arbitrio liberorum pendeat, neve ad agnatos & gentiles, id est, in tutelam, & quasi mancipationem deducatur. 16 liber homo est suæ potestatis: itaque cum se *emancipare* dicitur, intelligitur e potestate sua abire, non amplius suus esse, alienus fieri. 17 id est, ut paullo ante dixit, retineat jus suum, seu auctoritatem & imperium in suos, metuant servi, vereantur

liberi, nulli sit emancipata. Quod autem vulgati habent, *dominatur in suos*, est verborum illorum, quæ male ejecerunt, interpretatio, sed posteriorum temporum. Notum enim est, quam invisum fuerit vocabulum *dominari* & *dominus* in libertate. 18 alacritas & hilaritas juvenilis. 19 nec plures citantur a veteribus, quorum nullus existat, nam quæ circumferuntur, Anni Viterbiensis esse, nemo nescit. 20 a me conscribitur. 21 de Pythagoræorum vivendi ratione vide Gellium I. 1. c. 4. 22 proprie sunt spatia, intra quæ se cursores exercent. 23 exercens manet in metaphora palæstræ. 24 patrocinator. 25 contra eos, qui a me dissentiant. 26 verbis.

obrepit senectus. Ita 27 sensim sine sensu ætas senescit, nec subito frangitur; sed diuturnitate extinguitur.

## C A P. XII.

## A R G U M E N T U M.

*Senectus laudanda, quod careat voluptatibus. L. Flaminius, cur e senatu a Catone ejectus fuerit.*

SEQUITUR tertia vituperatio senectutis, quod eam carere dicunt voluptatibus. O præclarum munus ætatis, si quidem id aufert a nobis, quod est in adolescentia vitiosissimum! accipite enim, optimi adolescentes, veterem orationem, i Archytæ Tarentini magni inprimis, & præclari viri: quæ mihi 2 tradita est, cum essem adolescens Tarenti cum Q. Maximo. Nullam capitaliorem pestem quam corporis voluptatem hominibus dicebat a natura datam: cuius voluptatis avidæ libidines temere, & effrenate 3 ad potiundum incitarentur. Hinc patriæ proditio- nes, hinc rerump. everfiones, hinc cum hostibus clandestina colloquia nasci: nullum denique scelus, nullum malum facinus esse, ad quod suscipiendum non libido voluptatis impelleret: supra vero, & adulteria, & omne tale flagitium nullis aliis illecebris excitari, nisi voluptatis. Cumque homini sive natura, sive quis deus nihil mente præstabilius dedisset; huic divino muneri, ac dono nihil esse tam inimicum, quam voluptatem. Nec enim, libidine dominante, temperantiæ locum esse, neque omnino in voluptatis regno virtutem posse consistere. Quod quo magis intelligi posset, fingere animo jubebat, tanta incitatum aliquem voluptate corporis, quanta percipi posset maxima. Nemini censebat fore dubium, quin tam diu, dum ita gauderet, nihil agitare mente, nihil

ra.

bis enim, non pugnâ, in senatu disceptamus. 27 *καρπομοίον* etiam vocalium allusione insigne, in quo decorum Cicero servat in Catonis persona. Nam sæcu- lum illud figuris huiusmodi delectabatur. 1 Vide Diogenem Laertium lib. VIII. 2 in manus: nimirum scripta. 3 impense cupiant,

con-

ratione, nihil cogitatione consequi posset. Quocirca nihil esse tam detestabile, tamque pestiferum, quam voluptatem: si quidem ea, cum major esset, atque longinquior, omne animi lumen extingueret. Hæc cum 4 C. Pontio Samnite, patre ejus, a quo, Caudino prælio, Sp. Posthumius, T. Veturius, consules, 5 superati sunt, locutum Archytam, Nearchus Tarentinus, hospes noster, qui in 6 amicitia populi Romani permanerat, se a majoribus natu accepisse dicebat, cum quidem ei sermoni interfuisse Plato Atheniensis, quem Tarentum venisse, L. Camillo, 7 Appio Claudio consulibus reperio. Quorsum hæc? Ut intelligatis, si voluptatem aspernari ratione & sapientia non possemus, magnam habendam senectuti gratiam, quæ efficeret, ut id non liberet, quod non oporteret. Impedit enim consilium voluptas, rationi inimica est ac mentis (ut ita dicam) præstringit oculos, nec habet ullum cum virtute commercium. 8 Invitus quidem feci, ut fortissimi viri T. Flaminini fratrem L. Flamininum e senatu ejicerem, septem annis post, quam consul fuisset: sed notandam putavi libidinem. Ille enim, cum esset consul in Gallia, exoratus in 9 convivio a 10 scorto est, ut securi feriret aliquem eorum, qui in vinculis essent, damnati rei capitalis. Hic, Tito fratre suo censore, (qui proximus ante me fuerat) elapsus est. Mihi vero, & Flacco neutiquam probari potuit tam flagitiosa, & tam perdita libido, quæ cum probro privato conjungeret 11 imperii dedecus.

## CAP.

consulant parum, ut ait Comicus. 4 hic est, qui optabat in ea tempora se reservatum, cum Romani dona accepissent. Vide lib. II. offic. cap. XXI. 5 sub jugum missi. 6 antiqua formula, quæ etiam in fragmento Thoriæ legis: & in vetustissimo Scto Græce scripto, quod M. Lepido Q. Catulo Coss. in æs incisum fuit, legitur. 7 reposuit Gruterus Appium, ejecitque Publium, qui in posterioribus editionibus irreperat, contra fastos Capitolinos, contra MSS. plerisque & primæ ætatis excusos. 8 nam omnis animadversio & castigatio contumelia vacare debet, neque ad ejus, qui punit aliquem, sed ad reip. utilitatem referri. 9 cum vino incalvisset. 10 Philippo Pœno, caro & nobili scorto, quem ubique secum habebat. 11 cum id flagitii consul admisisset.

## C A P. XIII.

## A R G U M E N T U M.

*Man. Curii laus. Convivia senibus non plane interdicta.*

SÆPE audivi a majoribus natu, qui se porro pueros a senibus audisse dicebant, mirari solitum C. Fabricium, quod cum apud Pyrrhum regem legatus esset, audisset a Thessalo 1 Cynea, esse 2 quemdam Athenis, qui se sapientem profiteretur, eumque dicere, omnia, quæ faceremus, ad voluptatem esse referenda: quod ex eo audientes, Man. Curium & 3 Ti. Coruncanium optare solitos, ut id Samnitibus ipsique Pyrrho persuaderetur: quo facilius vinci possent, cum se voluptatibus dedissent. Vixerat Man. Curius cum Publ. 4 Decio, qui quinquennio ante eum consulem se pro republica quarto consulatu 5 devoverat. Norat eundem Fabricius, norat Coruncanius: qui cum ex sua vita, tum ex ejus, quem dico, Publ. Decii facto judicabant, esse profecto aliquid natura pulchrum, atque præclarum, quod 6 sua sponte peteretur, quodque spre- ta, & contemta voluptate, optimus quisque sequeretur. Quorsum igitur tam multa de voluptate? Quia non modo vituperatio nulla, sed etiam summa laus senectutis est, quod ea voluptates nullas magnopere desiderat, caret epulis, extractisque mensis & frequentibus poculis: caret etiam vinolentia, & 7 cruditate, & 8 insomniis. Sed si aliquid dandum est voluptati, quoniam ejus blanditiis 9 non facile ob- sistimus: (divine enim Plato escam malorum volu- ptatem appellat, quod ea videlicet homines 10 ca- piantur, ut hamo pisces) quamquam immoderatis epulis careat senectus, modicis tamen conviviis de- lectari potest. C. Duilium, M. filium, qui Pœnos classe

1 Demosthenis auditore, tan- Gallico prælio 6 sine ullo alio-  
tæ eloquentiæ viro, ut plures præmio. 7 quæ ex ciborum co-  
civitates sua facundia, quam pia oritur. 8 quæ multa gi-  
Pyrrhus armis, superasse credi- gnuntur ex crapula. 9 cum la-  
tus sit. 2 Epicurum. 3 vide bore, difficultate, molestia. 10  
Epit. Liv. XIII. 4 Filio. 5 per imprudentiam.

11 quo-

classe primus devicerat, redeuntem a cœna senem sæpe videbam puer, delectabatur 11 cereo funali, & tibicine: quæ sibi nullo exemplo privatus sumferat. Tantum licentiæ dabat gloria. Sed quid ego alios? ad me ipsum revertar. Primum habui semper sodales. 12 Sodalitates autem me quæstore constitutæ sunt, sacris 13 Idæis 14 Magnæ Matris acceptis. Epulabar igitur cum sodalibus omnino modice: sed erat quidem fervor ætatis: qua progrediente, omnia fiunt in dies 15 mitiora. Neque enim ipforum conviviorum delectationem voluptatibus corporis magis, quam cœtu amicorum, & sermonibus metiebar. Bene enim majores nostri accubitionem epularem amicorum, quia vitæ conjunctionem haberet, convivium nominarunt, melius quam Græci, quia hoc idem tum comotationem, tum concœnationem vocant. Ut, quod in eo genere minimum est, id maxime probare videantur.

## C A P. XIV.

## A R G U M E N T U M.

*Caro convivii delectatus. Senes studia excolentes.*

**E**GO vero, propter sermonis delectationem, 1 tempestivis quoque convivii delector, nec cum æqualibus solum, ( qui pauci jam admodum restant ) sed cum vestra etiam ætate, atque vobiscum: 2 habeoque senectuti magnam gratiam, quæ mihi sermonis aviditatem auxit, potionis & cibi sustulit. Quod si quem etiam ista delectant, ( ne omnino 3 bellum indixisse videar voluptati, cujus est etiam fortasse quidam naturalis 4 modus ) non intelligo, ne in istis.

1r quotiescunque epulatus erat, ad funalem cereum, præeunte tibicine & fidicine a cœna domum reverti solitus est. 12 vocabantur Græcis *sodales θιασῶται*. Collegium enim seu societas instituta in honorem alicujus Dei, ad sacra ejus celebranda, vocabatur *θίασος*, & *θιασῶται*, societatis ejus consortes. 13 ab

Ida, Phrygiæ monte. 14 quomodo magnæ Matris idolum Romam advectum sit, Livius lib. XXIX. aliique docent. 15 ut poma.

1 Quæ nec ante inciperent, nec serius desinerent, quam opus erat, læta quidem, sed moderata. 2 tantum abest, ut accusem. 3 renuntiasse. 4 vulgati,

ti,

istis quidem voluptatibus ipsis carere senectutem. Me vero & 5 Magisteria delectant a majoribus instituta; & is sermo, qui more majorum, a summo 6 adhibetur in poculis; & pocula, sicut in Symposio Xenophontis, minuta, atque 7 rorantia; & refrigeratio æstate, & vicissim aut sol, aut ignis hibernus: quæ quidem 8 in Sabinis etiam persequi soleo: conviviumque vicinorum quotidie compleo; quod ad multam noctem, quam maxime possumus, vario sermone producimus. At non est voluptatum tanta quasi titillatio in senibus. Credo: sed ne desideratio quidem: nihil autem molestum, quod non desideres. Bene Sophocles, cum ex eo quidam jam 9 affecto ætate quæreret, utereturne rebus venereis. 10 Dii meliora, inquit: libenter vero istinc, sicut a domo agresti, ac furioso, profugi. Cupidis enim rerum talium odiosum & molestum est fortasse carere: fatiatis vero & expletis jucundius est carere, quam frui. Quamquam non caret is, qui non desiderat. Ego hoc non desiderare, dico esse jucundius. 11 Quod si istis ipsis voluptatibus 12 bona ætas fruitur libentius: primum parvulis fruitur rebus, ut diximus: deinde iis, quibus senectus, si non abunde potitur, non omnino caret. Ut 13 Turpione Ambivio magis delectatur, qui in prima 14 cavea spectat: delectatur tamen etiam, qui in ultima: sic adolescentia, voluptates prope intuens, magis fortasse lætatur: sed delectatur etiam senectus, procul eas spectans,

ti, motus, male, & contra omnes libros. Allusit ad formulam, quod bono fiat modo. 5 in omni convivio legebatur plerumque forte magister convivii qui convivii cæteris leges ferebat bibendi. 6 vulgo additum, magistro, delendum est, alius enim est, qui magister dicitur, alius, qui summus accumbit. a summo bibere Græcis est ἐν κύκλῳ πίπειν, ab eo conviva videlicet, qui summus accumbit, ad imum; quod Romanis solemne fuit. 7 quæ vini parum capiunt: non ut impleant convivas ad satietatem, & plane sitim extinguant, sed ut leviter tanquam irrorare videantur. Quod fit par-

vis poculis, quæ minuta dixit. 8 ubi villam habuit Cato simpliciter & rudi forma ædificatam. 9 male alii, affecta ætate. Quod hic est affectus ætate, aliis est, confectus ætate, Phædro, defectus annis. Melius tamen affecto, quam confecto: ut extrema senectus non ostendatur: cum de media loquatur. 10 alii malunt: Dic meliora; sed verior & elegantior est vulgata lectio. 11 quod in nonnullis additur, quam frui, glossema est ex superioribus adjectum. 12 adolescentia. Contra mala ætas, senectus. 13 nominatur a Tacito in Dialogo de Oratoribus. 14 temporaneo theatro. 15 in

stans, tantum, quantum sat est. At illa quanti sunt, animum, tamquam emeritis stipendiis 15 libidinis, 16 ambitionis, 17 contentionis, inimicitarum, 18 cupiditatum omnium, 19 secum esse, secumque, ut dicitur, vivere? Si vero habet aliquod tamquam pabulum studii atque doctrinæ, nihil est otiosa senectute jucundius. Mori videbamus in studio dimetiendi pene cæli atque terræ 20 C. Gallum, familiarem 21 patris tui, Scipio. Quoties illum lux, noctu aliquid describere ingressum, quoties nox oppressit, cum mane cœpisset? Quam delectabat eum, defectionis solis & lunæ multo ante nobis prædicere! Quid in 22 levioribus studiis, sed tamen acutis? Quam gaudebat bello suo Punico Nævius! quam Truculento Platus! quam Pseudolo! Vidi etiam senem Livium: qui cum sex annos ante, quam ego natus sum, fabulam docuisset, Centhone, Tuditanoque consulibus, usque ad adolescentiam meam processit ætate. Quid de P. Licinii Crassi & pontificii, & civilis juris studio loquar? aut de hujus P. Scipionis, qui his paucis diebus pontifex maximus factus est? Atqui eos omnes, quos commemoravi, his studiis flagrantes senes vidimus. M. vero Cethegum, quem recte Suadæ medullam dixit Ennius, quanto studio exerceri in dicendo videbamus, etiam senem? Quæ sunt igitur epularum, aut ludorum, aut scortorum voluptates cum his voluptatibus comparandæ? Atque hæc quidem studia doctrinæ, quæ quidem prudentibus, & bene institutis pariter cum ætate crescunt: ut honestum illud Solonis sit, quod ait versiculo quodam, ut ante dixi, SENESCERE SE MULTA IN DIES ADDISCENTEM: qua voluptate animi nulla certe potest esse major.

## CAP.

15 in adolescentia. 16 in virili ætate. 17 in Reip. administratione. 18 in tota vita. 19 se & suam mentem curare, neglectis inanibus studiis & voluptatibus populi. *Tecum habita, moris, quam sit tibi curta su-* *pellex.* Persius Sat. IV. 20 Sulpitium Gallum. 21 Pauli: cuius, in exercitu, bello Macedonico, tribunus militum fuit. 22 Poeticam Mathematicis posthabet.



## C A P. XV.

## A R G U M E N T U M.

*Voluptates agriculturalum.*

VENIO nunc ad voluptates agriculturalum: quibus ego incredibiliter delector: quæ nec ulla impediuntur senectute, & mihi ad 1 sapientis vitam proxime videntur accedere. 2 Habent enim rationem cum terra, quæ numquam recusat 3 imperium, nec umquam sine usura reddit, quod accepit: sed alias minore, plerumque majore cum fœnore. Quamquam me quidem non fructus modo, sed etiam ipsius terræ vis, ac natura delectat: quæ cum gremio mollito ac subactò semen sparsum excepit, primum id 4 occæcatum colibet: ex quo occatio, quæ hoc efficit, nominata est: deinde tepesfactum vapore, & 5 compressu suo diffundit, & 6 elicit herbescentem ex eo viriditatem: quæ nixa fibris stirpium sensim adolescit, culmoque erecta 7 geniculato, vaginis jam quasi pubescens includitur: e quibus cum emerferit, fundit frugem 8 spici, ordine structam, & contra avium minorum morsum munitur vallo aristarum. Quid ego vitium satus, ortus, incrementa commemorem? Satiari delectatione non possum: ut meæ senectutis 9 quietem, 10 oblectamenta que pernoscat. Omitto enim vim ipsam omnium, quæ generantur e terra, quæ ex fici tantulo grano, aut 11 ex acini vinaceo, aut ex cæterarum fru-

1 Columella rem rusticam cæteris vivendi rationibus præferens proxime sapientiam locat. ejusque quasi consanguineam facit. 2 est illis negotium cum terra: id est, a terra pendent. 3 Pessime Manutius *impendium* hic legi volebat, cum sit proprium hac in re verbum. Dicuntur enim *imperare terræ*, qui eam exercent, & in illa ferunt ac plantant, quæ volunt, ut fructum ex illis capiant. 4 Cicero originem vocis *occare* aperire, ac docere voluit, factum esse per syncopen ab *occæcare*. 5 hæc ex veteribus libris restituit

Langius: pro quo vulgo *complexu*. 6 vide, quam eleganter ea, quæ ad agriculturam pertinent, explicet: cum Latinæ orationis facultatem, quocunque vellet, ingenii præstantia traduceret. 7 *genicula sunt nodi in caulibus & culmis, qui vs distinguuntur.* 8 Vulgo *spicæ*: sed *spici* est in optimis libris. Spici ordo gluma est, quam structam fruge ait compleri. 9 vulgo, *requiem*. Sed *quietem* ex Prisciano & vet. libris reposuit Langius. 10 ut omnia senectutis meæ oblectamenta sciatis. 11 *ex acini vinaceo* legendum esse jam dudum

frugum, ac stirpium minutissimis feminibus tantos truncos, ramosque procreat. 12 Malleoli, plantæ, farmenta, 13 viviradices, propagines, nonne ea efficiunt, ut quemvis cum admiratione delectent? Vitis quidem, quæ natura caduca est, & nisi fulta sit, ad terram fertur; eadem, ut se erigat claviculis suis, quasi maribus, quidquid est nacta, complectitur: quam serpentem multiplici lapsu & erratico, ferro amputans coercet ars agricolarum, ne silvescat farmentis, & in omnes partes nimia fundatur. Itaque ineunte vere, in iis, quæ relicta sunt, existit tamquam ad articulos farmentorum ea, quæ gemma dicitur: a quo oriens uva se ostendit: quæ & succo terræ, & calore solis augescens, primo est peracerba gustatu, deinde maturata dulcescit; vestitaque pampinis; nec modico tepore caret, & nimios solis 14 defendit ardores: qua quid potest esse cum fructu lætius, tum aspectu pulchrius? cujus quidem non utilitas me solum, ut ante dixi, sed etiam cultura & ipa natura delectat, adminiculorum ordines, capitum 15 jugatio, religatio, & propagatio vitium, farmentorumque ea, quam dixi, aliorum amputatio, aliorum 16 immissio. Quid ego irrigationes? quid 17 fossiones agri, repastinationesque proferam? quibus fit multo terra fœcundior. Quid de utilitate loquar stercoreandi? Dixi in eo libro, quem de rebus rusticis scripsi: de qua doctus Hesiodus ne verbum quidem fecit, cum de cultura agri scriberet. At Homerus, qui multis, ut mihi videtur, ante sæculis fuit, Laertem lenientem desiderium, quod capiebat e filio, colentem agrum, & eum 18 stercoreantem facit. Nec vero segetibus solum, & pratis, & vineis, & arbutis res rusticæ lætæ sunt, sed hortis etiam at-

que

dum Jobus Ludolfus observavit, referente Christoph. Cellario in novissima Lexici Fabri editione pag. 2514. aque ita etiam Aldus Manutius edidit, & res atque contextus jubent. Vulgo: ex *acino vinaceo*. 12 novelli palmites innati prioris anni flagello. 13 plantulæ cum sua radice in aliud solum translatae. 14 propulsat, arcet. 15 vulgo *ma-*  
*le conjugatio*. Rectius *jugatio*.

Hinc *jugata vinea*, *jugata vites*. i. e. in iugo erectæ. Jugum enim in vineis dicebantur perticæ humi defixæ, quibus aliæ imponebantur superius transversæ, ad instar jugi militaris. 16 hæc fit, quando virga edita a matre sulco committitur. 17 scrobes & ablaqueationes. 18 purgantem & ablaqueantem arbores Homerus inducit Laertem.

1 Cum

que pomariis: tum pecudum pastu, apum examini-  
bus, florum omnium varietate. Nec conditiones modo  
delectant, sed etiam insitiones: quibus nihil invenit  
agricultura solertius.

## C A P. XVI.

## A R G U M E N T U M.

*Man. Curii elogium, ejusdemque studium agricul-  
turae. Agri culti commoda.*

POSSUM persequi multa oblectamenta rerum rusti-  
carum: sed ea ipsa, quæ dixi, fuisse sentio lon-  
giora. Ignoscetis autem. Nam & studio rerum rusti-  
carum provector sum, & senectus est natura loqua-  
cior, ne ab omnibus eam vitiis videar vindicare. Er-  
go in hac vita Man. Curius, cum de Samnitibus, de  
Sabinis, de Pyrrho triumphasset, consumpsit extre-  
mum tempus ætatis: cujus quidem villam ego con-  
templans, (abest enim non longe a me) admirari sa-  
tis non possum vel hominis ipsius 1 continentiam,  
vel 2 temporum disciplinam. Curio ad focum se-  
denti magnum auri pondus Samnites cum attulissent,  
repudiati ab eo sunt. *Non enim aurum habere, præ-  
clarum sibi videri dixit, sed iis, qui haberent aurum,  
imperare.* Poteratne tantus animus non jucundam ef-  
ficere senectutem? Sed venio ad agricolas, ne a me  
ipso recedam. In agris erant tum senatores, 3 &  
iidem senes. Siquidem aranti L. Quinctio Cincinnato  
nunciatum est, eum dictatorem esse factum, cujus  
dictatoris jussu, magister equitum C. Servilius Ahala  
Sp. Mælium, regnum appetentem, 4 occupatum in-  
teremit. A villa in senatum arcessiebantur & Curius,  
& cæteri senes: ex quo, qui eos arcessiebant, viato-  
res nominati sunt. Num igitur horum senectus mise-  
rabilis fuit, qui se 5 agri cultione oblectabant? mea  
quidem sententia, haud scio, an ulla vita beatior ef-  
se possit: neque solum officio, quod hominum gene-  
ri

1 Cum senatus, exactis regi-  
bus, plebi septena jugera, Cu-  
rio quinquaginta assignasset, no-  
luit popularis assignationis mo-  
dum excedere. 2 temporum il-  
lorum rationem, consuetudinem,  
& quasi legem, quæ ab omnibus  
servabatur. 3 Ferri non potest,  
quod editiones obsidet, id est:  
Non omnes senatores erant se-  
nes, quamvis hæc vocis sit ori-  
go. 4 oppressum antea, quam  
perficeret id, quod cogitabat.  
5 quædam editiones habent aeri-  
cul-

ri universo cultura agrorum est salutaris; sed & delectatione, quam dixi, & saturitate, copiaque omnium rerum, quæ ad victum hominum, ad cultum etiam deorum pertinent: ut quoniam hæc quidam desiderant, in gratiam jam cum voluptate redeamus. Semper enim boni, assiduique domini referta cella vinaria, olearia, etiam penaria est, villaque tota locuples est: abundat porco, hœdo, agno, gallina, lacte, caseo, melle. Jam hortum ipsi agricolæ 6 succidiam alteram appellant. Conditiora facit hæc 7 supervacanei operis aucupium, atque venatio. Quid de pratorum viriditate aut arborum ordinibus, aut vinearum, olivetorumque specie dicam? 8 brevi præcidam. Agro bene culto nil potest esse nec usu uberius, nec specie ornatus: ad quem fruendum non modo non retardat, verum etiam invitat atque allectat senectus. Ubi enim potest illa ætas aut calefcere vel apricatione melius, vel igni, aut vicissim umbris aquisve refrigerari salubrius? Sibi igitur habeant arma, sibi equos, sibi hastas, sibi clavam, sibi 9 pilam, sibi nationes, & cursus: nobis senibus ex lusionibus multis talos relinquunt, & tesseras: id ipsum, utrum habebit: quoniam sine his beata esse senectus potest.

## C A P. XVII.

## A R G U M E N T U M.

*Xenophontis liber Oeconomicus commendatur. Cyrus agri colendi studiosus. Senectutis honorate auctoritas.*

**M**ULTAS ad res perutiles Xenophontis libri sunt: quos legite, quæso, studiose, ut facitis. Quam copiose ab eo agricultura laudatur in eo libro, qui est de tuenda re familiari, qui Oeconomicus inscribitur? atque ut intelligatis, nihil ei tam regale videri, quam studium agri colendi, Socrates in

*cultione, tanquam unica vox esset, male. 6 suillæ carnis frustum, ut perna, petaso. 7 cui servimus tempore quasi subsocio, cum iusto & legitimo sumus defuncti opere seu labore, quem*

agricultura poscit, nam opus per excellentiam notat laborem rusticum, quem agrestes impendunt exercendæ terræ. 8 longiorem sermonem amputabo, 9 sive militarem, sive luforiam.

1 Asiæ

in eo libro loquitur cum Critobulo, Cyrum minorem, regem Persarum, præstantem ingenio, atque imperii gloria, cum Lyfander Lacedæmonius, vir summæ virtutis, venisset ad eum in Sardis, eique dona a sociis attulisset: & cæteris in rebus commune erga Lyfandrum, atque humanum fuisse, & ei quendam conseptum agrum diligenter confitum, ostendisse: cum autem admiraretur Lyfander & proceritates arborum, & directos in quicuncem ordines, & humum subactam, atque puram, & suavitatem odorum, qui afflarentur e floribus: tum eum dixisse mirari se non modo diligentiam, sed etiam solertiam ejus, a quo essent illa dimensa atque descripta: & ei Cyrum respondisse: Atqui ego omnia ista sum dimensus: mei sunt ordines, mea descriptio: multæ etiam istarum arborum mea manu sunt factæ. Tum Lyfandrum, intuentem ejus purpuram & nitorem corporis ornatumque persicum multo auro, multisque gemmis, dixisse: Recte vero te, Cyre, beatum ferunt, quoniam virtuti tuæ fortuna conjuncta est. Hac igitur fortuna frui licet senibus: nec ætas impedit, quo minus & cæterarum rerum, & imprimis agri colendi studia teneamus usque ad ultimum tempus senectutis. Marcum quidem Valerium Corvinum accepimus ad centesimum annum perduxisse; cum esset acta jam ætate in agris, eosque coleret: cujus inter primum & sextum consulatum sex & quadraginta anni interfuerunt. Itaque quantum spatium ætatis majores nostri ad senectutis initium esse voluerunt, tantus illi cursus honorum fuit. Atque ejus extrema ætas hoc beatior quam media, quod auctoritatis plus habeat, laboris vero minus. Apex autem senectutis est auctoritas. Quanta fuit in L. Cæcilio Metello! quanta in Atilio

M

Ca-

1 Asiæ oppido, quod Cyrus major victo Cræso intravit. 2 vulgati, *comem*. Sed *communem* habent antiquissimi libri, idemque significat *comem*, benignum, facilem erga se inferiores. 3 cum arbores quincuncialis notæ, V. figuram, quacunque parte spectaveris, decussatim positæ referunt. Vide Schema apud Manutium. 4 ele-

gantiam in cultu. 5 plurimum hoc in numero variant & Codices & alii scriptores. 6 Varro apud Censorinum de natali die: *In tertio gradu, qui erant usque ad 45 annos, juvenes appellatos, eo quod remp. in re militari possent juvare. In quarto autem ad usque 60 annum, seniores esse vocitatos, quod tunc primum senescere corpus incipiat.* 7 senectus nihil

Calatino! in quem illud 8 elogium unicum: PLURIMÆ CONSENTIUNT GENTES, POPULI PRIMARIUM FUISSE VIRUM. Notum est carmen incisum sepulcro. Jure igitur gravis, cujus de laudibus omnium esset fama consentiens. Quem virum P. Crassum, nuper pontificem maximum; quem 9 postea M. Lepidum eodem sacerdotio præditum, vidimus? Quid de 10 Paulo aut 11 Africano loquar; aut, ut jam ante, de 12 Maximo? quorum non in sententia solum, sed etiam in nutu residebat auctoritas. Habet senectus, honorata præsertim, tantam auctoritatem, ut ea pluris sit, quam omnes adolescentiæ voluptates.

## C A P. XVIII.

## A R G U M E N T U M.

*Senectus honesta tantum laudari meretur. Senum morositas excusatur.*

**S**ED in omni oratione mementote, eam me laudare senectutem, quæ fundamentis adolescentiæ constituta sit. Ex quo id efficitur, quod ego magno quodam cum assensu omnium dixi: miseram esse senectutem, quæ se oratione defenderet. Non cani, non rugæ repente auctoritatem 1 arripere possunt; sed honeste acta superior ætas fructus capit auctoritatis extremos. Hæc enim ipsa sunt honorabilia, quæ videntur levia atque communia, salutari, appeti, decedi, assurgi, 2 deduci, reduci, 3 consuli; quæ & apud nos, & in aliis civitatibus, ut quæque optime morata, ita diligentissime observantur. Lysandrum Lacedæmonium, cujus modo mentionem feci, dicere ajunt solitum, Lacedæmone esse honestissimum domicilium senectutis. Nusquam enim

nihil sublimius habet, nihil magnificentius auctoritate. 8 singularis inscriptio, *elogium* est quævis inscriptio sive tabulæ, sive statuæ, titulus sepulcralis, epigramma. 9 triennium. 10 Patre tuo, 0 Scipio. 11 Avotuo adoptivo. 12 Fabio, cum quo se militasse jam dixit. 1 Vulgo *afferre*: sed *arripere* est vehementius & in omnibus antiquis libris. 2 nam juvenes deducebant ad curiam aliquem Senatorem, quem expectabant, ut domum reducerent. 3 multis de rebus, quas ob ætatem

ex-

enim tantum tribuitur ætati ; nusquam est senectus honoratior. Quin etiam memoriæ proditum est, cum Athenis, ludis, quidam in theatrum grandis natu venisset, in magno confessu locum a suis civibus ei nusquam datum : cum autem ad Lacedæmonios accessisset, qui, cum legati essent, certo in loco confederant, confurrexerunt omnes, & senem illum festum recepisse : quibus cum a cuncto confessu plausus esset multiplex datus, dixisse ex iis quendam, Athenienses scire, quæ recta essent, sed facere nolle. Multa in 4 nostro collegio præclara : sed hoc, de quo agimus, in primis, quod, ut quisque ætate antecedit, ita 5 sententiæ principatum tenet : neque solum honore antecedentibus, sed iis etiam, qui cum imperio sunt, majores natu augures anteponuntur. Quæ sunt igitur voluptates corporis cum auctoritatis præmiis comparandæ? quibus qui splendide usi sunt, ii mihi videntur fabulam ætatis peregisse, nec, tanquam inexercitati histriones, in extremo actu corruisse. At sunt morosi, & 6 anxii, & 7 iracundi, & 8 difficiles senes : si quærimus, etiam avari. Sed hæc morum vitia sunt, non senectutis. At morositas tamen, & ea vitia, quæ dixi, habent aliquid excusationis, non illius quidem justæ, sed quæ probari posse videatur. 9 Contemni se putant, despici, illudi : præterea in 10 fragili corpore odiosa omnis offensio est. Quæ tamen omnia 11 dulciora sunt & moribus bonis & artibus : idque tum in vita, tum in scena intelligi potest ex iis fratribus, qui in Adelpis sunt. Quanta in altero duritas, in altero comitas ! Sic se res habet. Ut enim non omne vinum, sic non omnis natura vetustate 12 coacescit. Severitatem in senectute probo, sed eam, sicut alia, modicam : acerbicatem nullo modo. Avaritia vero senilis quid sibi velit, non intelligo. Potest enim quidquam esse absurdius, quam, quo minus vitæ restat, eo plus viatici quærere?

M 2

CAP.

experti sunt. 4 augurum. 5 pri-  
 mus ante alios sententiam dicit.  
 6 suis diffidunt. 7 si quid ces-  
 satum peccatumve fuerit. 8 du-  
 ri ad ignoscendum. 9 sunt enim  
 senes suspiciosi. 10 cujus imbe-  
 cillitatem animi quoque imbe-  
 cillitas fere comitatur. 11 mi-  
 tigantur. 12 non bene ætatem  
 fert.

x Hinc

## A R G U M E N T U M.

*Miser senex, qui mortem non cogitat, aut metuit. Adolescentibus mors etiam impendet. Eorum ætas veri comparatur.*

QUARTA restat causa, quæ maxime angere, atque sollicitam habere nostram ætatem videtur, appropinquatio mortis, quæ certe a senectute non potest longe abesse. O miserum senem, qui mortem contemnendam esse in tam longa ætate non viderit! quæ aut plane negligenda est, si omnino exlinguit animum: aut etiam optanda, si aliquo eum deducit, ubi sit futurus æternus. Atqui tertium certe nihil inveniri potest. Quid igitur timeam, si aut non miser post mortem, aut beatus etiam futurus sum? quamquam quis est tam stultus, quamvis sit adolescens, cui sit exploratum, se <sup>1</sup> ad vesperum esse victurum? Quia etiam ætas illa multo plures, quam nostræ, mortis casus habet: facilius in morbos incidunt adolescentes: <sup>2</sup> gravius ægrotant: <sup>3</sup> tritius curantur: itaque <sup>4</sup> pauci veniunt ad senectutem. Quod ni ita accideret, melius, & prudentius viveretur. Mens enim, & ratio, & consilium in <sup>5</sup> senibus est: qui si nulli fuissent, <sup>6</sup> nullæ omnino <sup>7</sup> civitates essent. Sed redeo ad mortem impendentem. Quod illud est crimen senectutis, cum illud videatis cum adolescentia esse commune? Sensi ego cum in optimo filio meo, tum in <sup>8</sup> expectatis ad amplissimam dignitatem <sup>9</sup> fratribus tuis, Scipio, omni ætati mortem esse communem. At sperat adolescens, diu se victurum; quod sperare idem senex non potest. Insipienter sperat. Quid enim stultius, quam

<sup>1</sup> Hinc illud Varronis: *Nescis, quid serus vesper vehat.* <sup>2</sup> periculosius. <sup>3</sup> difficilius: ob morbi vehementiam, & majori cum molestia tam ægrotantis, quam domesticorum. <sup>4</sup> alii: *perpauci*; propter casus mortis plures, morborumque vehementiam. <sup>5</sup> his, qui cum naturæ bonitate temperantiam conjungere. <sup>6</sup> nam adolescentes, viribus freti, vim potius, quam jus, spectant, invitique se legibus adstringunt. <sup>7</sup> hominum consociationes. <sup>8</sup> magnam spem de se præbentibus: pueris etiamnum. <sup>9</sup> Pauli filii, qui adhuc pueri sunt extincti.



quam incerta pro certis habere, falsa pro veris? Senex ne quod speret quidem habet. At est eo meliore conditione, quam adolescens, cum id, quod ille sperat, hic jam consecutus est. Ille vult diu vivere: hic diu vixit. Quamquam, o dii boni! quid est in hominis vita diu? Da enim supremum tempus: expectemus Tartessiorum regis ætatem. Fuit enim (ut scriptum video) Arganthonius quidam Gadibus, qui octoginta regnavit annos, centum & viginti vixit. Sed mihi ne diuturnum quidem quidquam videtur, in quo est aliquid extremum. Cum enim id advenit; tunc illud, quod præteriit, effluxit: tantum remanet, quod <sup>10</sup> virtute, & recte factis sis consecutus. Horæ quidem cedunt, & dies, & menses, & anni: nec præteritum tempus umquam revertitur, nec quid sequatur, sciri potest. Quod cuique temporis ad vivendum datur, eo debet esse contentus. Neque enim histrioni, ut placeat, peragenda est fabula, modo, in quocunque fuerit actu, probetur: neque sapienti usque ad, **PLAUDITE**, <sup>11</sup> vivendum. Breve enim tempus ætatis satis est longum ad bene, honesteque vivendum. <sup>12</sup> Sin processeris longius; non magis dolendum est, quam agricolæ dolent, præterita verni temporis suavitate, æstatem, autumnumque venisse. Ver enim, tanquam adolescentiam significat, ostenditque fructus futuros: reliqua tempora demetendis fructibus, & percipiendis accommodata sunt: fructus autem senectutis est (ut sæpe dixi) ante partorum bonorum memoria, & copia. Omnia vero, quæ secundum naturam fiunt, sunt habenda in bonis. Quid est autem tam secundum naturam, quam senibus emori? Quod idem contingit adolescentibus, adversante & repugnante natura. Itaque adolescentes sic mihi mori videntur, ut cum aquæ multitudine vis flammæ opprimitur: senex autem, sicut sua sponte, nulla adhibita vi, consumtus ignis extinguitur. Et quasi poma ex arboribus, cruda si sint, vi avelluntur, si matura, & cocta, decidunt: sic vitam adolescentibus vis aufert, senibus maturitas. Quæ mihi quidem tam jucunda est, ut quo propius ad mortem accedam,

M 3 quasi

<sup>10</sup> Seneca de brevitate vitæ scribit, eum male vixisse, qui nescit bene mori. <sup>11</sup> in aliis est: *veniendum*. <sup>12</sup> sin diutius vixeris.

quasi terram videre videar, aliquandoque in portum  
ex longa navigatione esse venturus.

## C A P. XX.

## A R G U M E N T U M.

*Senectus animosa. Mortem multi contempserunt.*

1 **O**MNIUM ætatum certus est terminus: 2 senectutis autem nullus certus est terminus: recteque in ea vivitur, quoad munus officii exsequi, & tueri possis, & tamen mortem contemnere. Ex quo fit, ut animosior etiam senectus sit, quam adolescentia, & fortior. Hoc illud est, quod Pisistrato tyranno a Solone responsum est: cum illi quærenti, *Qua tandem spe fretus, sibi tam audacter obsisteret;* respondisse dicitur, *Senectute*. Sed vivendi finis est optimus, cum, integra mente, 3 ceterisque sensibus, opus ipsa suum eadem, quæ coagmentavit, natura dissolvit. Ut navem, ut ædificium idem destruit facillime, qui construxit: sic hominem eadem optime, quæ conglutinavit, natura dissolvit. Jam omnis conglutinatio recens ægre, inveterata facile divellitur. Ita fit, ut illud breve vitæ reliquum nec avide appetendum senibus, 4 nec sine causa deserendum sit. Vetatque 5 Pythagoras injussu imperatoris, id est Dei, de præsidio & statione vitæ decedere. Solonis quidem sapientis elogium est, quo se negat velle suam mortem dolore amicorum & lamentis vacare. Vult, credo se esse carum suis. Sed haud scio, an melius Ennius:

*Nemo me lacrymis decoret, neque funera fletu  
Faxit.*

Non censet lugendam esse mortem, quam immortalitas

1 Ætatum terminos alii aliter constituunt. Vide Censorinum de die natali cap. 14. 2 Terminus vitæ humanæ longissimus 80. annis definitur in Psalmis, cum quo fatales apud Etruscis libri, & Plato ac Staseas Peripateticus fere consentiunt. Multi tamen hunc terminum longe sunt supergressi, ut verum sit, quod Cicero dixit. 3 alii habent, *certisque*, sed melius, *ceterisque*. 4 ultimam diem nec metuendam, nec optandam, nec temere arcessendam esse, sapientes omnium sectarum sciverunt. 5 a quo, ut alia multa, accepit Plato in Phæ-

litas consequatur. Jam sensus moriendi 6 aliquis esse potest, isque ad exiguum tempus, præsertim seni. Post mortem quidem 7 sensus aut optandus, aut nullus est. Sed hoc 8 meditatam ab adolescentia debet esse, mortem ut negligamus; sine qua meditatione, tranquillo esse animo nemo potest. Morendum enim certe esse, & id incertum, an eo ipso dis. Mortem igitur, omnibus horis impendentem timens, qui poterit animo consistere? De qua non ita longa disputatione opus esse videtur, cum recorder non solum Brutum, qui in liberanda patria est interfectus; non duos Decios, qui ad voluntariam mortem cursum equorum incitaverunt; non M. Atilium, qui ad supplicium est profectus, ut fidem hosti datam conservaret; non duos Scipiones, qui iter Pœnis vel corporibus suis obstruere voluerunt; non avum tuum L. Paullum, qui morte sua luit collegæ in Cannensi ignominia temeritatem; non M. Marcellum, cujus interitum ne crudelissimus quidem hostis honore sepulturæ carere passus est; sed legiones nostras (quod scripsi in Originibus) in eum sæpe locum profectas alacri animo, & erecto, unde se numquam redituras arbitrarentur. Quod igitur adolescentes, & ii quidem non solum indocti, sed etiam 9 rustici contemnunt, id docti senes extimescent? Omnino (ut mihi quidem videtur) rerum omnium 10 fatietas vitæ facit fatietatem. Sunt pueritiæ certa studia: num igitur ea desiderant adolescentes? Sunt & ineuntis adolescentiæ: num ea constans jam requirit ætas, quæ media dicitur? Sunt etiam ejus ætatis: ne ea quidem a senectute quærentur. Sunt extrema quædam studia senectutis. Ergo ut superiorum ætatum studia occidunt, sic 11 occidunt etiam senectutis. Quod cum evenit, fatietas vitæ tempus maturum mortis affert.

L 4

CAP.

Phædone. 6 vulgati: si quis potest esse, is ad exiguum tempus durat. Sed durat a bonis libris abest. 7 quia aut vivit animus, aut moritur cum corpore. Si vivit, optandus est sensus, quia ad locum proficiscitur, ubi ævo fruitur sempiterno: si moritur, non est miser, quia non sentit dolorem post mortem. 8 hoc fiet, si consideremus, quid mors sit, & quod certa mors sit, tempus vero mortis incertum. Seneca dolet, magnam vitæ partem nihil agentibus, majorem male agentibus, totam aliud agentibus elabi. 9 ex agris enim in militiam proficiscebantur. 10 nam senes sapientes rerum plerarumque fatietas tenet. 12 Solis instar.

1 Vo-

## ARGUMENTUM.

*Mortui demum veram vitam vivunt. Animorum immortalitas.*

**E**QUIDEM non video, cur, quid ipse sentiam de morte, non audeam <sup>1</sup> vobis dicere. Quod eo melius mihi cernere videor, quod ab ea <sup>2</sup> propius absum. Ego vestros patres, P. Scipio, tuque C. Læli, viros clarissimos, mihi que amicissimos, vivere arbitror: & eam quidem vitam, quæ est sola vita numeranda. Nam, dum sumus in his inclusi compagibus corporis, munere quodam necessitatis, & gravi opere perfungimur. <sup>3</sup> Est enim animus cælestis <sup>4</sup> ex altissimo domicilio depressus, & quasi demersus in terram; locum divinæ naturæ, æternitatisque contrarium. Sed credo, deos immortales sparsisse animos in <sup>5</sup> corpora humana, ut essent, qui terras <sup>6</sup> tuerentur, quique cælestium ordinem contemplantes, imitarentur eum vitæ modo, atque constantia. Nec me solum ratio, ac disputatio impulit, ut ita crederem, sed nobilitas etiam summorum philosophorum, & <sup>7</sup> auctoritas. Audiebam Pythagoram Pythagoræosque, incolas pene nostros, qui essent Italici philosophi quondam nominati, numquam dubitasse, quin ex universa mente divina <sup>8</sup> delibatos animos haberemus. Demonstrabantur mihi præterea, quæ Socrates supremo vitæ diè de immortalitate animorum disseruisset, is, qui esset <sup>9</sup> omnium sapientissimus oraculo Apollinis judicatus. Quid multa? sic mihi persuasi, sic sentio: <sup>10</sup> cum tanta celeritas animorum sit, tanta memoria præteritorum, futurorumque prudentia, tot artes, tot scientiæ, tot inventa, non posse

<sup>1</sup> *Vobis*, addunt omnes libri scripti. *Vobis*: adolescentibus generosis, liberaliter institutis, præclare de me sentientibus, quique nihil in malam partem fitis accepturi. <sup>2</sup> minus disto. <sup>3</sup> probat sex argumentis animorum immortalitatem. <sup>4</sup> ex primo orbe, qui continet cæteros,

qui summus ipse Deus est. <sup>5</sup> ex humo orta. <sup>6</sup> excolerent, gubernarent. <sup>7</sup> inde illud, *αὐτὸς ἔφα*. <sup>8</sup> deceptos & detractos. <sup>9</sup> hæc vox in vulgatis deest, & tamen necessaria, si modo Græca oraculi verba expressit Cicero. <sup>10</sup> argumenta quatuor, ad

pre-

posse eam naturam, quæ res contineat, esse mortalem: cumque semper agitetur animus, nec principium motus habeat, quia se ipse moveat, nec finem quidem habiturum esse motus, quia nunquam se ipse sit relicturus: &, cum simplex animi natura esset, neque haberet in se quidquam admistum, dispar sui, atque dissimile, non posse eum dividi: quod si non possit, non posse interire: magnoque esse argumento, homines scire pleraque, ante, quam nati sint, quod jam pueri, cum artes difficiles discant, ita celeriter res innumerabiles arripiant, ut eas non tum primum accipere videantur, sed reminisci, & recordari. Hæc Plato noster.

## C A P. XXII.

## A R G U M E N T U M.

*Cyri morientis verba. Morti somnus similis.*

**A**PUD 1 Xenophontem autem moriens Cyrus major, hæc dicit: Nolite arbitrari, o mihi carissimi filii, me, cum a vobis discessero, nusquam, aut nullum fore. Nec enim, dum eram vobiscum, animum meum videbatis; sed eum esse in hoc corpore, ex iis rebus, quas gerebam, intelligebatis. Eundem igitur esse creditote, etiamsi nullum videbitis. Nec vero clarorum virorum post mortem honores permanerent, 2 si nihil eorum ipsorum animi efficerent, quo diutius memoriam sui 3 tuerentur. Mihi quidem numquam persuaderi potuit, animos, dum in corporibus essent mortalibus, vivere; cum exissent ex iis, emori: nec vero, tum animum esse insipientem, cum ex insipienti corpore evasisset: sed cum omni admistione corporis liberatus, purus & integer esse cœpisset, tum esse sapientem. Atque etiam, cum hominis natura morte dissolvitur, cæterarum rerum

M 5

perf.

probandam animorum immortalitatem, ex Platone sumta. 11 Optime, quia Platonem admirabatur & magni faciebat Cicero. Locum hunc corruptum esse varietas arguit scripturæ, quæ in antiquis Codicibus reperitur.

pro animorum æternitate. 2 ob eorum merita: nec enim diu memoria manet, nisi causa sit, cur diu maneat. 3 teneremus vulgo, ab interpolatoribus profectum, qui elegantiam vocis tuerentur non videntur cepisse.

1 Argumenta sex Xenophontis

Nihil tamen Ciceroni frequentius,

perspicuum est, quo quæque discedant. Abeunt enim illuc omnia, unde orta sunt: animus autem solus nec cum adest, nec cum discedit, apparet. Jam vero videtis, nihil esse morti tam simile, quam somnum. Atqui dormientium animi maxime declarant divinitatem suam. Multa enim, cum remissi & liberi sunt, futura prospiciunt. Ex quo intelligitur, quales futuri sint, cum se plane corporis vinculis relaxaverint. Quare, si hæc ita sunt; sic me colite, & ut deum: si una interiturus est animus cum corpore; vos tamen deos verentes, qui & hanc omnem pulchritudinem tuentur, & regunt, memoriam nostri pie, inviolateque servabitis. Cyrus quidem hæc moriens.

## C A P. XXIII.

## A R G U M E N T U M.

*Animorum immortalitas defenditur. Levis Catoni senectus est, & cur?*

**N**OS (si placet) nostra videamus. Nemo umquam mihi, Scipio, persuadebit, aut patrem tuum Paullum, aut duos avos, Paullum, & Africanum, aut Africani patrem, aut patrum, aut multos præstantes viros, quos enumerari non est necesse, tanta esse conatos, quæ ad posteritatis memoriam pertinerent; nisi animo cernerent, & posteritatem ad se pertinere. An censes (ut de me ipso aliquid more senum glorier) me tantos labores, diurnos nocturnosque, domi militiaeque suscepturum fuisse, si iisdem finibus gloriam meam, quibus vitam, essem terminaturus? Nonne melius multo fuisset, otiosam ætatem, & quietam, sine ullo labore, aut contentione traducere? Sed nescio quomodo animus erigens se, posterita-

tius, quam *tueri* pro conservare. & Græca Xenophontis ita habent: τὴν ἐμὴν ψυχὴν καταδὲ μὴ ποιῆτε, ἃ ἐγὼ δέομαι. hoc est ad verbum: & vos animam meam colentes facite, quæ rogo. nam si extincti parentis studiis libe-

ri obsequentur, ejusque imperata facient, nonne ejus animum venerabuntur? Nisi forte hic Cicero ita loquutus sit, ut in Somnio Scipionis: Deum igitur te scito esse, hoc est, immortalem. & mundum hunc universum.

& vulgati: posteritatem ad se posse

ritatem semper ita prospiciebat, quasi cum excessisset e vita, tum denique victurus esset. Quod quidem ni ita se haberet, ut animi immortales essent, haud optimi cujusque animus maxime ad immortalitatis gloriam niteretur. Quid, quod sapientissimus quisque æquissimo animo moritur, stultissimus iniquissimo? Nonne vobis videtur animus is, qui plus cernat, & longius, videre se ad meliora proficisci; ille autem cui obtusior sit acies, non videre? Equidem efferor studio patres vestros, quos colui, & dilexi, videnti. Neque vero eos solos convenire aveo, quos ipse cognovi, sed illos etiam, de quibus audiivi & legi, & ipse conscripsi. Quo quidem me proficiscente, 2 haud sane quis facile retraxerit, neque 3 tanquam Peliam recoxerit. Et si quis deus mihi largiatur, ut ex hac ætate 4 repueriscam, & in cunis vagiam, valde recussem. Nec vero velim, quasi decurso spatio 5 ad carceres a 6 calce revocari. Quid enim habet vita commodi? Quid non potius laboris? Sed habeat sane: habet certe tamen aut fatietatem, aut modum: non lubet enim mihi deplorare vitam, quod multi, & ii docti, sæpe fecerunt. Neque me vixisse pœnitet: quoniam ita vixi, ut non frustra me natum existimem, & ex vita ita discedo, tamquam ex hospitio, non tamquam ex domo: commorandi enim natura 7 diverforium nobis, non habitandi 8 debet. O præclarum diem, cum ad illud divinum animorum concilium, cœtumque proficiscar;

M 6 cum-

*posse pertinere.* Quod nonnulli præferunt, quia gentiles semper de immortalitate animæ hæsitanter loquantur. Nostram tamen lectionem plurimi firmant codices, & Cato hic de immortalitate animæ non dubitare videtur. 2 hoc vult Cato dicere: non facile passurum se, ubi de vita migrandum sit, ut eum quisquam de via reprehendat atque reducat, etiamsi juventutem redditum iri caverit, sed si etiam ad infantiam revocare quis velit, valde repugnaturum. 3 quemadmodum Pelias fuit recoctus. Fabulam refert Diodorus lib. IV. 4 alii, *repueriscam*. 5 ad principium curriculum & cursus. Carceres enim in plurali dicuntur repagula & funes, qui ante equorum pectora sunt, cum volunt currere. 6 a fine, quantus labor esset cursoribus, potissimum victori, si brabeo adepto, & decurso semel spatio iterum currere ad idem oporteret. Sic est per similitudinem in vita nostra. 7 cum natura nobis dederit usuram vitæ, quasi diverforium: cur velimus esse perpetuum, quod ad tempus datum est? Commoramur enim, non habitamus, in diverforiis. 8 vulgati addunt, *locum*, quod ut glossam Langius ex-

cumque ex hac turba, & colluvione discedam? Proficiscar enim non ad eos solum viros, de quibus ante dixi; sed etiam ad Catonem meum, quo nemo vir melior natus est, nemo pietate præstantior: cujus a me corpus crematum est; quod contra decuit ab illo meum: 9 animus vero, non me deferens, sed respectans, in ea profecto loca discessit, quo mihi ipsi cernebat esse veniendum. Quem ego meum casum 10 fortiter ferre visus sum: non quod æquo animo ferrem, sed me ipse consolabar, existimans non longinquum inter nos digressum, & discessum fore. His mihi rebus, Scipio, (id enim te cum Lælio admirari solere dixisti) levis est senectus, nec solum non molesta, sed etiam 11 jucunda. Quod si in hoc erro, quod animos hominum immortales esse credam, lubenter erro: nec mihi hunc errorem, quo delector dum vivo, extorqueri volo. Sin mortuus (ut quidam 12 minuti philosophi censent) nihil sentiam; non vereor, ne hunc errorem meum mortui philosophi irrideant. Quod si non sumus immortales futuri; tamen extinguere homini suo tempore optabile est. Nam habet natura, ut aliarum omnium rerum, sic vivendi modum. Senectus autem peractio ætatis est, 13 tamquam fabulæ: cujus defatigationem fugere debemus, præsertim adjuncta fatietate. Hæc habui, de senectute quæ dicerem: ad quam utinam perveniatis; ut ea, quæ ex me audistis, re experti probare possitis.

M. TUL-

expunxit. 9 Catonis filii, e vita discedentis. 10 hoc Lælius de Amicitia, de Catone prædicat. 11 propter conscientiam recte factorum, bene actæ vitæ, & immortalitatis spem. 12 Cyrenaici, Epicurei, minorum gentium. 13 Plurimi Philosophi vitam fabulæ compararunt.

1 Non



M. TULLII CICERONIS  
LÆLIUS,

SIVE

DE AMICITIA DIALOGUS

AD

T. POMPONIUM ATTICUM.

LOQUUNTUR

FANNIUS, SCÆVOLA, LÆLIUS.

CAP. I.

ARGUMENTUM.

*Præloquium auctoris de occasione scribendi hujus dialogi.*

**Q**UINTUS Mucius <sup>1</sup> augur multa narrare de C. Lælio, <sup>2</sup> socero suo, memoriter, & jucunde solebat, nec dubitare illum in <sup>3</sup> omni sermone appellare <sup>4</sup> sapientem. Ego autem a patre ita eram deductus ad Scævola, sumpta virili toga, ut quoad <sup>5</sup> possem, & <sup>6</sup> liceret, a senis latere numquam discederem. Itaque multa ab eo, prudenter disputata, multa etiam breviter, & commode dicta, memoriæ mandabam: fierique studebam ejus prudentia doctior. Quo mortuo, me ad <sup>7</sup> pontificem Scævola contuli: quem unum nostræ civitatis & ingenio, & justitia præ-

<sup>1</sup> Non solum augur, sed etiam Consul fuit A. V. C. 635. <sup>2</sup> duxerat enim ejus filiam Læliam, quam patris tinctam elegantia fuisse Cicero auctor est. <sup>3</sup> quotiescunque mentio ejus incidisset. <sup>4</sup> sapiens Lælius habitus est, quod, videns se res novas sine turbatione reip. moliri non posse, ab incepto desisterit. <sup>5</sup> per mea negotia. <sup>6</sup> per ejus occupationes. <sup>7</sup> fuit is Jctus, Pon-

præstantissimum audeo dicere. Sed de hoc alias. Nunc redeo ad augurem. Cum sæpe multa, tum memini, domi in 8 hemicyclio sedentem, ut solebat, cum ego essem una, & pauci admodum familiares, in eum sermonem illum incidere, qui tum fere omnibus erat in ore. Meministi enim, 9 Attice, & eo magis, quod P. Sulpitio 10 utebare multum, cum is tribunus plebis capitali odio a Q. Pompejo, qui tum erat consul, diffideret, quocum conjunctissime & amantissime vixerat, quanta hominum esset vel 11 admiratio, vel 12 querela. Itaque tum Scævola, cum in eam ipsam mentionem incidisset, exposuit nobis sermonem Lælii de amicitia, habitum ab illo secum, & cum altero genero C. Fannio, M. filio, paucis diebus post mortem Africani. Ejus disputationis sententias memoriæ mandavi: quas in hoc libro exposui meo arbitrato. Quasi enim ipsos induxi loquentes: 13 ne, Inquam, &, Inquit, sæpius interponeantur: atque ut tanquam a præsentibus coram haberi sermo videretur. Cum enim sæpe mecum ageres ut de amicitia scriberem aliquid, digna mihi res cum omnium cognitione, tum nostra familiaritate visa est. Itaque feci non invitus, ut 14 prodessem multis tuo rogatu. Sed, ut in Catone majore, qui est scriptus ad te de senectute, Catonem induxi senem disputantem; quia nulla videbatur aptior persona, quæ de illa ætate loqueretur, quam ejus, qui & diutissime senex fuisset, & in ipsa senectute præ cæteris florisset: sic, cum accepissemus a patribus, maxime memorabilem C. Lælii, & P. Scipionis familiaritatem fuisse, idonea mihi Lælii persona visa est, quæ de amicitia ea ipsa differeret, quæ disputata ab eo meminisset 15 Scævola. Genus autem hoc sermonum, positum in hominum veterum auctoritate, & eorum

Pontifex Mx. & Consul. A. V. C. 658. 8 ita dicebantur mensæ semicirculares, aut etiam sedes semicircularæ, plurium sellarum capaces, in quibus solebant sedere confabulantes, imprimis seniores. 9 quæ in vulgatis adduntur, *profecto, ut opinor*, interpolationem sapiunt. 10 multum fuisti familiaris. Vide Corn. Nepotem in Atticivita Cap. 2. 11 quod inter eos

tantum odii intercesserat, inter quos putabatur vera amicitia. 12 propter mala, quæ ex illo odio in rempubl. derivabantur. 13 sumit hoc, ut alia in hoc exordio, ex Platonis præfatione in Theætetum. 14 nihil enim utilius, quam ea cognoscere, quæ tum ad instituendam, tum ad conservandam amicitiam pertinent. 15 in vulg. additur, *magister meus*, scil. in jure civili.

illustrium, plus, nescio quo pacto, videtur habere gravitatis. Itaque ipse mea legens sic afficior interdum, ut Catonem, non me, loqui existimem. Sed, ut tum ad senem senex de senectute, sic in hoc libro ad amicum amicissimus de amicitia scripsi. Tum est Cato locutus, quo erat nemo fere senior temporibus illis, nemo prudentior: nunc Lælius, & sapiens, (sic enim est habitus) & amicitiae gloria excellens, de amicitia loquitur. Tu velim animum a me parumper avertas, Lælium loqui ipsum putes. C. Fannius, & Q. Mucius ad focerum veniunt post mortem Africani: ab iis sermo oritur: respondet Lælius: *cujus tota disputatio est de amicitia: quam legens tute ipse cognosces.*

## C A P. II.

## A R G U M E N T U M.

*Africani, Lælii, Catonis laudes.*

**FAN.** 1 Sunt ista, Læli, nec enim melior vir fuit Africano quisquam, nec 2 clarior. Sed 3 existimare debes, omnium oculos in te esse coniectos; unum te sapientem & appellant, & existimant. Tribuebatur hoc modo M. Catoni. Scimus, L. 4 Atilium apud patres nostros appellatum esse sapientem: sed uterque alio quodam modo: Atilius, quia prudens esse in jure civili putabatur; Cato, quia multarum rerum usum habebat: multaque ejus & in senatu, & in foro vel 5 provisiva prudenter, vel 6 acta constanter, vel 7 responsa acute ferebantur, propterea quasi 8 cognomen jam habebat in senectute

vili. 16 tute ipse cognosces. Hoc recipit Grævius ex optimis Codicibus. Alii aliter, sed inepte & nullo sensu.

1 Vulgo: *sunt ista vera*. Sed *veri* est glossema. Nam verbum, *est*, asserendi vim habere, nemo latine doctus ignorat. 2 rebus gestis illustrior. 3 in omnibus hujus Dialogi & Catonis majoris exemplaribus antiquioribus scriptum est *existumo*, *optumus*, *maxumus*, & alia ejusmodi:

quæ veteres ita enunciaffe constat. Sed Quintiliano teste, C. Cæsar primus scripsit, *optimus*, *maximus*, cujus auctoritatem cæteri sequuti sunt. 4 in aliis perperam appellatur *Acilius*. 5 ne vel rei causa caderent, vel republ. aliquid detrimenti caperet. 6 cum invidia non cederet, neque periculis ab honesta sententia depelleretur: 7 ingeniose & ad rem propositam accommodate. 8 ut si quis sapiens

Stute sapientis. Te autem alio quodam modo dicunt non solum 9 natura, & 10 moribus, verum etiam 11 studio, & doctrina esse sapientem: nec sicut 12 vulgus, sed ut eruditi solent appellare sapientem, qualem in 13 tota Græcia neminem. Nam qui septem appellantur: eos 14 qui ista subtilius, quærunt, in numero sapientium non habent. Athenis 15 unum accepimus & eum quidem etiam Apollinis oraculo sapientissimum iudicatum. 16 Hanc esse in te sapientiam existimant, 17 ut omnia tua in te posita ducas, humanosque casus 18 virtute inferiores putes. Itaque ex me quærunt, credo item ex te, Scævola, quonam pacto mortem Africani feras, eoque magis, quod his proximis 19 Nonis, cum in hortos D. Bruti auguris, commentandi causa, ut assolet, venissemus, tu non affuisti: qui diligentissime semper illum diem, & illud munus solitus esses obire. SCÆ. Quærunt quidem, C. Læli, multi, ut est a Fannio dictum. Sed ego id respondeo, quod animadverti, te dolorem, quem acceperis cum summi viri, tum amantissimi morte, ferre moderate: nec potuisse non commoveri, nec fuisse id humanitatis tuæ. Quod autem his Nonis in 20 collegio nostro non affuisses, valetudinem causæ, non mœstitiam fuisse. LÆL. Recte tu quidem, Scævola, & vere. Nec enim ab isto officio, quod semper 21 usurpavi, cum valerem, abduci incommodo meo debui, nec ullo casu arbitror hoc 22 constanti homini posse contingere, ut ulla intermissio fiat officii. Tu autem, Fanni, quod mihi

piens diceret, Catonem intelligeret κατ' ἐξοχῶν. 9 ingenii bonitate. 10 quotidiana vitæ consuetudine. 11 φιλοσοφίῳ ἑλεῖν. 12 quod calliditatem & ostentationem pro sapientia celebret. 13 alii Codices habent: *in reliqua Græcia*: alii aliter. Optime Grævius, quem sequuti sumus. Nam quamvis Platoni aliisque sæpe Homerus, Sappho, Anacreon, dicantur σοφοί, nulli tamen consensu totius populi hoc nomen peculiariter fuit datum, uti Lælio apud Romanos, aut nomen Iusti Aristidi apud Græcos. 14 Stoici: qui eam sapientis ideam

tingunt, quæ inter homines non reperitur. 15 Socratem. 16 Socraticam. 17 despicientiam rerum humanarum significat, ut nihil admireris, præter virtutem; nihil tuum esse putes, præter animi bona. 18 ut semper animi constantiam retineas. 19 Cicero lib. 1. de divinatione ait, Augures Romæ commentandi, atque inter se colloquendi causa Nonis quondam congregari solitos. 20 ex antiqua formula, quam inscriptionibus illustrat Aldus. 21 obire solitus sum. Nam hoc verbum consuetudinem significat. 22 iusto & tenaci proposito viro.

23 tan-

hi tantum tribui dicis, quantum ego 23 nec agnosco, 24 nec postulo, facis 25 amice. Sed ut mihi videris, non recte judicas de Catone. Aut enim 26 nemo, quod quidem magis credo, 27 aut, si quisquam, ille sapiens fuit. Quo modo enim ( ut alia omittam ) mortem filii tulit? memineram 28 Paulium, videram 29 Gallum : sed hi 30 in pueris ; Cato in perfecto & spectato viro . Quamobrem cave Catoni anteponas ne istum quidem ipsum, quem Apollo, ut ais, sapientissimum judicavit. Hujus enim facta, illius dicta laudantur. De me autem ( ut jam cum utroque loquar ) sic habetote.

## C A P. III.

## A R G U M E N T U M.

*Amicus verus alterius desiderio movetur. Scipionis elogium.*

**E**GO si Scipionis desiderio me moveri negem, quam id recte faciam, viderint sapientes : sed certe mentiar. Moveor enim tali amico orbatus, qualis, ut arbitror, nemo umquam erit : & ut confirmare possum, nemo certe fuit. Sed non egeo medicina : me ipse consolor, & maxime illo solatio, quod eo errore careo, quo amicorum decessu plerique angifolent. Nihil enim mali accidisse Scipioni puto. Mihi accidit, si quid accidit ; suis autem incommodis graviter angif, non amicum, sed se ipsum amantis est. Cum illo vero quis neget actum esse præclare ? nisi enim, quod ille minime putabat, immortalitatem optare vellet ; quid non est adeptus, quod homi-

23 tantam in me esse sapientiam. 24 nam arrogans essem, si plus mihi tribui vellem, quam mererer. 25 qui hoc amori potius des, quam judicium sequare. 26 ex sententia Stoicorum. 27 ex communi doctorum judicio. 28 Æmilium, quatuor filiis orbatum. 29 C. Sulpicium Gallum. Hinc est, quod alii *Cajum* habent. 30 Mire discrepant Caudices : sententia autem plana est. Sed hi, inquit, quos commemoravi, Paullus, & Gallus, amiserunt filios prætextatos, & puerorum mortem moderate tulerunt. Cato vero in perfecto viro, & prætore designato mortuo moderatus fuit, quod longe majus & laudabilius est.

i Bello

minis fas esset optare? Qui summam spem civium, quam de eo jam puero habuerant, continuo adolescens incredibili virtute superavit: qui consulatum petiit numquam, factus est consul bis, primum 1 ante tempus: iterum 2 sibi suo tempore, 3 reipublicæ pene sero: qui, 4 duabus urbibus everfis, inimicissimis huic imperio, non modo præsentia, verum etiam futura bella delevit. Quid dicam de moribus 6 facillimis, de pietate in 5 matrem, liberalitate in sorores, benignitate in suos, justitia in omnes? nota sunt vobis. Quam autem civitati carus fuerit, mœnore funeris indicatum est. Quid igitur hunc 7 paucorum annorum accessio juvare potuisset? Senectus enim, quamvis non sit gravis, ut memini, Catonem, anno antequam mortuus est, mecum, & cum Scipione differere, tamen aufert eam viriditatem, in qua etiamnum erat Scipio. Quamobrem vita quidem talis fuit vel fortuna, vel gloria, ut nihil posset accedere. Moriendi autem sensum celeritas abstulit, quo de genere mortis difficile dictu est. Quid homines 8 suspicentur, videtis. Hoc tamen verelict dicere, P. Scipioni ex multis diebus, quos in vita celeberrimos, lætissimosque viderit, illum diem clarissimum fuisse, quo 9 senatu dimisso, domum reductus ad vesperum est a patribus conscriptis, a populi Romani 10 sociis, & Latinis, pridie quam excessit e vita: ut ex tam alto dignitatis gradu ad superos videatur 11 deos potius, quam ad inferos  
[per-

1 Bello Punico tertio annum agens XXXVI. Ædilitatem petens suo quidem tempore, consul factus est non suo. Nam curulem magistratum cum ante annum XXXVI. ætatis gerere lege annali non liceret, & gradatim magistratus peterentur, essetque necesse biennium inter singulos intercedere: etiamsi tum Ædilis factus esset, & triennio post Prætor, non poterat ante annum XLII. consulatum petere. 2 hoc est sine ullo privilegio, interjectis plus XII. annis a priore consulatu, nam eautum lege Cornelia erat, ne quis eundem magistratum ante annos X. caperet. 3 ortis jam

seditionibus tribunitiis, quæ rep. pene perdiderunt. 4 Carthagine & Numantia. 5 Papiam, a patre, ob latentem causam, repudiatam, cui totam hæreditatem, apparatusque Æmiliæ, quæ Scipionis Africani majoris conjux fuerat, donavit. 6 quibus, mortua matre, universam illius hereditatem remisit. 7 mortuus est enim anno ætatis LVI. 8 suspicabantur, veneno sublatum. 9 ita inoptimis libris legitur. 10 Socii & Latini, veteres dicebant, pro, Socii Latini. 11 Deos editio mittunt, sed MSSi omnes habent. Ita etiam Horatius: *Superis Deorum*

pervenisse. Neque enim assentior 12 iis, qui hæc nuper differere cœperunt, cum corporibus simul animos interire, atque omnia morte deleri.

## C A P. IV.

## A R G U M E N T U M.

*Mortuorum status. Animorum immortalitas.*

**P**LUS apud me antiquorum auctoritas valet, vel nostrorum majorum, qui mortuis tam a religiosa jura tribuerunt: quod non fecissent profecto, si nihil ad eos pertinere arbitrarentur: vel eorum, qui 2 in hac terra fuerunt, magnamque Græciam (quæ nunc quidem deleta est, tum florebat) institutis, & præceptis suis erudierunt: vel ejus, qui Apollinis oraculo sapientissimus est judicatus: qui non tum hoc, tum illud, 3 ut in plerisque: sed idem dicebat semper, animos hominum esse divinos, iisque, cum e corpore excessissent, reditum in cælum patere, optimoque, & justissimo cuique expeditissimum. Quod idem Scipioni videbatur, qui quidem quasi præfagiret, per paucis ante mortem diebus, cum & Philus, & Manilius adessent, & alii plures, tuque etiam Scævola 4 mecum venisses, triduum differuit de republica: cujus disputationis fuit 5 extremum fere de immortalitate animorum: quæ se in quiete 6 per visum ex Africano audisse dicebat. Id si ita est, ut optimi cujusque animus in morte facillime evolet, tamquam e custodia vinculisque corporis; cui censemur cursum ad deos faciliorem fuisse, quam Scipioni? Quocirca mœrere hoc ejus eventu, vereor, ne invidi magis, quam

*rum gratus & imis.* 12 Epicureis. Fortasse Cæsarem notat, cujus hoc est apud Salustium, in oratione de Conjuratis.

1 Ut sepulcra violare nefas esset, & similia, quæ tradit Gutherius de jure manium. 2 Italiam intelligit. Pythagoram & Pythagoræos significat. 3 referenda hæc ad Socratem, cujus ironia propria fuit: nec affirmabat quidquam, sed quasi

dubitans disputabat. 4 Scævola socerum suum Lælium, foris repertum, officii causa, domum comitatus est, ibi loquentem de republ. Scipionem audivit. Lælius enim in eadem domo cum Scipione habitavit. 5 in somnio Scipionis, quæ pars fuit extrema libri VI. de Republica. 6 id est, per somnium, visus enim est Africanus ea narrare nepoti suo Scipioni, quæ in ejus somnio ex-

quam amici sit. Sin autem illa veriora, ut idem interitus sit animorum, & corporum, nec ullus sensus maneat: ut nihil boni est in morte, sic certe mihi mali. Sensu enim amisso, sit idem, quasi natus non esset omnino: quem tamen esse natum, & nos gaudemus, & hæc civitas, dum erit, lætabitur. Quamobrem cum illo quidem ( ut supra dixi ) actum optime est; mecum autem 7 incommodius: quem fuerat æquius, ut introieram, sic prius exire de vita. Sed tamen recordatione nostræ amicitiae sic fruor, ut beate vixisse videar, quia cum Scipione vixerim: quocum mihi conjuncta cura de re publica & de privata fuit: quocum & domus, & militia communis: & id, in quo est omnis vis amicitiae, 8 voluntatum, studiorum, sententiarum summa consensus. Itaque non tam ista me sapientiae, quam modo Fannius commemoravit, fama delectat, 9 falsa præsertim; quam quod amicitiae nostræ memoriam spero sempiternam fore: idque mihi eo magis est cordi, quod ex omnibus sæculis vix tria, aut quatuor nominantur paria amicorum. Quo in genere sperare videor, Scipionis & Lælii amicitiam notam posteritati fore. FAN. Istud quidem, Læli, ita necesse est: sed, quoniam amicitiae mentionem fecisti, & sumus otiosi, pergratum mihi feceris, ( spero item Scævolaë ) si, quemadmodum soles, de cæteris rebus, cum ex te quærantur; sic de amicitia 10 disputabis, 11 quid sentias, qualem existimes, 12 quæ præcepta des. SCÆ. Mihi vero pergratum erit. Atque id ipsum cum tecum agere conarer, Fannius antevertit. Quamobrem utrique nostrum gratum admodum feceris.

CAP.

explicantur. 7 quod ejus jucundissimæ consuetudinis fructu careo. 8 Aristoteles amicum esse dixit unam animam in duobus corporibus habitantem. 9 non delenda hæc sunt, *falsa præsertim*, contra librorum omnium fidem. Est certe Lælianæ modestiæ, vivum detrectare sapientiae famam, sicut & Pythagoras eam detrectavit. 10 rem ordine ac methodo certa explicabis, vera confirmando, contraria refutando. 11 quam rationem putas ejus esse oportere: cujusmodi personæ ad eam sint idoneæ. 12 quomodo colendam censeas & quatenus.

1 AG3



## C A P. V.

## A R G U M E N T U M.

*Grave aliquid est de amicitia disputare. Quinam vi-  
vi boni sint. Amicitiae fundamentum benevolentia.*

**L**ÆL. Ego vero non gravarer, si mihi ipse confi-  
derem. Nam & præclara visa res est: & sumus,  
ut dixit Fannius, otiosi. Sed quis ego sum? aut quæ  
in me est facultas? 1 Doctorum est ista consuetudo,  
eaque Græcorum, ut iis 2 ponatur, de quo dispu-  
tent, quamvis subito. 3 Magnum opus est, eget-  
que exercitatione non parva. Quamobrem, quæ dis-  
putari de amicitia possunt, ab eis, censeo, petatis,  
qui ista profitentur. Ego vos hortari tantum possum  
ut amicitiam omnibus rebus humanis anteponatis.  
Nihil est enim tam naturæ aptum, tam conveniens  
ad res vel secundas, vel adversas. Sed hoc primum  
sentio, nisi 4 in bonis, amicitiam esse non posse.  
Neque id ad vivum refeco, ut 5 illi, qui hæc sub-  
tilius differunt, fortasse vere, sed ad communem uti-  
litatem parum. Negant enim, quemquam virum bo-  
num esse, nisi sapientem. Sit ita sane: sed eam sa-  
pientiam interpretantur, quam adhuc mortalis nemo  
est consecutus. Nos autem ea, quæ sunt in usu, vi-  
taque communi, non ea, quæ 6 finguntur aut optan-  
tur, spectare debemus. Numquam ego dicam, C. Fa-  
bricium, Man. Curium, T. Coruncanium, quos sa-  
pientes nostri majores judicabant, ad istorum nor-  
mam fuisse sapientes. Quare sibi habeant sapientiæ  
nomen & 7 invidiosum, & obscurum; concedant-  
que, ut hi boni viri fuerint. Ne id quidem facient:  
negabunt, id, nisi sapienti, posse concedi: agamus  
igitur 9 pingui Minerva, ut ajunt. Qui ita se ge-  
runt,

1 Academicorum, quorum pa-  
trium & peculiarem hunc mo-  
rem fuisse, alibi Cicero testa-  
tur. 2 vulgo, proponatur. Sed  
simplici magis gaudet Cicero.  
Tusc. 1. Ponere jubebam de quo  
quis audire vellet, &c. Hinc  
positiones, & res. 3 requirit ma-  
gnum ingenium, multiplicem  
doctrinam, exquisitam metho-  
dum. 4 pro, inter bonos. Græ-  
co more. 5 Stoici. 6 docendi  
& acuendi studii causa. 7 Py-  
thagoræ, Democriti, & aliorum.  
8 cujus nulla exempla existant.  
9 non exquisitis argumentis,  
10

runt, ita vivunt, ut eorum probetur fides, 10 integritas, 11 æqualitas, liberalitas; nec fit in illis ulla 12 cupiditas, vel 13 libido, vel 14 audacia; sintque magna constantia, ut ii fuerunt, quos modo nominavi: hos viros bonos, ut habiti sunt, sic etiam appellandos putemus: quia sequantur (quantum homines possunt) naturam, optimam bene vivendi ducem. Sic enim mihi perspicere videor, ita natos esse nos, ut inter omnes esset societas quædam, major autem, 15 ut quisque proxime accederet. Itaque cives potiores, quam 16 peregrini; & 17 propinqui quam 18 alieni. Cum his enim amicitiam natura ipsa peperit; sed ea non satis habet firmitatis. Namque hoc præstat amicitia propinquitati, quod ex propinquitate benevolentia tolli potest, ex amicitia non potest. Sublata enim benevolentia, amicitiae nomen tollitur, propinquitatis manet. Quanta autem vis amicitiae sit, ex hoc intelligi maxime potest, quod ex infinita societate generis humani, quam conciliavit ipsa natura, ita contracta res est, & adducta in angustum, ut omnis caritas aut inter duos, aut inter paucos jungeretur.

## C A P. VI.

## A R G U M E N T U M.

*Amicitiae definitio & præstantia.*

**E**ST autem amicitia 1 nihil aliud, nisi omnium divinarum, humanarumque rerum cum 2 benevolentia & caritate summa consensus; qua quidem haud scio, an, excepta 3 sapientia, quidquam melius homini sit a diis immortalibus datum. Divitias alii præponunt, bonam alii valetudinem, alii potentiam,

radius, planius. 10 cum quis se corrumpi non finit. 11 cum quis æquo jure cum cæteris civibus & amicis vivit, nec se supra illos, aut leges effert; sibi que in omni vita semper similis est. 12 avaritia. 13 amores impudici. 14 impetus animi, a rebus injustis perpetrandis non

abhorrens. 15 ut quisque cuique proximus & conjunctissimus esset. 16 alterius nationis. 17 ex eadem oriundi familia. 18 nulla necessitudine naturali conjuncti, non cognati.

1 Amicitiae definitio. 2 mutuo amore. 3 quæ virtutem omnem in se complectitur, nec ab

tiam, alii honores, multi etiam voluptates. 4 Bel-  
luarum hoc quidem extremum est: illa autem supe-  
riora caduca, & incerta, posita non tam in nostris  
consiliis, quam in fortunæ temeritate. Qui autem  
in virtute summum bonum ponunt, præclare illi qui-  
dem: 5 sed hæc ipsa virtus amicitiam & gignit, &  
continet: nec sine virtute amicitia esse ullo pacto  
potest. Jam virtutem ex consuetudine vitæ, sermo-  
nisque nostri interpretemur: nec eam, ut quidam  
6 docti, verborum magnificentia metiamur: virosque  
bonos eos, qui habentur, numeremus, Paullos, Ca-  
tones, 7 Gallos, Scipiones, Philos. His communis  
vita contenta est. Eos autem omittamus, qui omni-  
no nusquam reperiuntur. Tales igitur inter viros  
amicitia tantas opportunitates habet, quantas vix  
queo dicere. Principio, *cui potest esse vita vitalis*, ut  
ait Ennius, *qui non in amici mutua benevolentia con-  
quiescat?* Quid dulcius, quam habere, quicum omnia  
audeas sic loqui, ut tecum? Quis esset tantus fru-  
ctus in prosperis rebus, nisi haberes, qui illis æque,  
ac tu ipse gauderet? Adversas vero ferre difficile esset  
sine eo, qui illas gravius etiam, quam tu, ferret.  
8 Denique cæteræ res, quæ expetuntur, opportunæ  
sunt singulæ rebus fere singulis: divitiæ, ut utare;  
opes, ut colare; honores, ut laudare; voluptates,  
ut gaudeas; valetudo, ut dolore careas, & muni-  
bus fungare corporis. Amicitia res plurimas conti-  
net: quoquo te verteris, præsto est, nullo loco ex-  
cluditur: numquam intempestiva, numquam molesta  
est: itaque 9 non aqua, non igni, ut ajunt, pluri-  
bus locis utimur, quam amicitia. Neque ego nunc  
de 10 vulgari, aut de mediocri, (quæ tamen ipsa  
& delectat, & prodest) sed de 11 vera, & perfecta  
loquor; qualis eorum, qui pauci nominantur, fuit.  
Nam

ab ea separari potest. 4 Epicu-  
reorum. 5 inde patet Cicero-  
nem cum iis sensisse, qui sta-  
tuebant, amicitiam non esse vir-  
tutem, sed ex virtute proveni-  
re. 6 Stoicorum imaginariam  
perfectionem intelligit. 7 C.  
Sulpicium Gallum, de quo paullo  
ante. 8 earum utilitas non ita  
late patet, non habent usum

tam multiplicem, quam ami-  
citia. 9 vetus proverbium: *ignis*  
*superiora, aqua inferiora ele-*  
*menta complectitur*, unde qui-  
dam duodumtaxat constituerunt  
principia rerum. 10 quam ex  
utilitate tantum & jucunditate  
metimur. 11 quæ ex mutuo bo-  
norum consensu constat: cuius-  
que causa efficiens est mera vir-  
tutis

Nam & secundas res 12 splendidiore facit amicitia,  
& adversas patiens, communicansque, leviores.

## C A P. VII.

## A R G U M E N T U M.

*Amicitiae commoditates.*

CUMQUE plurimas & maximas commoditates amicitia contineat, tum illa nimirum præstat omnibus, quod 1 bonam spem præluet 2 in posterum: nec debilitari animos, aut cadere patitur. Verum etiam amicum qui intuetur, tamquam exemplar aliud quod intuetur sui. Quo circa & 3 absentes adsunt, & 4 egentes abundant, & 5 imbecilles valent, & quod difficilius dictu est, 6 mortui vivunt: tantus eos honos, memoria, desiderium prosequitur amicorum. Ex quo illorum 7 beata mors videtur: horum 8 vita laudabilis. Quod si exemeris ex natura rerum benevolentiae junctionem; nec domus ulla, nec urbs stare poterit: ne 9 agri quidem cultus permanebit. Id si minus intelligitur; quanta vis amicitiae concordiaeque sit, ex dissensionibus, atque discordiis percipi potest. Quæ enim domus tam stabilis, quæ tam firma civitas est, quæ non odiis, atque dissidiis funditus possit everti? Ex quo, quantum boni sit in amicitia, judicari potest. 10 Agrigentinum quidem, doctum quendam virum, carminibus Græcis vaticinatum ferunt: quæ in rerum natura, totoque mundo constarent, quæque moverentur, ea contrahere amicitiam, dissipare discordiam. Atque hoc quidem omnes mortales & intelligunt, & reprobant.

tutis admiratio. 12 ut in nuptiarum apparatu.

1 Pereleganter dictum, pro eo, quod est, spem ostendit, tanquam lucem quandam præferens, translatum ab iis, qui lucem quandam præferunt. 2 non modo præsentibus malis medetur, sed etiam veluti occidentis Solis rubescentes nubes futuram amicorum serenitatem pollicetur. 3 hinc illud in oculis ferre. Hoc nomine Isocrates

veros amicos a fictis distare testatur. 4 amicorum enim omnia communia. 5 nam amici id præstant, quod illi ipsi per valetudinem non possunt. 6 quia ab amicis superstibus honorantur & desiderantur. 7 quorum felicitas etiam post obitum duret. 8 propter constantem amicorum culturam, demta omni spe utilitatis. 9 sine hominum studiis. 10 Empedoclem, cujus versus afferit & explicat Sextus Em-

bant. Itaque si quando aliquod officium exstitit amici in periculis aut adeundis, aut communicandis, quis est, qui id non maximis efferat laudibus? qui clamores tota <sup>11</sup> cavea nuper in hospitis, & amici mei, M. Pacuvii, nova fabula? cum, ignorante rege, uter eorum esset Orestes, Pylades Orestem se esse diceret, ut pro illo necaretur: Orestes autem, ita ut erat, Orestem se esse perseveraret. Stantes plaudebant in re ficta: <sup>12</sup> quid arbitramur in vera fuisse facturos? <sup>13</sup> Facile indicabat ipsa natura vim suam: cum homines, quod facere ipsi <sup>14</sup> non possent, id recte fieri in altero judicarent. Hactenus mihi videor de amicitia quid sentirem, <sup>15</sup> potuisse dicere. Si qua præterea sunt (credo autem esse multa) ab iis, si videbitur, qui ista disputant, quæritote. FAN. Nos autem a te potius: quamquam etiam ab istis sæpe quæsi, & audivi, non invitus equidem: sed aliud quoddam expetimus <sup>16</sup> filum orationis tuæ. SCÆ. Tum magis id diceres, Fanni, si nuper in hortis Scipionis, cum est de republica disputatum, affuisses, qualis tum patronus justitiæ fuit contra <sup>17</sup> accuratam orationem Phili! FAN. Facile id quidem fuit, justitiam, justissimo viro, defendere. SCÆ. Quid amicitiam? Nonne facile ei, qui ob eam summa fide, constantia, justitiæque servatam, maximam <sup>18</sup> gloriam cepit?

N

CAP.

Empiricus adversus Mathematicos lib. VIII. <sup>11</sup> area in theatro. <sup>12</sup> a minori ad majus. <sup>13</sup> significat, naturam conciliatricem esse amicitiae: quæ si negligatur, id depravata consuetudine fieri. <sup>14</sup> propter φιλαυτίαν pravam, & animi imbecillitatem. <sup>15</sup> ita omnes libri veteres, pro quo vulgati: *potissime dixisse*. Sententia plana est: quæ dixi de amicitia, potui

dicere sine illius reprehensione, tamquam senator Romanus. Argute & subtiliter de his disputare Græcorum est, qui scholas habent, ad quos suos ablegat amicos. <sup>16</sup> phrasin, sive corpus eloquentiæ, nam inventio est anima. Metaphora sumta a re textoria. <sup>17</sup> ingeniose cogitatam. <sup>18</sup> gloria est virtutis umbra, quæ etiam invitos sequitur.

1 Ve.

## CAP. VIII.

## ARGUMENTUM.

*Amicitia quid proprium sit.*

LÆL. Vim hoc quidem est afferre. Quid enim refert, qua me rogatione cogatis? Cogitis certe. 1 Studiis enim generorum, præsertim in re bona, cum difficile est, tum ne æquum quidem, obfistere. Sæpissime igitur mihi de amicitia cogitanti, maxime illud considerandum videri solet, num propter 2 imbecillitatem, atque inopiam, desiderata sit amicitia, ut in dandis, recipiundisque meritis, quod quisque minus per se ipse posset, id acciperet ab alio, vicissimque redderet? an esset hoc quidem proprium amicitia; sed antiquior, & pulchrior, & magis a natura ipsa profecta alia causa. Amorem enim, ex quo amicitia nominata, 3 princeps est ad benevolentiam conjungendam. Nam 4 utilitates quidem etiam ab iis percipiuntur sæpe, qui simulatione amicitia coluntur, & observantur causa temporis: in amicitia autem nihil fictum, nihil simulatum, & quidquid in ea est, id est verum, & voluntarium. Quapropter a natura mihi videtur potius, quam ab indigentia orta amicitia, & applicatione magis animi cum quodam 5 sensu amandi, quam cogitatione, quantum illa res utilitatis esset habitura. Quod quidem quale sit, etiam in bestiis quibusdam animadverti potest, quæ 6 ex se natos ita amant 7 ad quoddam tempus, & ab eis ita amantur, ut facile earum sensus appareat. Quod in homine multo est evidentius. Primum ex ea caritate, quæ est inter natos, & parentes, quæ dirimi nisi 8 detestabili scelere non potest. Deinde, cum similis sensus extitit amoris, si aliquem nacti sumus, cujus cum moribus, & natura congruamus; quod in eo quasi lumen aliquod probitatis, & virtutis perspicere

1 Vehementi cupiditati. 2 utilitatem & indigentiam. 3 principatum obtinet in amicitia concilianda. 4 ex quibus vulgus amicitias probat. 5 ut uterque matuum amorem senti-  
 tiat. 6 hoc omnibus animalibus naturæ lex dedit. 7 nam adultos negligunt: quod toto die videmus. 8 perduclionis, majestatis. 9 virtus maxime omnium rerum benevolentiam

CON-

cere videamur. Nihil est enim amabilius 9 virtute; nihil quod magis alliciat ad diligendum: quippe cum propter virtutem, & probitatem eos etiam, quos numquam vidimus, quodammodo diligamus. Quis est, qui C. Fabricii, M. Curii, cum 10 caritate aliqua benevola memoriam non usurpet, quos numquam viderit? Quis autem est, qui Tarquinium Superbum, qui Sp. Cassium, Sp. Lelium non oderit? Cum duobus ducibus de imperio in Italia decertatum est, Pyrrho, & Annibale. Ab altero propter probitatem ejus non nimis alienos animos habemus; alterum, propter crudelitatem ejus, semper hæc civitas oderit.

## C A P. IX.

## A R G U M E N T U M.

*Amicitie confirmatio probitas. Quinam amicitiam maxime appetant.*

QUOD si tanta vis probitatis est, ut eam vel in iis, quos 3 numquam vidimus, vel, quod majus est, in hoste etiam diligamus: quid mirum, si animi hominum 1 moveantur, cum eorum, quibuscum usu conjuncti esse possunt, virtutem & bonitatem perspicere videantur? Quamquam confirmatur amor & beneficio accepto, & 2 studio perspecto, & 3 consuetudine adjuncta. Quibus rebus ad illum primum motum animi, & amoris adhibitis, admirabilis quædam exardescit benevolentiae magnitudo: quam si qui putant ab imbecillitate proficisci, ut sit per quem quisque assequatur quod desideret; humilem sane relinquunt & minime generosum, ut ita dicam, ortum amicitiae: quam ex inopia atque indigentia natam volunt. Quod si ita esset, ut quisque 4 minimum in se esse arbitraretur, ita ad amicitiam esset aptissimus. Quod longe secus est. Ut enim quisque sibi plurimum confidit, & ut quisque maxime virtute, & sapientia sic munitus est, ut nullo egeat, suaque omnia in se ipso posita judicet;

N 2 ita

conciat. 10 sic disposuerunt  
voces omnes MSS. pro quibus  
vulgo: & benevolentia.

1 Incitentur ad mutuum amo-

rem. 2 bene merendi de no-  
bis. 3 quæ, si congruunt inge-  
nia, amicitiam confirmat: si  
discrepant, dirimit. 4 virtutis  
& pro-

ita in amicitiiis expetendis, colendisque maxime excellit. Quid enim Africanus indigens mei? minime hercule. At ne ego quidem illius: sed ego admiratione quadam virtutis ejus, ille vicissim, opinione fortasse nonnulla quam de meis moribus habebat, me dilexit. Auxit benevolentiam consuetudo. Sed quamquam utilitates multæ, & magnæ consecutæ sunt, non sunt tamen ab earum spe causæ diligendi profectæ. Ut enim benefici, liberalesque sumus, non ut exigamus gratiam, (neque enim beneficium foeneramur) sed natura propensi ad liberalitatem sumus: sic amicitiam, non spe mercedis adducti, sed quod omnis ejus fructus in ipso amore inest, expetendam putamus. Ab iis vero qui pecudum ritu ad voluptatem omnia referunt, longe 5 dissentiunt. Nec mirum: nihil enim altum, nihil magnificum, ac divinum suspicere possunt, qui omnes suas cogitationes abjecerunt in rem tam humilem, tamque contemptam. Quamobrem hos quidem ab hoc sermone removeamus: ipsi autem intelligamus, natura gigni sensum diligendi, & benevolentiae caritatem, facta significatione probitatis: quam qui appetiverunt, applicant sese, & propius admovent, ut & usu ejus, quem diligere cœperunt, fruantur, & moribus; 6 sintque pares in amore, & æquales; propensioresque ad bene merendum, quam ad reposcendum. Atque hæc inter eos sit honesta certatio. Sic & utilitates ex amicitia maximæ capientur, & erit ejus ortus a natura, quam ab imbecillitate, & gravior & verior. Nam si utilitas amicitias conglutinaret, eadem commutata dissolveret: sed quia natura mutari non potest, idcirco 7 veræ amicitiae sempiternæ sunt. Ortum quidem amicitiae videtis: nisi quid ad hæc forte vultis. FAN. Tu vero perge Læli: pro hoc enim, qui minor est natu, meo jure respondeo. SCÆ. Recte tu quidem, Quamobrem audiamus.

C AP.

& probitatis: id est, quo quisque egentior esset, eo etiam aptior foret ad amicitiam. 5  
dissentiant, scil. Epicurei. 6

nam omnis amicitia in æqualitate sita est. 7 nam natura pulchri desiderio capitur.

1 12



## C A P. X.

## A R G U M E N T U M.

*Dissertatio inter Lælium & Scipionem de amicitia.*

**L**ÆL. Audite ergo, optimi viri, ea, quæ sæpissime inter me, & Scipionem de amicitia differebantur. Quamquam ille quidem nihil difficilius esse dicebat, quam amicitiam usque ad extremum vitæ **1** permanere: nam, vel ut non idem expediret utriusque, incidere sæpe: vel ut de republica non idem sentirent. Mutari etiam mores hominum sæpe dicebat, alias adversis rebus, alias **2** ætate ingravescente. Atque earum rerum exemplum ex similitudine capiebat ineuntis ætatis: quod summi puerorum amores sæpe una cum **3** prætexta ponerentur: si autem ad adolescentiam perduxissent, dirimi tamen interdum **4** contentione vel uxoriæ conditionis, vel **5** commodi alicujus, quod idem adipisci uterque non posset. Quod si qui longius in amicitia profecti essent, tamen sæpe labefactati, si in **6** honoris contentionem incidissent: pestem enim majorem esse nullam in amicitis, quam in plerisque pecuniæ cupiditatem; in optimis quibusque honoris certamen, & gloriæ: ex quo inimicitias maximas sæpe in amicissimos extitisse: magna etiam dissidia, & plerumque justa nasci, cum aliquid ab amicis, **7** quod rectum non esset, postularetur: ut aut **8** libidinis ministri,

N 3

aut

**1** In quibusdam additur, *diem* in aliis *tempus*, quod indicio est, pannum esse interpretis male adfuturum. **2** qua morosi plerumque senes efficiuntur, sic autem ad amicitiam non sunt apti, nisi ad utilem. **3** toga prætexta ad differentiam civilis & puræ, quæ sumebatur anno XVII. ætatis. **4** Mira Codicum interpretumque discrepantia est, Grævio placet Lambini & Turnebi correctio. **5** Conditio a utem uxoria est, in qua res uxoria agitur, seu res, quæ

ad uxorem ducendam pertinet, & contentio rei uxoriæ est, cum duo eandem uxorem possunt. Distrahuntur enim amicitia adolescentium interdum, cum eandem vel virginem, vel mulierem uxorem proci petunt. **5** ut postea inter Scipionem & Drusum trib. pl. ex annulo in auctione inimicitia cœpere. **6** ut inter Scaurum & Rutilium, inter Pompejum & Cæsarem. **7** quod esset contra officium. **8** in prodenda suorum, vel violanda aliorum pudicitia. **2** vel

aut 9 adjuutores essent ad injuriam : quod qui recu-  
farent, 10 quamvis honeste id facerent, jus tamen  
amicitiæ deserere arguerentur ab iis quibus obsequi  
nollent : illos autem, qui quidvis ab amico auderent  
postulare, postulatione ipsa profiteri, omnia se amici  
causa esse facturos : eorum 11 querela inveteratas non  
modo familiaritates extinguere solere, sed etiam odia gi-  
gni sempiterna. Hæc ita multa, quasi 12 fata, im-  
pendere amicitiis, ut omnia subterfugere, non modo  
sapientiæ, sed etiam felicitatis diceret sibi videri.

## C A P. XI.

## A R G U M E N T U M.

*Amor in amicitia quantum progredi debeat.*

**Q**UAMOBREM id primum videamus, si placet,  
quatenus amor in amicitia progredi debeat.  
Num, si Coriolanus habuit amicos, ferre con-  
tra patriam arma illi cum Coriolano debuerunt? Num  
1 Viscellinum, amici regnum appetentem, num Sp.  
Melium debuerunt juvare? Tiberium quidem Græ-  
chum, rempublicam vexantem, a 2 Q. Tuberone,  
æqualibusque amicis derelictum videbamus. At C.  
3 Blossius Cumanus, hospes familiæ vestræ, Scevola,  
cum ad me, qui 4 aderam Lænati & 5 Rupilio  
consulibus in 6 consilio, deprecatum venisset, hanc,  
ut sibi ignoscerem, causam afferebat, quod tanti  
Ti. Gracchum fecisset, ut, quidquid ille vellet, sibi  
faciendum putaret. Tum ego: Etiamne, si te in Ca-  
pitoliū faces ferre vellet? Nunquam, inquit, vo-  
luisset.

9 vel ad opprimendos infantes, cus, in Bruto etiam Ciceroni  
vel ad opes & honores, per  
fas & nefas consequendos. 10  
nam quod injuste petitur, jure  
negatur. 11 vulgo sine sensu :  
querela inveterata. Melius, in-  
veteratas familiaritates, hoc est,  
longo usu firmatas & stabilitas.  
12 incommoda & calamitates.  
1 Sp. Cassius Viscellinus post  
tertium consulatum affectati re-  
gni damnatus, de saxo Tarpe-  
jo datus est. 2 Hic fuit Stoi-

memoratus. 3 Blossius, Anti-  
patri, Tharsensis Philosophi  
discipulus, elapsus quæstiones  
de Tib. Gracchi amicis habi-  
tas, ad Aristonicum, Pergami  
regem, fugit. 4 cujus consi-  
lio præcipue consules hi ute-  
bantur. 5 non, ut vulgo, Ru-  
tilio, P. Populius Lænas, &  
Rupilius Consules fuerunt A.  
V. C. 621. 6 in quo, quid agen-  
dum contra socios Tib. Grac-  
chi,

luisse id quidem : sed, 7 si voluisset ? paruissem. Videtis, quam nefaria vox ! & hercle ita fecit, vel plus etiam, quam dixit : non enim paruit ille Ti. Gracchi temeritati, sed præfuit : nec se comitem illius furoris, sed ducem præbuit : itaque hac amen-  
tia, quæstione nova perterritus, in Asiam profugit ; ad hostes se contulit ; 8 pœnas reipublicæ graves, justasque persolvit. Nulla est igitur excusatio peccati, si amici causa peccaveris. Nam cum conciliatrix amicitiae virtutis opinio fuerit ; 9 difficile est amicitiam manere, si a virtute defeceris. Quod si rectum stauerimus, vel concedere amicis, quicquid velint, vel impetrare ab iis, quidquid velimus : 10 perfecta quidem sapientia sumus, si nihil habeat res vitii : sed loquimur de iis amicis, qui ante oculos sunt, quos videmus, aut de quibus memoriam accepimus, aut quos novit vita communis. Ex hoc numero nobis exempla sumenda sunt, & eorum quidem maxime, 11 qui ad sapientiam proxime accedunt. 12 Videmus, Papum Æmilium C. Lusino familiarem fuisse, ( sic a patribus accepimus ) 13 bis una consules, & collegas in censura. Tum & cum iis, & inter se, conjunctissimos fuisse, Man. Curium, & T. Coruncanium, memoriæ proditum est. Igitur ne suspicari quidem possumus, quemquam horum ab amico quippiam contendisse, quod contra fidem, contra jusjurandum, contra rempublicam esset. Nam hoc quidem in talibus viris quid attinet dicere ? si contendisset, scio impetraturum non fuisse ; cum illi sanctissimi viri fuerint : æque autem nefas sit, tale aliquid & facere rogatum, & rogare. At vero Ti.

N 4

Grac-

chi, deliberatur. 7 Gruterus merito immisit in interrogationem, ut priora sint Lælii, ultima Blossii : hunc enim verosimile fit, ultro tale nihil dixisse, sed interrogatione coactum. 8 quia vitam amisit, & seditionis supplicium luit, sibi ipsi mortem consciscendo, rebus Aristonici profligatis. 9 quia cessante causa, cessat effectus. 10 Canterus mavult legere : *perfecta quidem si sapientia sumus, nihil habeat res vitii*, quam emendationem pro-

bat Grævius, sed invitis omnibus libris non recepit. 11 qui pravis affectibus ~~minime~~ indulserunt, & omnis officii summum studium habuerunt : etiam si alicubi errarent, & laborerent, quod humanum est. 12 non vidimus, quod vulgati præ se ferunt. Cicero enim vidimus dicit de tempore, in quo vixerunt fermocinantes, videmus, de longe remotis a nostra ætate temporibus. 13 Q. Æmilius Papus & C. Fabricius Luscinus Consules fuerunt A. V. C. 471. ite-

Gracchum sequebantur C. Carbo, C. Cato, & 14  
 minimus tum quidem Cajus frater, 15 nunc idem  
 acerrimus hostis.

## C A P. XII.

## A R G U M E N T U M.

*Amicitiae lex est, neque rogare res turpes, neque  
 facere.*

**H**ÆC igitur lex in amicitia sancitur, ut neque  
 rogemus res turpes, nec faciamus rogati. Tur-  
 pis enim exculatio est, & minime accipienda, cum  
 in cæteris peccatis, tum si quis contra rempublicam  
 se amici causa fecisse fateatur. Etenim eo loco, Fan-  
 ni, & Scævola, locati sumus, ut nos longe 1 pro-  
 spicere oporteat futuros casus reipublicæ. Deflexit  
 enim jam aliquantulum 2 spatio, curriculoque 3 con-  
 suetudo majorum. Tib. Gracchus regnum occupare  
 conatus est, vel regnavit is quidem paucos menses.  
 Num quid simile populus Romanus audierat, aut 4  
 viderat? Hunc etiam post mortem secuti amici, & pro-  
 pinqui, quid in P. Nasicam Scipionem effecerint,  
 sine lacrymis non queo dicere. Nam Carbonem 5  
 quoquo modo potuimus, propter 6 recentem pœ-  
 nam Tib. Gracchi, sustinuimus. De 7 C. Gracchi  
 autem tribunatu, quid 8 expectem non libet 9  
 augurari. Serpit deinde res, quæ proclivius ad per-  
 niciem, cum semel cœpit, labitur. Videtis, in 10  
 ta-

iterum 474. postea Censores una  
 A. 478. 14 Cajus fratrem Tib.  
 Gracchum minime sequebatur  
 tum cum occideretur, ideoque in  
 vocolas populi incurrebat: sed  
 nunc idem Cajus est acerrimus  
 partium fratris oppugnator. 15  
 in tribunatu pl. quem gerebat  
 hoc anno, quo dialogus hic a  
 Lælio habitus fingitur.

1 Prudentis est, ex præterito-  
 rum memoria, & præsentium  
 conjectura futura colligere &  
 prospicere. 2 metaphora a sta-  
 diis, curruumque certamine.  
 3 excessivus quasi limites ho-

nestæ disciplinæ, a majoribus  
 præfinitos. 4 regnavit enim  
 nemo post ejectos reges. 5 vul-  
 gati perperam, quem modo po-  
 suimus: cum notissimus esset,  
 & etiam tum viveret. 6 ne  
 plebs ex recenti Gracchi inte-  
 ritu illius cæde nimium exa-  
 speraretur. 7 cæsus est ab Opi-  
 mio Cos. cum statum reip. con-  
 vellere conaretur. 8 an exi-  
 tum fraterno similem sit habi-  
 turus: cum acerrimus esse cœ-  
 perit. 9 signis quibusdam reip.  
 perniciem videre. 10 Qui non  
 sentit auctoritatem omnem opti-  
 ma.

tabella jam ante, quanta sit facta labe, primo Gabinia lege, biennio autem post, Cassia. Videre jam videor populum a Senatu disjunctum, multitudinisque 11 arbitrio res maximas agi: plures enim dicent, 12 quemadmodum hæc fiant, quam quemadmodum his resistatur. Quorsum hæc? quia sine sociis nemo quidquam tale conatur. Præcipiendum est igitur bonis, ut, si in ejusmodi amicitias ignari casu aliquo inciderint, ne existiment, ita se alligatos, ut ab amicis 13 magna aliqua re in rempublicam peccantibus non discedant. Improbis autem poena statuenda est: nec vero minor iis, qui secuti erunt alterum, quam iis, qui ipsi fuerunt impietatis duces. Quis clarior in Græcia Themistocle? quis potentior? qui cum imperator bello Persico servitute Græciam liberasset, propterque invidiam in exilium pulsus esset, ingratae patriæ injuriam non tulit, quam ferre 14 debuit. 15 Fecit idem quod viginti annis ante apud nos fecerat Coriolanus. His adiutor contra patriam inventus est nemo. Itaque sibi mortem uterque conscivit. Quare talis improborum consensus non modo excusatione amicitiae tegenda non est, sed potius omni supplicio vindicanda, ut ne quis sibi concessum putet, amicum, vel bellum patriæ inferentem, sequi. Quod quidem, ut res coepit ire, haud scio, an aliquando futurum sit. Mihi autem non minori curæ est, qualis respublica post mortem meam futura sit, quam qualis hodie sit.

N 5

CAP.

*matium tabellariam legem abstulisse?* Cicero lib. III. de legibus cap. 15. & 16. 11 temeritate, non vero iudicio, & recta ratione. 12 quibus artibus sit concilianda plebs, & contra senatum incitanda. 14 varietatem codicum optime sustulit hoc loco Grævius. 14 nam patriæ caritas injuriæ dolorem superare debet. 15 ad hostem se contulit.

1 Sine

## A R G U M E N T U M.

*Amicitia prima lex est honestas. Græcorum quorundam futiles de amicitiiis argutie.*

**H**ÆC igitur prima lex amicitiaë fanciatur, ut ab amicis honesta petamus, amicorum causa honesta faciamus: nec expectemus quidem, dum rogemur, sed studium semper adsit, cunctatio absit, <sup>1</sup> consilium vero dare gaudeamus libere: plurimum in amicitia amicorum bene suadentium valeat auctoritas: eaque & adhibeatur ad monendum non modo aperte, sed etiam acriter, si res postulabit: & adhibitaë pareatur. Nam quibusdam, quos audio sapientes habitos in Græcia, placuisse opinor <sup>2</sup> mirabilia quædam. Sed nihil est, quod illi non persequantur suis <sup>3</sup> argutiis; partim fugiendas esse <sup>4</sup> nimias amicitias, ne necesse sit, unum sollicitum esse pro pluribus: satis superque esse sibi suarum cuique rerum: <sup>5</sup> alienis nimis implicari, molestum esse: com modissimum esse, quam laxissimas habenas habere amicitiaë quas vel adducas, cum velis, vel remittas: caput enim esse ad beate vivendum <sup>6</sup> securitatem: qua frui non possit animus, si tanquam parturiat unus pro pluribus. Alios autem dicere ajunt etiam multo inhumanius, (quem locum breviter perstrinxi paulo ante) præsidii, adjumentique causa, non benevolentiaë, neque caritatis, amicitias esse expetendas: itaque, ut quisque minimum firmitatis habeat, minimumque virium, ita amicitias appetere maxime, ex eo fieri, ut mulierculæ magis amicitiarum præsidia quærant, quam viri: & inopes, quam opulenti: & calamitosi, quam ii, qui putentur beati. **O** præclaram sapientiam! Solem enim e mundo tollere

<sup>1</sup> Sine offensa, aut privati incommodi metu. <sup>2</sup> paradoxa Stoicorum, Academicorum, & Epicurea quædam dogmata. <sup>3</sup> quibus ipsi delectantur & confidunt: sed quibus plerumque veritas amittitur. <sup>4</sup> quæ cum uno aut pluribus contrahuntur, ut fias quasi alter ego, & omnia amici bona malaque tua ducas. <sup>5</sup> vulgati addunt, *curam*; sed a MSS. abest. <sup>6</sup> tranquillitatem animi, quam amici res adversa turbent: qua in sententia

lere videntur, qui amicitiam e vita tollunt: qua a diis immortalibus nihil melius habemus, nihil jucundius. Quæ est enim ista securitas? specie quidem blanda, sed 7 reapse multis locis repudianda. Neque enim est consentaneum, ullam honestam rem, actionemve, ne sollicitus sis, aut non suscipere, aut susceptam deponere. Quod si curam fugimus, virtus fugienda est, quæ necesse est, cum aliqua cura res sibi contrarias aspernetur, atque oderit; ut bonitas malitiam, temperantia libidinem, ignaviam fortitudo. Itaque videas, rebus injustis justos maxime dolere, imbecilibus fortes, flagitiosis modestos. Ergo hoc proprium est animi bene constituti, & lætari bonis rebus, & dolere contrariis. Quamobrem si cadit in sapientem animi dolor, ( qui profecto cadit, nisi ex ejus animo extirpatam humanitatem arbitremur ) quæ causa est, cur amicitiam funditus tollamus e vita, ne aliquas propter eam suscipiamus molestias? Quid enim interest, 8 motu animi sublato, non dico 9 inter hominem, & pecudem, sed inter 10 hominem, & saxum, aut truncum, aut quidvis generis ejusdem? Neque enim sunt isti audiendi, qui 11 virtutem duram, & quasi ferream esse volunt: quæ quidem est cum multis in rebus, tum in amicitia, tenera, atque tractabilis; ut & 12 bonis amici quasi 13 diffundantur, & incommodis 14 contrahantur. Quamobrem 15 angor iste, qui pro amico sæpe capiendus est, non tantum valet, ut tollat e vita amicitiam; non plus, quam ut virtutes, quia nonnullas curas, & molestias afferunt, repudientur.

N 6

CAP.

ria videntur fuisse Cyrenaici. 7 reapse ex MSS. pro *re ipsa* reddidit Langius: verbum vetus, quo usum esse Ciceronem, annotatum est a Seneca. 8 affectibus sublatis. 9 quæ specie differunt. 10 quæ differunt genere. 11 ut Stoici, qui sapientem nec misereri, nec ingemiscere aliorum malis, nec gaudere bonis volebant. 12 ut homines inter se bonis amico suo obvientibus. 13 lætitia quasi effundantur. 14 mœrore. 15 ægritudo premens, in Tusculanis.

1 Val-

## ARGUMENTUM.

*Amicitiam contrahit significatio virtutis, & morum  
similitudo, non utilitatis respectus.*

CUM autem contrahat 1 amicitiam, ut supra di-  
xi, si qua significatio virtutis eluceat, ad quam  
se similis animus applicet, & adjungat: id cum con-  
tingit, amor exoriatur necesse est. Quid enim tam  
absurdum, quam delectari multis 2 inanibus rebus, ut  
3 honore, ut 4 gloria, ut ædificio, ut vestitu, cultuque  
corporis: animo autem virtute prædito, eo qui vel  
amare, vel, ut ita dicam, 5 redamare possit, non  
admodum delectari? Nihil est enim remuneratione  
benevolentia, nihil vicissitudine studiorum, officio-  
rumque jucundius. Quod si etiam illud addimus, quod  
recte addi potest, nihil esse, quod ad se rem ullam  
tam 6 illiciat, & tam 7 attrahat, quam ad amici-  
tiam 8 similitudo; concedatur profecto, verum esse,  
ut bonos boni diligant, 9 adsciscantque sibi quasi  
propinquitate conjunctos, atque natura. Nihil est  
enim appetentius similibus sui, nihil rapacius, quam  
natura. Quamobrem hoc quidem, Fanni, & Scævo-  
la, constat, (ut opinor) bonis inter bonos quasi ne-  
cessariam benevolentiam esse: qui est amicitia fons  
a natura constitutus. Sed eadem bonitas etiam ad  
multitudinem 10 pertinet. Non est enim inhumana  
virtus, neque 11 immunis, neque superba: quæ  
etiam

1 Vulgo additur, *virtus*, sed in MSS. deest. 2 quarum possessio neque meliorem reddit, neque immaniorem. 3 qui non tam ejus est, cui habetur, quam illius, qui habet alteri. 4 quæ est fama de præstanti aliquis virtute & sapientia. 5 excusat verbi novitatem. Nam *redamo* inusitatum. 6 alii: *alliciat*. scil. suavitate quadam, & quasi blanditiis. 7 quadam naturæ vi, cui vel inviti homines parere solent: quales sunt amantes, 8 ingeniorum, morum, studiorum, fortunarum, corporum, nationis, civitatis, &c. 9 eorum consuetudinem & familiaritatem expetant. 10 extenditur. 11 *immunis* hoc loco non est *improbus*, ut plerique hætenus exposuerunt, sed *neque immunis* significat, non est otiosa, & suis tantum commodis intenta, alios non curans: sed negotiosa est, & late diffunditur ad totum populum, quem benevolentia complectitur, & cujus utilitatibus, quia ei bene cupit, invigilat.



etiam populos universos tueri, eisque optime consulere soleat: quod non faceret profecto, si a caritate vulgi abhorreret. Atque etiam mihi quidem videntur, qui utilitatis causa fingunt amicitias, amabilissimum nodum amicitiae tollere. Non enim tam utilitas parata per amicum, quam amici amor ipse delectat: tumque illud fit, quod ab amico est profectum, jucundum, si <sup>12</sup> cum studio est profectum: tantumque abest, ut amicitiae propter indigentiam colantur, ut ii, qui opibus & copiis, maximeque virtute praediti, in qua plurimum est praesidii, minime alterius indigeant, liberalissimi sint, & beneficentissimi. Atque haud scio, anne opus sit quidem, nihil unquam omnino deesse amicis. Ubi enim studia nostra vigissent, si numquam consilio, numquam opera nostra nec domi, nec militiae Scipio eguisset? Non igitur utilitatem amicitia, sed utilitas amicitiam secuta est.

## C A P I T U L U M XV.

## A R G U M E N T U M.

*Homines deliciis diffuentes de amicitia disputare non possunt aut debent.*

**N**on ergo erunt homines deliciis <sup>1</sup> diffuentes audiendi, si quando de amicitia, quam <sup>2</sup> nec usu, nec <sup>3</sup> ratione habent cognitam, disputabunt. Nam quis est, proh deum fidem, atque hominum! qui velit, <sup>4</sup> ut neque diligat quemquam, nec ipse ab ullo diligatur, circumfluere omnibus copiis, atque in omnium rerum abundantia vivere? Haec enim est tyrannorum vita: in qua nimirum nulla fides, nulla caritas, <sup>5</sup> nulla stabilis benevolentiae potest esse fiducia: omnia semper <sup>6</sup> suspecta, atque sollicita: nullus locus amicitiae. Quis enim aut eum diligat,

<sup>12</sup> in vulg. additur, amore, sed in nullo veteri exemplari reperitur.

<sup>1</sup> Qui nihil unquam incommodi passi sunt: unde fructum aliquem ex amicitia capere poterint, <sup>2</sup> quia ex animo neque

amant quemquam, neque amantur. <sup>3</sup> id est, doctrina & institutione. <sup>4</sup> is non est dignus qui vivat. <sup>5</sup> nulla sancta societas, nec fides regni est. <sup>6</sup> Hinc Dionysius Siculus barbam ne filiabus quidem tendendam, crede-

re

ligat, quem metuit; aut eum, a quo se metui putat? Coluntur tamen simulatione dumtaxat ad tempus. Quod si forte, ut fit plerumque, ceciderint, tum intelligitur, quam fuerint inopes amicorum. Quod Tarquinius dixisse ferunt, tum exultantem se intellexisse, quos fidos amicos habuisset, quos infidos, cum jam neutris gratiam referre posset. Quamquam miror, 7 illa superbia, 8 importunitate, 9 si quemquam habere potuit. Atque ut hujus, quem dixi, mores, veros amicos parare non potuere; sic multorum opes præpotentium excludunt amicitias fideles. Non enim solum ipsa fortuna cæca est, sed eos etiam plerumque efficit cæcos, quos complexa est. Itaque 10 efferuntur illi fere 11 fastidio, & 12 contumacia: neque quidquam insipiente fortunato intolerabilius fieri potest. Atque hoc quidem videre licet, eos, qui antea commodis fuerunt moribus, imperio, potestate, prosperis rebus immutari, 13 spernuntque ab iis veteres amicitias, 14 indulgere novis. Quid autem stultius quam, cum plurimum copiis, facultatibus, opibus possint, cætera parare, quæ parantur pecunia, equos, famulos, vestem egregiam, vasa pretiosa, amicos non parare optimam & pulcherrimam vitæ, ut ita dicam, supellectilem? Etenim cætera cum parant, cui parent, nesciunt, nec cujus causa laborent: ejus enim est istorum quidque, qui vincit viribus: amicitiarum sua cuique permanet stabilis, & certa possessio: ut etiamsi illa maneant, quæ sunt quasi dona fortunæ, tamen vita inculta, & deserta ab amicis, non possit esse jucunda. Sed hæc hæc hactenus.

CAP.

re ausus fuit. 7 in aliis editionibus male additur, *in*. 8 a quo nihil æqui posset impetrari, nihil præfidii sperari, nisi ipsi collibitum esset. 9 fidum amicum, cum præ se omnes despiceret, atque injuriis afficeret. 10 extirpata ex eorum animis humanitate in feras degenerant, quæ impetu feruntur, non ratione gubernantur. 11 metaphora, a stomacho, plerumque cibos, cum nausea quadam, rejiciente: significat morositatem, cui satisfacere nemo potest. 11 qui se solos sapere putant, aliorum consilia non audiunt, sed derident. 13 quod sint impares dignitate. 14 ut eorum similes habeantur, quorum consuetudine utuntur.

1 Aman-

## C A P. XVI.

## A R G U M E N T U M.

**C**ONSTITUENDI autem sunt, qui sint in amicitia fines, & quasi termini <sup>1</sup> diligendi. De quibus tres <sup>2</sup> video sententias ferri; quarum nullam probo: unam, ut eodem modo erga amicum affecti simus, quo erga nosmetipsos: alteram, ut nostra in amicos benevolentia, illorum erga nos benevolentia pariter, æqualiterque respondeat: tertiam, ut, quanti quisque se ipse facit, tanti fiat ab amicis. Harum trium sententiarum nulli prorsus assentior. Nec enim illa prima vera est, ut, quemadmodum in se quisque, sic in amicum sit animatus. Quam multa enim, quæ nostra causa numquam faceremus, facimus causa amicorum? precari ab indigno, supplicare; tum acerbius in aliquem invehi, insectarique vehementius: quæ in nostris rebus non satis honeste, in amicorum fiunt honestissime. Multæque res sunt, in quibus de suis commodis viri boni multa <sup>3</sup> detrahunt, <sup>4</sup> detrahi que patiuntur, ut iis amici potius, quam ipsi, fruantur. Altera sententia est, quæ definit amicitiam paribus officiis, ac voluntatibus. Hoc quidem est, nimis exigue, & exiliter <sup>5</sup> ad calculos vocare amicitiam, ut par sit ratio acceptorum, & datorum. Ditior mihi, & affluentior videtur esse vera amicitia, nec observare stricte, ne plus reddat, quam acceperit. Neque enim verendum est, ne quid excidat, aut ne quid in terram defluat, aut ne plus æquo quid in amicitiam congeratur. Tertius vero ille finis deterrimus, ut, quanti quisque se ipse faciat, tanti fiat ab amicis. Sæpe enim in quibusdam aut animus abjectior est, aut spes amplificandæ fortunæ fractior. Non est igitur amici, talem esse in eum, qualis ille in se est: sed potius eniti, & efficere, ut amici jacentem animum excitet, inducatque spem, cogitationemque meliorem. Alius igitur finis veræ amicitia constitutus est, si prius, quid maxime reprehendere Sci-  
pio

<sup>1</sup> Amandi sive amoris. <sup>2</sup> e | ad ipsos potius pertinent. <sup>4</sup> ab  
 doctorum scriptis cognovi. <sup>3</sup> | iis, qui in partes amicorum sunt  
 aliter concedunt amicis ea, quæ | propensiores. <sup>5</sup> rationem inire  
&

pio solitus sit, 6 edixero. Negabat, ullam 7 vocem inimiciorem amicitiae potuisse reperiri, quam ejus, qui dixisset, ita amare oportere, ut si aliquando esset osurus: nec vero se adduci posse, ut hoc, quemadmodum putaretur, a 8 Biante dictum esse crederet, qui sapiens habitus esset unus e septem; sed 9 impuri cujusdam, aut 10 ambitiosi, aut 11 omnia ad suam potentiam revocantis esse sententiam. Quoniam enim modo quisquam amicus esse poterit, cui se putabit inimicum esse posse? quin etiam necesse erit cupere, & optare, ut quam saepissime peccet amicus, quo plures det sibi tamquam anfas ad reprehendendum. Rursum autem recte factis, commodisque amicorum necesse erit angi, dolere, invidere. Quare hoc quidem praecipuum, cujuscumque est, ad tollendam amicitiam valet. Illud potius praecipuum fuit, ut eam diligentiam adhiberemus in amicitias comparandis, ut ne quando amare inciperemus eum, quem aliquando odisse possemus. Quin etiam, si minus felices in deligendo fuisset, ferendum id Scipio potius, quam inimicitiarum tempus cogitandum, putabat.

& affirmare. 6 exposuero, praecipuum, unde *edictum*. 7 Cicero loquitur de vera & perfecta amicitia virorum bonorum, & virtute praedictorum, in quam sane haec cadere non possunt, nec quicquam accidere, quod odium parere possit: quia sapiens & vir bonus semper sibi constat: de vulgari autem amicitia, qualis vulg. colitur ab hominibus, si Bias loquitur, recte utique loquitur, fronti

enim nulla fides. 8 Huic tribuit Aristoteles Rhet. III. κατὰ τὴν Βίαντος ὑποθήκην, καὶ φιλοῦσιν, ὡς μισήσουτες, καὶ μυσῶσιν, ὡς φιλήσουτες 9 improbi, sordidi, avari. Qui lucro omnia postponat. 10 qui gloriolam & honores plura faciat, quam virtutem. 11 homines oligarchici & tyrannici.

Ab

## C A P. XVII.

## A R G U M E N T U M.

*Quem fines illi usum præstent.*

**H**IS igitur finibus utendum arbitror, ut, cum  
 1 emendati mores amicorum sint, tum sit inter  
 eos omnium rerum, 2 consiliorum, voluntatum sine  
 ulla exceptione communitas; ut etiam si qua fortu-  
 na acciderit, ut minus justæ amicorum voluntates  
 adjuvandæ sint, in quibus eorum aut 3 caput aga-  
 tur, aut fama, 4 declinandum sit de via, modo ne  
 summa turpitudine sequatur. Est enim, quatenus ami-  
 citiæ dari venia possit. Nec vero 5 negligenda est  
 fama: nec mediocre telum ad res gerendas existima-  
 re oportet 6 benivolentiam civium: quam 7 blan-  
 ditiis & assentionibus colligere, turpe est. Virtus,  
 quam sequitur caritas, minime repudianda est. Sed  
 sæpe (etenim redeo ad Scipionem, cujus omnis ser-  
 mo erat de amicitia) querebatur quod omnibus in  
 rebus homines diligentiores essent; ut, capras, & oves  
 quot quisque haberet, dicere posset; amicos quot ha-  
 beret, non posset dicere: & in illis quidem parandis  
 adhibere curam, in amicis eligendis negligentes esse:  
 nec habere 8 quasi signa quædam, & notas, quibus  
 eos, qui ad amicitiam essent idonei, judicarent. Sunt  
 igitur firmi, & stabiles & constantes eligendi: cujus  
 generis est 9 magna penuria: & judicare difficile est  
 10 sane nisi expertum: experiendum autem est in  
 ipsa amicitia: ita præcurrit amicitia iudicium, tol-  
 litque experiendi potestatem. Est igitur prudentis,  
 sustinere, ut currum, sic impetum benivolentiæ: quo  
 uta-

1 Ab iis vitiis alieni, quæ  
 amicitia adversantur. 2 ut con-  
 ferant consilia inter se: & ut  
 idem velint, atque idem nolint.  
 3 non, ut vulgo, de capite, de  
 fama. Nam caput, fama agitur,  
 significat, caput, fortunas, ho-  
 norem in discrimen esse addu-  
 cta. Sed de capite &c. agi est  
 consultari, aut sermonem ha-  
 beri. 4 a summo jure non nihil  
 recedendum. 5 propter ami-  
 cum, non est infamia suscipien-

da, quam hominum odium se-  
 quitur; nam sic plus tibi noce-  
 res, quam amico prodesse. 6  
 quam beneficiis conciliari ait  
 lib. II. de Officiis, vel saltem  
 benefica voluntate. 7 quibus  
 populares populi auram capta-  
 bant. 8 Virgilius generosi pe-  
 coris signa enumerat. 9 ergo  
 non temere fidendum. 10 casti-  
 gantis hoc est, ut lib. III. de  
 Legibus: nihil habui; sane non  
 multum. 11 sed admodum cau-  
 te.

utamur, quasi 12 equis tentatis, sic amicitiiis, aliqua parte 13 periclitatis moribus amicorum. Quidam sæpe in parva pecunia perspiciuntur, quam sint leves. Quidam autem, quos parva movere non potuit, cognoscuntur in magna. Si vero erunt aliqui reperti, qui pecuniam præferre amicitiae, sordidum existiment: ubi eos inveniemus, qui honores, magistratus, imperia, potestates, opes amicitiae non anteponunt? ut, cum ex altera parte proposita hæc sint, ex altera jus amicitiae, non multo illa malint? imbecilla enim natura est ad contemnendam potentiam: quam etiamsi neglecta amicitia consecuti sunt, 14 obscuratum iri se arbitrantur, quia non sine magna causa sit neglecta amicitia. Itaque veræ amicitiae difficillime reperiuntur in iis, qui in honoribus, reque publica versantur. Ubi enim istum invenias, qui honorem amici anteponat suo? Quid? (hæc ut omit- tam) quam graves, quam difficiles plerisque videntur calamitatum societates? ad quas, non est 15 facile inventu, qui descendat. Quamquam Ennius recte:

*Amicus certus in re 16 incerta cernitur:*  
tamen hæc duo levitatis, & infirmitatis plerosque convincunt; aut si in 17 bonis rebus 18 contemnunt, aut si in 19 malis 20 deserunt.

## CAP.

te. 12 vulgo: *equis temperatis*, quod corruptum est ex vitiosa scriptura: *equis temptatis*. Tentamus autem equum, id est, ad cursum & alia summittimus, ut periclitemur, si cursu valet, si fessorem patitur, & alia ejusmodi, quibus cognitis, eo vel utamur, vel ipsum repudiemus. Eadem translatione hoc in argumento Theognides utitur, a quo Cicero sine dubio hausit. 13 probatis periculo facto. 14 putant, culpam neglectæ amicitiae, honores, magistratus, potentiam obscuratura esse & infamiam illam extinctura, quia

res magna sit, propter quam amicitiam negligi non haberi indecorum. 15 facile sine accentu: *inventu* est supinum, eundem casum regens, quem verbum, unde oritur. 16 veteres libri fere habent, *in re certa*. Nam rebus medio loco stantibus, & donec spes est etiam meliores fore, nemo non vult amicus videri: lapsis, afflictis, qui ex animo amicus fit, cernitur. 17 suis. 18 quod est levitatis. 19 amicorum. 20 amicos, h. e. qui fidem cum fortuna mutant.

1 Qui

## C A P. XVIII.

## A R G U M E N T U M.

*Amicus verus maxime rarus est.*

**Q**UI igitur utraque in re gravem, constantem, stabilem se in amicitia præstiterit, hunc ex maxime raro hominum genere judicare debemus, & pene divino. Firmamentum autem stabilitatis, constantiæque ejus, quam in amicitia quærimus, fides est. Nihil enim stabile est, quod infidum est. 1 Simplicem præterea, & 2 communem, & 3 consentientem, qui rebus iisdem moveatur, 4 eligi par est: quæ omnia pertinent ad fidelitatem. Neque enim fidum potest esse multiplex ingenium, & tortuosum. Neque vero, qui non iisdem rebus movetur, & natura consentit, aut fidus, aut stabilis potest esse. Adendum eodem est, ut ne 5 criminibus aut inferendis delectetur, aut credat oblatis. Quæ pertinent omnia ad eam, quam jam dudum tracto, constantiam. Ita sit verum illud quod initio dixi, amicitiam nisi inter bonos, esse non posse. Est enim boni viri, (quem eundem sapientem licet dicere) hæc duo tenere in amicitia, primum, 6 ne quid fictum sit, neve simulatum; aperte enim vel odisse, magis ingenui est, quam fronte occultare sententiam: deinde, non solum ab aliquo allatas criminationes repellere, sed ne ipsum quidem esse suspiciosum, semper aliquid existimantem ab amico esse violatum. Accedat huc 7 suavitas quædam oportet sermonum atque morum; haudquaquam mediocre condimentum amicitiae. Tristitia autem, & in omni re 8 severitas, habet illa quidem gravitatem: sed amicitia 9 remissior esse debet, & liberior, & dulcior, & ad omnem comitantem, facilitatemque proclivior.

C A P.

<p>1 Qui tamen prudens sit. 2 facilem, benevolum &amp; non arrogantem. 3 quia idem velle &amp; idem nolle firma demum amicitia est. 4 si sit facultas, &amp; optio detur. 5 nulla gravior pestis est amicitiae, quam calumnia. 6 sine fuce &amp; fallacia</p>	<p>vera amicitia colitur. 7 nec morosi, nec queruli sint amici. 8 hic locus suo nitore restitutus est. <i>Severitas</i>, inquit, cum in omni re gravitatem habeat, in amicitia tamen debet esse remissior. 9 non rigida, aut intenta, sed laxo magis vinculo colligata.</p>
---	---

1 Quos

## ARGUMENTUM.

*Amici novi veteribus non preponendi.*

**E**XISTIT autem hoc loco quædam quæstio sub-  
 difficilis: num quando amici novi, digni amici-  
 tia, veteribus sint ante ponendi, ut equis <sup>1</sup> vetulis  
 teneros antepondere solemus: indigna homine dubita-  
 tio. Non enim amicitiarum esse debent, sicut alia-  
 rum rerum, <sup>2</sup> fatietates. Veterrima quæque (ut ea  
 vina, quæ vetustatem ferunt) debent esse suavissima.  
 Verumque illud est, quod dicitur, MULTOS MO-  
 DIOS SALIS SIMUL EDENDOS ESSE, <sup>3</sup> ut ami-  
 citiæ munus expletum sit. <sup>4</sup> Novitates autem, si  
 spem afferunt, ut tamquam in herbis non fallacibus  
 fructus appareat, non sunt illæ quidem repudiandæ:  
 vetustas tamen suo loco conservanda est: maxima est  
 enim vis vetustatis, & consuetudinis. Atqui in ipso  
 equo cuius modo mentionem feci, si nulla res impe-  
 diat, nemo est, qui non eo, quo consuevit, liben-  
 tius utatur, quam intractato, & novo. Nec modo in  
 hoc, quod est animal, sed in iis etiam quæ sunt ina-  
 nimata, consuetudo valet; cum locis etiam ipsis mon-  
 tuosis delectemur, & silvestribus, in quibus diutius  
 commorati sumus. Sed maximum est in amicitia, <sup>5</sup>  
 superiorem parem esse inferiori. Sæpe enim excellen-  
 tiæ quædam sunt: qualis erat Scipionis in nostro, ut  
 ita dicam, grege. Numquam se ille Philo numquam  
<sup>6</sup> Rupilio, numquam Mummio anteposuit, num-  
 quam inferioris ordinis amicis. <sup>7</sup> Quintum vero  
 Maximum, fratrem, egregium virum, omnino sibi  
 nequaquam parem, quod is anteibat ætate, tamquam  
 superiorem colebat; suosque omnes per se esse <sup>8</sup> am-  
 plio-

<sup>1</sup> Quos solebant domo pelle-  
 re. <sup>2</sup> odium. <sup>3</sup> ut amicitia  
 perficiatur, certoque constet,  
 neque de fide mutua dubitetur.  
<sup>4</sup> amicitiarum: novæ amicitia:  
 novi amici. <sup>5</sup> nulla potest esse  
 amicitia sine æqualitate quadam.  
<sup>6</sup> amici quidem Lælii & Rupilius  
 & Rutilius fuerunt; quorum nomi-  
 num similitudo peperit errorem,  
 ut in plerisque Rutilius legeretur.  
 Sed Rupilius fuit æqualis; Ru-  
 tilius adolescens. <sup>7</sup> ejusdem  
 Pauli filium, sed a Q. Fabio  
 Max. adoptatum. <sup>8</sup> posse qui-  
 dam inserunt. Rectius abest, ex  
 Tulliana loquendi consuetudine.  
<sup>9</sup> vulgo: ignorantiam. Sed igno-  
 13-



pliores volebat. Quod faciendum, imitandumque est omnibus: ut, si quam præstantiam virtutis, ingenii, fortunæ consecuti sunt, impertiant eam suis communicentque cum proximis: ut si parentibus nati sint humilibus, si propinquos habeant imbecilliores vel animo, vel fortuna, eorum augeant opes, eisque honori sint, & dignitati: ut in fabulis, qui aliquandiu, propter 9 ignorationem stirpis, & generis, in famulatu fuerint, cum cogniti sunt, & aut 10 deorum, aut regum filii inventi, retinent tamen caritatem in pastores, quos patres multos annos esse 11 duxerunt. Quod quidem est multo profecto magis in veris patribus, certisque faciendum. Fructus enim ingenii, & virtutis, omnisque præstantiæ, tum maxime capitur, cum in proximum quemque confertur.

## C A P. XX.

## A R G U M E N T U M.

*Inæqualitas amicorum lites suscitatur.*

UT igitur ii, qui sunt in amicitia, conjunctionisque necessitudine superiores, exæquare se cum inferioribus debent: sic i inferiores non dolere, se a suis amicis aut ingenio, aut fortuna aut dignitate superari. Quorum plerique aut 2 queruntur semper aliquid, aut etiam exprobrant: eoque magis, si habere se putant, quod officiose & amice, & cum cura & labore aliquo suo factum queant dicere. Odiosum sane genus hominum officia exprobrantium: quæ meminisse debet is, in quem collata sunt; non commemorare, qui contulit. Quamobrem, ut ii, qui superiores sunt, submittere se debent in amicitia; sic quodam modo inferiores extollere. Sunt enim quidam, qui molestas amicitias faciunt, cum ipsi se contemni putant: quod non fere contingit, nisi iis, 3 qui etiam contemnendos se arbitrantur: qui hac opi-

rationem ex Nonio reposuimus. 10 ut Telephus, Ægythus, Romulus & Remus &c. 11 ita loquuntur, cum contra atque est, rem arbitrantur.

1 hoc enim est invidorum, qui alienis rebus marcescunt opimis. 2 queruli autem homines amicitia idonei non sunt. 3 nihil arroganter de se sentien-

nione non modo verbis, sed etiam opere levandi sunt. Tantum autem cuique tribuendum, primum, quantum ipse efficere possis, deinde etiam 4 quantum ille, quem diligas, atque adjuves, sustinere. Non enim tu possis, quantumvis licet excellas, omnes tuos ad honores amplissimos 5 perducere: ut Scipio P. Rupilius potuit consulem efficere, fratrem 6 ejus Lucium non potuit. Quod si etiam possis quidvis deferre ad alterum; videndum est tamen quid ille possit sustinere. Omnino amicitiae, corroboratis jam, confirmatisque & ingeniis, & ætatibus judicandæ sunt; nec, si qui ineunte ætate venandi, aut pilæ studiosi fuerint, eos habere necessarios oportet, quos tum eodem studio præditos dilexerunt. Isto enim modo nutritrices, & pædagogi jure vetustatis plurimum benevolentiae postulabunt: qui negligendi quidem non sunt, sed 7 alio quodam modo. 8 Aliter 9 amicitiae stabiles permanere non possunt. Disparis enim moris disparia studia sequuntur: quorum dissimilitudo dissociat amicitias. Nec ob aliam causam ullam boni improbis, improbi bonis amici esse non possunt, nisi quod tanta est inter eos, quanta maxima potest esse, morum studiorumque distantia. Recte etiam præcipi potest in amicitis, ne intemperata quædam benevolentia, (quod sæpe fit) impediatur magnas utilitates amicorum. Nec enim (ut ad fabulas redeam) Trojam 10 Neoptolemus capere potuisset, si Lycomedem, apud quem erat educatus, multis cum lacrymis iter suum impedientem, audire voluisset. Et sæpe incidunt magnæ res, ut discedendum sit ab amicis: quas qui impedire vult, quod 11 desiderium non facile ferat, is & infirmus est, mollisque natura, & ob eam ipsam causam in amicitia 12 parum justus. Atque in omni re considerandum est, & quid postules ab amico, & quid patiari a te impetrari.

CAP.

tientes. 4 nam si in indignum confertur honor, dignorum movetur indignatio. 5 proprium verbum de iis, qui ad honores extolluntur: pro quo vulgo male dicitur, *promovere ad honores*. 6 pro, *suum*. 7 qui multo minore culpa negligantur, quam veteres amici. 8 alii addunt, *diligendi*, alii, *amandi*, alii, *colendi*: ut facile appareat, omnia esse glossemata. 9

si vetustatis ratio potius habeatur, quam morum. 10 hoc omnes de Achille narrant. Itaque vel errat per memoriam Cicero, vel, quod potius credo, de industria Lælio, ut illa ætate, Græcanicarum fabularum ignorantiam concedit. 11 absentiam. 12 quod plus delectationi suæ tribuit, quam aut utilitati, aut officio amici.

1 Vul-

## C A P. XXI.

## A R G U M E N T U M.

*Amicitia nonnunquam dimittendæ.*

**E**ST etiam quasi quædam calamitas in amicitiiis dimittendis nonnunquam necessaria. Jam enim a sapientium familiaritatibus ad vulgares amicitias oratio nostra delabitur. Erumpunt sæpe vitia amicorum cum in ipsos amicos, tum in alienos: quorum tamen ad amicos redundet infamia. Tales igitur amicitia sunt remissione usus <sup>1</sup> eluendæ, & (ut Catonem dicere audivi) diffuendæ magis, quam discindendæ: nisi quædam admodum intolerabilis injuria exarserit, ut neque rectum, neque honestum sit, neque fieri possit, ut non statim alienatio, disjunctioque facienda sit. Sin autem morum, aut studiorum <sup>2</sup> commutatio quædam (ut fieri solet) facta erit, aut in reipublicæ partibus dissensio intercesserit: (loquor enim, ut paulo ante dixi, non de sapientium, sed de communibus amicitiiis) cavendum erit, ne non solum amicitia depositæ, sed inimicitia etiam susceptæ videantur. Nihil enim est turpius, quam cum eo bellum gerere, quocum familiariter vixeris. Ab amicitia Q. Pompeji <sup>3</sup> meo nomine se removerat (ut scitis) Scipio: propter dissensionem autem, quæ erat in republica, alienatus est a collega <sup>4</sup> nostro Metello. Utrumque egit <sup>5</sup> graviter, auctoritate, & offensione animi non acerba. Quamobrem primum danda opera est, ne qua amicorum <sup>6</sup> discidia fiant: sin tale aliquid evenerit, ut extinctæ potius amicitia, quam oppressæ esse videantur. Cavendum vero, ne etiam in graves inimicitias convertant se amicitia: ex quibus jurgia, maledicta, contumelia gignuntur: quæ

ta-

<sup>1</sup> Vulgo, *elevandæ*, id est, minuendæ & extenuandæ. <sup>2</sup> non tanta, neque tanti momenti, ut odium mereatur. <sup>3</sup> mei gratia. Cum esset enim Q. Pompejus Scipioni perfamiliaris, eique promisisset pro Lælio consulatus candidato prensaturum, pro se ipse prensavit. Id Scipionem ægre habuit, ut est simile veri. <sup>4</sup> in auguratu. <sup>5</sup> ratione in consilium adhibita. <sup>6</sup> vulgo: *dissidium*, sed *discidium* est a *discindo*, ut *excidium*

tamen si 7 tolerabilia erunt, ferenda sunt: & hic honos veteri amicitiae tribuendus est, ut is in culpa sit, qui faciat, non qui patiatur injuriam. Omnino omnium horum vitiorum, atque incommodorum una cautio est, atque una provisio, ut ne nimis cito diligere 8 incipiant, neve 9 non dignos. Digni autem sunt amicitia, quibus in ipsis inest causa, cur diligentur. Rarum genus (& quidem omnia præclara rara) nec quicquam difficilius, quam reperire, quod sit omni ex parte 10 in suo genere perfectum. Sed plerique neque in rebus humanis quidquam bonum norunt, nisi quod fructuosum sit; & amicos, tamquam pecudes, eos potissimum diligunt, ex quibus sperant se maximum fructum esse capturos: ita pulcherrima illa, & maxime naturali carent amicitia, per se, & propter se expetenda. 11 Nec ipsi sibi exemplo sunt, hæc vis amicitiae qualis, & quanta sit. Ipse enim se quisque diligit, non ut aliquam a se ipse mercedem exigat caritatis suæ, sed quod per se sibi quisque carus est. Quod nisi idem in amicitiam transferatur, verus amicus numquam reperietur. 12 Est enim is quidem tamquam alter idem. Quod si hoc apparet in bestiis, volucris, natantibus, agrestibus, cicuribus, feris, primum ut se ipsæ diligant, id enim pariter cum omni animante nascitur; deinde ut requirant, atque appetant, ad quas se applicent ejusdem generis animantes; idque faciunt, cum desiderio, & quadam similitudine amoris humani: quanto id magis in homine sit 13 natura, qui & se ipse diligit, & alterum anquirit, 14 cujus animum ita cum suo misceat, ut efficiat pene unum ex duobus.

CAP.

*dium* ab *exscindo*. 7 ita Grævius: vulgatam, *tolerabiles, ferenda*, æque ferri posse judicans. 8 male *incipiamus*, pro *incipiant*, Critici hic supposuerant. Est enim loquutio illa Ciceroni & antiquis omnibus admodum usitata, ut in tertia plurali nomen omittant, cum de universitate loquantur. 9 *non dignus, non idoneus*, semper in scriptis libris Ciceronis, *Indignus, idoneus* nescio si unquam. 10 hæc non sunt delenda. Est enim

diversarum rerum perfectio. Propterea dixit eleganter, *in suo genere*: ut singularia omnia notaret ac distingueret. 11 nec ipsi se intuentes & considerantes vident, quæ sit vera amicitia. Nemo enim se amat propter utilitatem, sed per se ipsum. 12 variatio in MSS. occurrens hoc modo optime componitur. 13 non opinione, non ex inopia, aut necessitate, aut spe commodorum. 14 quocumque consilia communicat.

I Vi-

## C A P. XXII.

## A R G U M E N T U M.

*Quid ab amico jure possit requiri.*

S ED plerique <sup>1</sup> perverse, ne dicam impudenter, amicum habere talem volunt, quales ipsi esse non possunt: <sup>2</sup> quæque ipsi non tribuunt amicis, hæc ab iis desiderant. Par est autem, primum, ipsum esse virum bonum: tum, alterum similem sui quære. Equidem in talibus ea, quam jam dudum tractamus, stabilitas amicitiae confirmari potest; cum homines benevolentia conjuncti, primum cupiditatibus iis, quibus cæteri serviunt, imperabunt; deinde æquitate, justitiaque gaudebunt; omniaque alter pro altero suscipiet: neque quidquam umquam, nisi honestum, & rectum, alter ab altero postulabit: neque solum <sup>3</sup> colent se inter se, ac diligunt, sed etiam verebuntur. Nam *maximum ornamentum amicitiae tollit, qui ex ea tollit verecundiam*: itaque in iis perniciosus est error, qui existimant, libidinum, peccatorumque omnium patere in amicitia licentiam. Virtutum enim amicitia adiutrix a natura data est, non vitiorum comes: ut, quoniam solitaria non posset virtus ad ea, quæ summa sunt, pervenire, conjuncta & consociata cum altera perveniret: quæ si quos inter societas aut est, aut fuit, aut futura est; eorum est habendus ad summum naturæ bonum optimus, beatissimusque comitatus. Hæc est, inquam, societas, in qua omnia insunt, quæ putant homines expetenda, honestas, gloria, tranquillitas animi, atque jucunditas: ut, cum hæc adsint, beata vita sit, & sine his esse non possit. Quod cum optimum, maximumque sit, si id volumus adipisci, virtuti operanda est: sine qua neque amicitiam, neque ullam rem expetendam consequi possumus. Ea vero neglecta, qui se amicos habere arbitrantur, tum se denique errasse sentiunt, cum eos gravis aliquis casus <sup>4</sup>

ex.

<sup>1</sup> Vitium in amicitia. <sup>2</sup> Hoc imprimis fit, cum amicitia colitur utilitatis causa. <sup>3</sup> elegans loquutio, qua & alibi Cicero utitur. <sup>4</sup> fidem eorum, quos libi amicos esse falso putabant, tum enim destituerunt ab iis, quos virtus non conjunxit.

<sup>1</sup> Qui-

experiri cogit. Quocirca, (dicendum est enim sæpius) cum judicaveris, diligere oportet; non, cum dilexeris, judicare. Sed, cum multis in rebus negligentia plectimur, tum maxime in amicis & diligendis, & colendis. Præposteris enim utimur consiliis, & acta agimus, quod vetatur veteri proverbio. Nam implicati ultro & citro, vel usu diuturno, vel etiam officiis, repente in medio cursu amicitias, exorta aliqua offensione, dirumpimus.

C A P. XXIII.

A R G U M E N T U M.

*Amicitia usus per omnia hominum genera se diffundit.*

Q UO etiam magis vituperanda est rei <sup>i</sup> maxime necessariæ tanta incuria. Una est enim amicitia in rebus humanis, de cujus <sup>2</sup> utilitate omnes uno ore consentiunt. Quamquam a multis ipsa virtus contemnitur, & venditatio quædam, atque ostentatio esse dicitur; multi divitias despiciunt, quos parvo contentos tenuis victus, cultusque delectat: honores vero, quorum cupiditate quidam inflammantur, quam multi ita contemnunt, ut nihil inanius, nihil esse levius existiment? itemque cætera, quæ quibusdam admirabilia videntur, permulti sunt, qui pro nihilo putent. De amicitia omnes ad unum idem sentiunt, & <sup>ii</sup>, qui ad rempublicam se contulerunt, & <sup>ii</sup>, qui rerum cognitione doctrinaque delectantur: & <sup>ii</sup>, qui suum negotium gerunt <sup>3</sup> otiosi: postremo <sup>ii</sup>, qui se totos tradiderunt voluptatibus, sine amicitia vitam esse nullam sentiunt, si modo velint aliqua ex parte liberaliter vivere. Serpit enim nescio quo modo per omnium vitas amicitia, nec ullam ætatis degendæ rationem patitur esse expertem sui. Quin etiam, si quis ea asperitate est & immanitate naturæ, congressus ut hominum fugiat, atque oderit, qualem fuisse Athenis Timonem nescio quem accepimus; tamen is pati non possit, ut non <sup>4</sup> anquirat aliquem, apud quem

<sup>1</sup> Quidam frustra inserunt, nam alli alium statuunt. <sup>3</sup> qui a rei tam maxime necessariæ; | republica se removerunt <sup>4</sup> vulnam collatio deest. <sup>2</sup> non nec: | go, acquirat. Contra latine loquen-

quem evomat virus acerbitalis suæ . Atque hoc maxime judicaretur , si quid tale posset contingere , ut aliquis nos deus ex hac hominum frequentia tolleret , & in solitudine uspiam collocaret , atque ibi suppeditans omnium rerum , quas natura desiderat , abundantiam , & copiam , hominis omnino adipiscendi potestatem eriperet : quis tam esset ferreus , qui eam vitam ferre posset ? cuique non auferret fructum voluptatum omnium solitudo ? Verum igitur illud est , quod a Tarentino 5 Archyta , ut opinor , dici solitum , nostros senes commemorare audivi , 6 ab aliis senibus auditum : si quis in cœlum ascendisset , naturamque mundi , & pulchritudinem siderum perspexisset , insuavem illam admirationem ei fore , quæ jucundissima fuisset , si aliquem , cui narraret , habuisset . Sic natura solitarium nihil amat , semperque ad aliquod tamquam adminiculum annititur : quod in amicissimo quoque dulcissimum est .

## C A P. XXIV.

## A R G U M E N T U M .

*Multiplex usus amicitie .*

SED cum tot 1 signis eadem natura declaret , quid velit , anquirat , ac desideret ; obsurdescimus tamen . nescio quo modo ; nec ea , quæ ab ea monemur , audimus . Est enim varius , & multiplex usus amicitie ; multæque causæ suspicionum offensionumque dantur , quas tum evitare , tum elevare , tum ferre 3 sapientis est . Una illa sublevanda 4 offensio est , ut & 5 veritas in amicitia , & fides retineatur . Nam & monendi amici sæpe sunt , & objurgandi ; & hæc

O 2

6 aci-

quendi consuetudinem . Omni-  
no igitur legendum *anquirat* .  
Quod vulgo minus tritum voca-  
bulum ubique fere a librariis  
& sciolis mutatum est in *ac-*  
*quirat* . 5 Pythagorico . 6 Æqua-  
lis enim Platonis Archyta fuit .

1 Argumentis evidentibus . 2  
minuere , extenuare . 3 juxta  
naturæ præscriptum viventis . 4

illa offensio , quæ necessario sus-  
cipienda est in amicitia , cum  
liberius monendi & objurgandi  
sunt amici , qui monitione sta-  
men ferre non possunt , sed iis  
offenduntur . 5 non *utilitas* , ut  
in vulgatis . Nam sine veritate ,  
ut in sequenti capite ostendit ,  
*amicitie nomen valere non po-*  
*test* , quia simulatio est pestis

ami-

6 accipienda amice, cum benevole fiunt. Sed nescio quomodo verum est, quod in Andria familiaris meus 7 dicit:

*Obsequium amicos, veritas odium parit.*

Molesta veritas, si quidem ex ea nascitur odium, quod est venenum amicitiae: sed obsequium multo molestius, quod peccatis indulgens 8 præcipitem amicum ferri sinit. Maxima autem culpa in eo est, qui & veritatem aspernatur, & in fraudem obsequio impellitur. Omnis igitur hac in re habenda ratio, & diligentia est: primum ut monitio acerbitate, deinde objurgatio contumelia careat: in obsequio autem (quoniam 9 Terentiano verbo lubenter utimur) comitas adfit: assentatio vitiorum adiutrix, procul amoveatur: quæ non modo amico, sed ne libero quidem digna est. Aliter enim cum 10 tyranno, aliter cum amico vivitur. Cujus autem aures veritati clausæ sunt, ut ab amico vera audire nequeat, hujus falus desperanda est. Scitum est enim illud Catonis, ut multa. Melius de quibusdam acerbos inimicos mereri, quam eos amicos, qui dulces videantur: illos verum sæpe dicere, hos numquam. Atque illud absurdum est, quod 11, qui monentur, eam molestiam, quam debent capere, non capiunt: eam capiunt, qua debent vacare. Peccasse enim se, non anguntur: objurgari, moleste ferunt: quod contra oportebat, delicto dolere, 12 correctione gaudere,

CAP.

amicitiæ veræ. 6 ab eo, qui monetur & objurgatur. 7 quidam addunt: *Terentius*. Is enim Lælio adeo familiaris fuit, ut ab hoc scriptæ patentur, quæ illius nomine comœdiæ circumferuntur. 8 in periculum agi. 9 vide Quinilianum lib. VIII. Instit. Orat. Cap. 3. & in primis Joach. Camerarium in notis ad primam Tusculanam, qui Tulliam adversus Donatum defendit. 10 cujus aures non sunt radendæ mordaci vero, ut Saticus ait. 11 valgati: *objurgatione*, non recte. Objurgari se nemo gaudet, si nihil aliud insit: at hoc modo corrigi, & errantem quasi in semitam reduci, gaudere debet.

12 Alii



## C A P. XXV.

## A R G U M E N T U M.

*Quid proprium sit vere amicitiae.*

UT igitur & monere, & moneri proprium est veræ amicitiae: & alterum libere facere, non asperere; alterum patienter accipere, non repugnanter: sic habendum est, nullam in amicitis pestem esse majorem, quam adulationem, blanditias, assentationem. Quamvis enim multis nominibus est hoc vitium notandum, levium hominum, atque fallacium, <sup>1</sup> ad voluntatem loquentium omnia, nihil ad veritatem: cum autem omnium rerum simulatio est vitiosa, (tollit enim iudicium veri, idque adulterat) tum amicitiae repugnat maxime. Delet enim veritatem, sine qua nomen amicitiae valere non potest. Nam cum amicitiae vis sit in eo, ut unus quasi animus fiat ex pluribus: qui id fieri poterit, si nec in uno quidem unus animus erit, idemque semper; sed varius, commutabilis, multiplex? Quid enim potest esse tam flexibile, tam <sup>2</sup> devium, quam animus ejus, qui ad alterius non modo sensum, ac voluntatem, sed etiam vultum, atque nutum convertitur?

*Negat quis? nego: ait? aio: postremo imperavi ego-  
met mihi.*

*Omnia assentari,*

ut ait idem Terentius; sed ille sub Gnathonis persona: quod amici genus adhibere, omnino levitatis est. Multi autem Gnathonum similes cum sint, <sup>4</sup> loco, fortuna, fama superiores: horum est assentatio molesta, cum ad vanitatem accessit auctoritas. Secerni autem blandus amicus a vero, & internosci tam potest adhibita diligentia, quam omnia fucata, & simulata a sinceris, atque veris. Concio, quæ ex imperitissimis constat, tamen judicare solet, quid intersit inter popularem, id est, assentatorem, & levem civem, & inter constantem, severum, & gravem.

O 3

<sup>1</sup> Alii malunt: ad voluptatem. Sed præferenda nostra le-  
tio, ut patet ex iis, quæ non longe post, sequuntur; qui ad  
alterius non modo sensum &c.  
<sup>2</sup> Grævius mavult, tenerum. <sup>3</sup>  
Eu-

vem. Quibus blanditiis C. Papirius 5 nuper influebat in aures concionis, cum ferret legem de tribunis pleb. reficiendis? dissuasimus nos. Sed nihil de me. De Scipione dicam libentius. Quanta illi, dii immortales! fuit gravitas? quanta in oratione majestas? ut facile ducem pop. Rom. non 6 comitem diceres. Sed affuistis: & est in manibus oratio. Itaque lex popularis suffragiis populi repudiata est. Atque (ut ad me redeam) meministis, Q. Maximo, fratre Scipionis, & L. Mancino coff. quam popularis lex 7 de sacerdotiis C. Licinii Crassi videbatur? Cooptatio enim collegiorum 8 ad populi beneficium transferebatur. Atque is primum instituit in forum 9 versus agere cum populo. Tamen illius 10 vendibilem orationem religio deorum immortalium, nobis defendentibus, facile vincebat. Atque id actum est prætor me, quinquenniæ ante, quam consul sum factus. Itaque 11 rei veritate magis, quam summa auctoritate, causa illa defensa est.

## CAP.

Eunuchi Ad. III. Sc. 2. 4 natalibus, genere, dignitate. 5 vulgo male additur, *consul*; nam tribunus plebis erat. 6 quid *comes* hoc loco sit, difficile est dicere. 7 cum ante sacerdotes omnes a suis collegiis cooptarentur, lege Licinia ad Populum hoc beneficii transferebatur. Sed ea lex Lælio dissuadente antiquata est. 8 potestas eos creandi in comitiis populo committebatur. 9 non *versibus*, ut vulgati habent, quia *versibus* prius actum est cum populo, quam *prosa oratione*. Sed *forum versus*. Tributis enim & Curiatis

comitiis, qui cum populo agebant, honoris ergo ad Senatum & Comitium versus faciem convertere, spectareque consueverant. At Crassus Trib. plebis, ut popularis, ad forum & populum versus constitit, eoque modo plebem audire volentem a Curia avertit, & e Comitio in forum, vel septem jugera forensia duxit. 10 plausibilem, popularem, quæ laudetur in vulgus. 11 iustitia causæ magis quam auctoritate virorum summorum ac in republ. valde potentium, qui illam causam agebant, vicimus.

1 Hæc

## C A P. XXVI.

## A R G U M E N T U M.

*Amicitia veritate perpenditur, & assentationem rejicit.*

**Q**UOD si in scena, 1 id est in concione, in qua rebus fictis, & adumbratis loci plurimum est, tamen verum valet, (si modo id patefactum, & illustratum est;) quid in amicitia fieri oportet, quæ tota veritate perpenditur? In qua nisi (ut dicitur) apertum pectus videas, tuumque ostendas, 3 nihil fidum, nihil exploratum habeas, ne amare quidem, aut amari, cum id, quam vere fiat, ignores. Quamquam ista assentatio, 2 quamvis 3 perniciofa sit, nocere tamen nemini potest, nisi ei, qui eam recipit, atque ea delectatur. Ita fit, ut is assentatoribus patefaciat aures suas maxime, qui 4 ipse sibi assentetur, & se maxime ipse delectet. 5 Omnino est amans sui virtus: optime enim se ipsa novit, quamque amabilis sit, intelligit. Ego autem non de virtute nunc loquor, sed virtutis opinione. Virtute enim ipsa non tam multi præditi esse, quam videri volunt. Hos delectata assentatio: his fictus ad ipsorum voluntatem sermo cum adhibetur, orationem illam vanam testimonium esse laudum suarum putant. Nulla est igitur hæc amicitia, cum alter verum audire non vult, alter ad mentiendum paratus est. Nec parasitorum in comædiis assentatio nobis faceta videretur, nisi essent milites gloriosi.

6 *Magnas vero agere gratias Thais mihi?*

Satis erat respondere, *magnas: ingentes*, inquit. Semper auget assentator id, quod is, cujus ad voluntatem dicitur, vult esse magnum. Quamobrem, quamvis blanda ista vanitas apud eos valeat, qui ipsi illam allecant, & invitant; tamen etiam gra-

O. 4.

vio-

1 Hæc pro Glossemate habent plerique, sed libris omnibus invitis nihil audent immutare. 2 quamquam ista assentatio valde sit perniciofa. 3 nam judicium corrumpit. 4 qui est valde de φιλαυτος & se & sua omnia miratur & amat nimis. 5 vide Aristotelem IX. ad Nicomachum cap. 4. 6 Eunuchi Act. III.

viores, constantioresque admonendi sunt, ut 7 animadvertant, ne callida assentatione capiantur: aperte enim adulantem nemo non videt, nisi qui admodum est excors: callidus ille & occultus ne se 8 insinuet, studiose cavendum est: nec enim facillime agnoscitur, quippe qui etiam adversando sæpe assentetur & litigare se simulans blandiatur, atque ad extremum det manus, vincique se patiat, ut is, qui illusus sit, plus 9 vidisse videatur. Quid autem turpius quam illud? Quod ne accidat, magis cavendum est: ut in 10 Epiclero:

*Hodie me ante omnes 11 comicos stultos senes  
Versaris, atque 12 iuferis lautissime.*

Hæc enim etiam in fabulis stultissima persona est improvidorum, & credulorum senum.

C A P. XXVII.

A R G U M E N T U M.

*Virtus conciliat amicitias, & conservat.*

SED nescio quo pacto ab amicitiiis perfectorum hominum, id est sapientium, (de hac dico sapientia, quæ videtur in hominem cadere posse) ad leves amicitias deflexit oratio. Quamobrem ad illa prima redeamus, eaque ipsa concludamus aliquando. Virtus, virtus, inquam, C. Fanni & Tu Q. Muci, & conciliat amicitias, & conservat. In ea est enim convenientia rerum, in ea constantia: quæ cum se extulit, & ostendit lumen suum, & idem aspexit; agnovitque in alio, ad id se admovet, vicissimque accipit illud, quod in altero est. Ex quo eorum exardescit sive amor, sive amicitia. Utrumque enim di-

III. Sc. 1. 7 sic sæpe mutant recentiores, quod in veteribus est *animum adverte*. 8 irrepat in sinum penetratque amicitia. 9 Vulgo, *vicisse*; sed *vidisse* præstat ex Cic. Lib. VII. Epist. *vidisse mihi multum videris* &c. 10 *Epiclerus* Cæcili fuit comædia, teste Prisciano: Cæciliique hos versus esse ait Cic. in Catone. 11 quales in Comædiis introduci solent, pilæ fervorum, a quibus plerumque illis os sublinitur. 12 alii malunt, *unxeris*; ut utrumque verbum translatum sit a piscibus, qui cum in craticula assantur, versantur & ununtur. Sic senes Comici exagitantur lepidissime.

I. P.

dictum est ab amando: amare autem nihil aliud est, nisi eum ipsum diligere, quem ames, nulla indigentia, nulla utilitate quaesita: quæ tamen ipsa efflorescit ex amicitia, etiamsi tu eam minus secutus sis. Hac nos adolescentes benevolentia senes illos L. Pullum, M. Catonem, C. Gallum, 1 P. Nasicam, 2 Ti. Gracchum, Scipionis nostri socerum dileximus. Hæc etiam magis elucet inter æquales, ut inter me & Scipionem, & L. Furium, P. Rupilium, Sp. Mummius. Vicissim autem senes in adolescentium caritate acquiescimus, ut in vestra, ut in Q. Tuberonis: equidem etiam admodum adolescentis, P. Rutilii, & 3 A. Virginii familiaritate delector. Quoniamque ita ratio comparata est vitæ naturæque nostræ, ut 4 alia ætas oriatur: maxime quidem optandum est, ut cum æqualibus possis, quibuscum tamquam e carceribus emissus sis, cum iisdem ad calcem, ut dicitur, pervenire. Sed quoniam res humanæ fragiles, caducæque sunt, semper aliqui anquirendi sunt, quos diligamus, & a quibus diligamur. Caritate enim, benevolentiaque sublata, omnis est e vita sublata jucunditas. Mihi quidem Scipio, quamquam est subito ereptus, vivit, tamen, semperque vivet. Virtutem enim amavi illius viri, quæ extincta non est: nec mihi soli versatur 5 ante oculos, qui illam semper in manibus habui; sed etiam posteris erit clara, & insignis. Nemo unquam animo, aut spe majora 6 suscipiet, qui sibi non illius memoriam atque imaginem proponendam putet. Equidem ex omnibus rebus, quas mihi aut fortuna, aut natura tribuit, nihil habeo quod cum amicitia Scipionis possim comparare. 7 In hac mihi de republica consensus, in hac rerum privatarum consilium, in eadem requies plena oblectationis fuit. 8 Numquam

O 5

illum

1. P. Cornelium Scipionem Nasicam, qui vir optimus est dictus, & est Ictus, de quo Pomponius & Cic. Ejus filius fuit P. Cornelius Scipio Nafica, bis consul; ob sapientiam *corculum* dictus: qui sæpe cum a veteribus, tum recentibus confunduntur. 2 Gracchorum patrem. 3 Plurimum variant Codd. MSS. in hoc nomine, nos cum Langio facimus. 4 natura suppeditat nobis. Unde semper amicos parare possimus ex quacunque ætate: cum veteres sæpe morte eripiantur, ut cum iis ad eundem vitæ exitum pervenire nequeamus. 5 præsens. Nam cara ob oculos versantur. 6 conabitur. 7 perfectæ amicitiae descriptio. 8 hoc veramici

cu

illum ne minima quidem re offendi, quod quidem  
 senferim: nihil audiui ex eo ipse, quod nollem. Una  
 domus erat, idem victus, isque communis: neque  
 solum militia, sed etiam peregrinationes, rusticatio-  
 nesque communes. Nam quid ego de studiis dicam  
 cognoscendi semper aliquid, atque discendi? in qui-  
 bus, remoti ab oculis populi, omne otiosum tem-  
 pus contrivimus. Quarum rerum recordatio, & me-  
 moria, si una cum illo occidisset; desiderium con-  
 junctissimi atque amantissimi ferre: 10 nullo modo  
 possem: sed nec illa extincta sunt, alunturque po-  
 tius, & augentur cogitatione, & memoria: & si pla-  
 ne illis orbatus essem, magnum tamen afferret mihi  
 ætas ipsa solatium. Diutius enim jam in hoc deside-  
 rio esse non possum: omnia autem brevia, tolerabi-  
 lia esse debent, etiam si magna sint. Hæc habui de  
 amicitia, quæ dicerem. Vos autem hortor, ut ita  
 virtutem locetis, sine qua amicitia esse non potest,  
 ut, ea excepta, nihil amicitia præstabilius putetis.

M. TUL-

ei est. 9 a reip. negotiis. 10 | sus essent erepta.  
 quando illa cum ipso mihi pror-

1 Acad.

M. TULLII CICERONIS.

## PARADOXA,

A D

M. BRUTUM.

C A P. I.

**A**NIMADVERTI, Brute, sæpe 3 Catonem, avunculum tuum, cum in Senatu sententiam diceret, locos graves ex philosophia tractare, abhorrentes ab hoc usu forensi, & publico: sed dicendo consequi tamen, ut illa etiam populo probabilia viderentur. Quod eo 4 majus est illi, quam aut tibi aut nobis: quia nos ea 5 philosophia plus utimur, quæ peperit dicendi copiam, & in qua dicuntur ea, quæ 6 non multum discrepant ab opinione populari. Cato autem, perfectus, (mea sententia) Stoicus: & ea sentit, quæ non sane probantur in vulgus; & in ea 7 est hæresi, quæ 8 nullum sequitur florem orationis, neque dilatat argumentum: minutis interrogatiunculis, quasi 9 punctis, 10 quod proposuit, 11 efficit. Sed nihil est tam incredibile, quod non dicendo 12 fiat probabile; nihil tam horridum, tam incultum, quod non splendescat oratione, & tamquam excolatur. Quod cum ita putarem, feci etiam audacius, quam ille ipse, de quo loquor. Cato enim dumtaxat de magnitudine animi, de continentia, de morte, de  
O. 6. omni.

1 Acad. quæst. IV. vocat *admirabilia*. 2 cuius vitam Plutarchus literis mandavit. 3 Uticensem, Serviliæ, Brutimatis, fratrem. 4 gravius, difficilius. 5 Academica & Peripatetica. 6 e. gr. Peripatetici & Academici corporis & fortunæ bona esse dicunt. Stoici negant, quicquam esse bonum præter virtutem. 7 secta Philosophorum. Stoicorum. 8 Stoicos eloquentiæ non dedisse operam scribit Quintilianus. 9 rebus brevissimis. Metaphora a Geometris, qui puncta *σημεία* dicunt, partes, ex quibus lineæ conficiuntur minutissimæ. 10 propositionem. 11 quod vult persuadere & aliis probare, id consequitur illis minutis interrogatiunculis. 12 verisimile videatur. 13 quidam ad-

omni laude virtutis, de diis immortalibus, de caritate patriæ, stoice solet, 13 oratoriis ornamentis adhibitis, dicere. Ego vero illa ipsa, quæ vix in gymnasiis, & in otio Stoici probant, ludens conieci in communes locos. Quæ quia sunt admirabilia, contraque opinionem omnium, ab ipsis etiam *παράδοξα* appellantur. Tentare volui, possentne proferri in lucem, id est, in forum, & ita dici, ut probarentur: an alia quædam esset erudita, alia popularis oratio. Eoque scripsi libentius, quod mihi ista *παράδοξα* quæ appellant, maxime videntur esse 14 Socratica, longeque verissima. Accipis igitur hoc parvum opusculum, lucubratum his jam contractioribus noctibus: quoniam illud 15 majorum vigiliarum munus in tuo nomine apparuit. Et degustabis genus hoc exercitationum earum, quibus uti consuevi, cum ea, quæ dicuntur in scholis 16 *Σημειώματα*, ad nostrum hoc oratorium transfero dicendi genus. Hoc tamen opus in 17 acceptum ut referas, nihil postulo. Non est enim, ut in arce poni possit, quasi illa 18 Minerva Phidiæ; sed tamen, ut ex eadem officina exisse videatur.

P A

addunt, *nullis*: sed plerique de-  
lent; quibus favet vocula *dumtaxat*,  
quæ præcedit, quæ notat  
saltem, minimum. *Cato enim*  
*dumtaxat de magnitudine animi*,  
hoc est, si non de cæteris, de  
magnitudine animi saltem di-  
cere solebat, adhibitis orna-  
mentis oratoriis. Nam Catoni  
artem dicendi tribuit Tullius  
in Bruto Cap. 13. 14 nam au-

store Cicerone lib. IV. Academ.  
cap. 44. sunt Socratica pleraque mi-  
rabilia Stoicorum, quæ *παράδοξα*  
nominantur. 15 de Finibus, &  
de natura Deorum. 16 Vide  
Quintilianum lib. X. c. v. 17  
tantulum est, ut acceptum fer-  
re non debeat. 18 ex ære,  
nam aliam non ita laudatam  
fecerat ex ebore.

1. C. 12.



## PARADOXON I.

Ὅτι μόνον ἀγαθόν τὸ καλόν .

*Quod honestum sit , id solum bonum esse .*

## C A P. II.

**V**EREOR, ne cui vestrum ex Stoicorum hominum disputationibus, non ex meo sensu deprompta hæc videatur oratio: dicam tamen, quod sentio, & dicam brevius, quam res tanta dici 2 poscit. 3 Numquam ego hercule neque 4 pecunias 5 istorum, neque 6 tecta magnifica, neque 7 opes, neque 8 imperia, neque eas, quibus maxime adstricti sunt, voluptates, in bonis rebus aut expetendis esse duxi: quippe cum viderem, rebus his 9 circumfluentibus, ea tamen desiderare 10 maxime, quibus abundarent. Neque enim expletur unquam, nec satiatur cupiditatis sitis: neque solum ea qui habent, libidine augendi cruciantur, sed etiam amittendi metu. In quo equidem continentissimorum hominum, majorum nostrorum, sæpe requiro prudentiam: qui hæc 11 imbecilla, & commutabilia 12 pecuniæ membra, verbo BONA putaverunt appellanda, cum re, ac factis longe aliter judicavissent. Potestne bonum cuiquam malo esse? aut potest quisquam in abundantia bonorum ipse esse non bonus? Atqui ista omnia talia videmus, ut etiam improbi habeant, & obsint probis. Quamobrem, licet irrideat, si quis vult: plus apud me tamen vera ratio valebit, quam vulgi opinio.

1 Græcis utitur inscriptionibus, quod declamationum the-  
mata sint hæc, a Græcis sum-  
pta. 2 vulgari possit, sed possit  
efficacius. 3 vulgo, *nunquam*  
*me Hercule ego*. Sed *nunquam*  
*ego Hercule* Ciceronianis nume-  
ris aptius restituit Grævius. 4  
M. Crassi. 5 cum contemtu di-  
ctum. 6 L. Luculli. 7 8 Cn.  
Pompeji. 9 id est, in magna  
rerum istarum copia. 10 scil.  
*istos, ἀπὸ κοινῆ* referendum  
ex præcedentibus, quod cum

non intelligerent correctores,  
intrudere *homines*. Mirum au-  
tem, quam in his Paradoxis  
grassati sint scioli & interpola-  
tores, quos centones undique  
assuerint, quia terebantur plu-  
rimorum manibus, qui pro ca-  
ptu ingenii & doctrinæ multa  
immutarunt, multa adjecerunt,  
quæ ipsis videbantur desiderari.  
11 incertas istas possessiones re-  
rum corporalium: quas fortunæ  
debemus, quæque facile ut for-  
tuna mutari possunt. 12 hoc

nio . Neque ego unquam bona perdidisse dicam , si quis pecus , aut supellectilem amiserit . Neque non sæpe laudabo sapientem illum , Biantem , ut opinor , qui 13 numeratur in septem : cujus cum patriam 14 Prienen cepisset hostis , ceterique ita fugerent , ut multa de suis rebus secum asportarent : cum esset admonitus a quodam , ut idem ipse faceret : *Ego vero* , inquit , *facio : nam* 15 *omnia mea porto mecum* . Ille hæc 16 ludibria fortunæ ne sua quidem putavit , quæ nos appellamus etiam bona . Quid est igitur , quæret aliquis , bonum ? Si quid recte sit , & honeste , & cum virtute , id bene fieri vere dicitur : & quod rectum , & honestum , & cum virtute est , id solum opinor bonum .

## C A P . III .

S ED hæc videri possunt obscuriora , cum lentius disputantur : vita , atque factis illustranda sunt summorum virorum , hæc 1 quæ verbis 2 subtilius , quam satis est , disputari videntur . Quæro enim a vobis , num 3 ullam cogitationem habuisse videantur ii , qui hanc rempublicam tam præclare fundatam nobis reliquerunt , 4 aut argenti ad avaritiam , aut amœnitatum ad delectationem , aut supellectilis ad delicias , aut epularum ad voluptates ? Ponite ante oculos unumquemque regum . Vultis 5 a Romulo ? Vultis post liberam civitatem ab iis ipsis , qui liberaverunt eam ? Quibus tandem gradibus Romulus ascendit in cœlum ? Iisne , quæ isti bona appellant ? an rebus gestis , atque virtutibus ? Quid ?  
a Nu-

nomine omnia intelliguntur , quæ in bonis sunt , præcipue corporalia , quorum multa sunt membra . 13 æstimatur . Vulgo male *enumeratur* , quod in hoc sensu non invenies apud alium bonæ notæ ætatisque scriptorem . 14 Joniæ urbem , Thebæum coloniam . 15 virtutem & sapientiam , quæ homini non nisi cum vita eripi possunt . 16 Ludit enim fortuna , divitiis nunc tribuendis , nunc eripien-

1 In vulg. adduntur , *sine appositione exemplorum* , quæ glossemata foeda appellat Grævius . 2 more Stoicorum . 3 non modo non maximam , ut plerique : aut aliquam , ut non pauci : sed nec ullam prorsus . 4 vulgo , *aut auri , aut argenti* : sed prius jure abest a MSS. melioribus , a sciolo insertum , qui nesciebat ; *argentum* apud antiquos usurpari pro omni pecunia , sive sit ærea , sive argentea , sive aurea . 5 Vulgo , *incipiam* .  
Quod

an Numa Pompilio, minusne gratas diis immortalibus  
 6. capedines, ac fictiles urnulas fuisse, quam 7. fili-  
 catas aliorum pateras, arbitramur? Omitto reliquos,  
 sunt enim omnes pares inter se præter Superbum.  
 8. Brutum si quis roget, quid egerit in patria libe-  
 randa; si quis item reliquos ejusdem consilii socios,  
 quid spectaverint, quid secuti sint: num quis exi-  
 stet, cui voluptas, cui divitiæ, cui denique, præter  
 officium fortis, & magni viri, quidquam aliud pro-  
 positum fuisse videatur? Quæ res ad necem Porse-  
 næ 9. C. Mucium impulit, sine ulla spe salutis suæ?  
 Quæ vis 10. Coclitem contra omnes hostium copias  
 tenuit, in ponte solum? Quæ patrem Decium, qui fi-  
 lium 11. devoravit, atque immisit in armatas ho-  
 stium copias? Quid continentia C. Fabricii? quid te-  
 nuitas victus Man. Curii sequebatur? Quid duo pro-  
 pugnacula belli Punici, Cn. & P. Scipiones, qui Car-  
 thaginiensium adventum corporibus suis intercluden-  
 dum putaverunt? Quid Africanus major? Quid mi-  
 nor? Quid inter horum ætates interjectus Cato?  
 Quid innumerabiles alii? Nam domesticis exemplis  
 abundamus. 12. Cogitasse quidquam putamus in vi-  
 ta sibi expetendum, nisi quod laudabile, & præcla-  
 rum esse videretur?

## C A P. IV.

**V**ENIANT igitur irrisores hujus orationis, ac sen-  
 tentiæ: & jam vel ipsi judicent, utrum se ho-  
 rum alicujus, qui marmoreis tectis, ebore, & auro  
 fulgentibus, qui signis, qui tabulis, qui cæolato auro  
 & argento, qui Corinthiis operis abundant, an C.  
 Fabricii, qui nihil eorum habuit, nihil habere vo-  
 luit, similes esse malint. 1. Atque hæc quidem,  
 quæ modo huc, modo illuc transferuntur 2. facile  
 ad-

Quod optimi codices non ha-  
 bent. *Vultis a Romulo?* scil.  
 exemplum. 6. vasa ansata linea  
 aut fictilia, quibus Numa & alii  
 olim, in sacris utebantur. 7. a  
 filice herba, cujus imago in  
 poculis & pateris cæleri solita  
 fuit 8. Lucium, non Marcum.  
 vid. Valer. Max. lib. V. 9. vul-  
 go *Q. Mucium*, sed invitis MSS.  
 melioribus, & Livio atque Plu-  
 tarcho. 10. in aliis additur:  
*Horatium*. 11. ita veteres libri.  
 Vulgo, *devovit*. 12. Magna hic  
 est codicum editionumque diffe-  
 rentia. Grævius sequitur editio-  
 nem optimam Langii.  
 1. Ex are Corinthio, post ipsam  
 Corinthum a L. Mummiio ever-  
 sam. 2. i. e. sunt nonnulli, quæ  
 sa-

adduci solent, ut in rebus bonis esse negent: illud tamen arcte tenent, accurateque defendunt, 3 voluptatem esse summum bonum: quæ quidem mihi vox pecudum videtur esse, non hominum. Tu cum tibi siue Deus, siue mater (ut ita dicam) rerum omnium natura, dederit animum, quo nihil est præstantius, neque divinius: sic te ipse abicies, atque proster- nes, ut nihil inter te, & 4 quadrupedem aliquam putes interesse? Quidquam bonum est, quod non eum, qui possidet, meliorem facit? Ut enim quisque est maxime boni particeps, ita & laudabilis ma- xime: neque est ullum bonum, de quo non is, qui id habeat, honeste possit gloriari. Quid autem est horum in voluptate? Melioremne efficit, aut lauda- biliorem virum? An quisquam in potiundis volupta- tibus 5 gloriando sese & prædicatione effert? Atque si voluptas, quæ plurimorum patrociniis defenditur, in rebus bonis habenda non est, eaque 6 quo est major, eo magis mentem ex sua sede, & statu di- movet: profecto, nihil est aliud, bene, & beate vi- vere, nisi honeste, & recte vivere.

## P A R A D O X O N II.

Ὅτι ἀυταρκῆς ἢ ἀρετῆς πρὸς εὐδαιμονίαν.

*In quo virtus sit, ei nihil desse ad beate vivendum.*

## C A P. I.

**N**EC vero ego M. Regulum ærumnosum, nec infelicem, nec miserum umquam putavi. Non enim magnitudo animi ejus cruciabatur a Pœ- nis, non gravitas, non fides, non constantia, non ulla virtus, non denique animus ipse: qui tot vir- tutum præsidio, 2 tantoque comitatu, cum cor- pus ejus caperetur, capi certe 3 ipse non potuit.

Ca-

facile credunt hæc bona non eo turpior.  
esse. 3 quod senserat Epicurus. 1 Ex abrupto, exordio pror-  
4 voluptas homini cum brutis sus dissimulato. 2 quæ his ad-  
communis est. 5 alii, gloria, duntur, munitus, circumseptus,  
alii, gloriatione, meliores, glo- a melioribus libris exulant. 3  
riando. 6 voluptas quo major, animus Reguli. Hominem ani-  
mum.

Cajum vero Marium vidimus: qui mihi secundis rebus unus ex fortunatis hominibus, 4 adversis unus ex summis viris videbatur: quo beatius esse mortali nihil potest. Nescis, 5 insane nescis, quantas vires virtus habeat. Nomen tantum virtutis usurpas: quid ipsa valeat, ignoras. Nemo potest non beatissimus esse, qui est totus aptus ex sese, quique in se uno sua ponit omnia. Cui spes omnis, & ratio, & cogitatio pendet ex fortuna; huic nihil potest esse certi, nihil quod exploratum habeat 6 permanfurum sibi unum diem. 7 Eum tu hominem terreto, si quem eris nactus, istis 8 mortis, aut 9 exilii minis. Mihi vero quidquid acciderit in tam ingrata civitate, ne recusanti quidem evenerit, non modo non repugnanti. Quid enim ego laboravi, aut quid egi, aut in quo evigilaverunt curæ & cogitationes meæ; si quidem nihil peperit tale, nihil consecutus sum, ut in eo statu essem, quem neque fortunæ temeritas, neque inimicorum labefactaret injuria? Mortemne mihi minitaris, ut omnino ab hominibus; an exilium, ut ab improbis demigrandum sit? Mors terribilis est iis, 10 quorum cum vita omnia extinguuntur, non iis, quorum laus emori non potest. Exilium autem illis, quibus quasi circumscriptus est habitandi locus; non iis, qui omnem orbem terrarum unam urbem esse ducunt. Te miseræ, te ærumnæ premunt, qui te beatum, qui florentem putas: tuæ libidines te torquent: tu dies, noctesque cruciaris, cui nec fat est, quod est; & id ipsum ne non sit diuturnum times: te conscientia stimulant maleficiorum tuorum: te metus exanimant iudiciorum atque legum: quocumque adspexisti, 11 ut furia, sic tuæ tibi occurrunt injuriæ, quæ te spirare non sinunt. Quamobrem ut improbo, & stulto, & inertis nemini bene esse potest: sic bonus vir, & for-

mum esse, sed qui sit in corpore; Ciceronis quoque sententia est. 4 quas constantissime pertulit. 5 ad Antonium hoc refertur, in quem tota oratione invehit. 6 incerta & instabilia fortunæ bona. 7 qui a fortuna pendet. 8 ut Reguli. 9 ut Marii. 10 qui nihil unquam in vi-

ta gesserunt, quod apud posteritatem ulla laude dignum esset; quorum memoria, ut dici solet, perit cum sonitu. 11 alludit ad Orestis fabulam, a Poetis descriptam, quem fingunt occursum furiarum exagitari, ardentibus facibus quatientium.

1 Ab.

& fortis, & sapiens miser esse non potest. Nec vere, cujus virtus moresque laudandi sunt, ejus non laudanda vita est: neque porro fugienda vita, quæ laudanda est: effet autem fugienda, si effet misera. Quamobrem, quidquid est laudabile, idem & beatum, & florens, & expetendum videri debet.

## P A R A D O X O N III.

Ὅτι ἴσα τὰ ἀμαρτήματα, καὶ τὰ κατορθώματα,

*Equalia esse peccata, & recte facta.*

## C A P. I.

**P**ARVA, inquis, res est: at magna culpa. Nec enim peccata rerum eventu, sed vitiis hominum metienda sunt. In quo peccatur, id potest aliud alio majus esse, aut minus. Ipsum quidem illud, peccare, 1 quoquo verteris, 2 unum est. Auri navem evertat gubernator, an paleæ; in re aliquantulum, in gubernatoris inscitia nihil interest. Lapsa est libido in muliere ignota: dolor ad pauciores pertinet, quam si petulans fuisset in aliqua generosa, ac nobili virgine: peccavit vero nihilominus: siquidem est peccare, tamquam 3 transilire lineas: quod cum feceris, culpa commissa est; quam longe progrediare, cum semel transieris, ad augendam 4 culpam nihil pertinet. Peccare certe licet nemini. Quod autem non licet, id hoc uno tenetur, 5 si arguitur non licere. Id si nec majus, nec minus unquam fieri potest: (quoniam in eo est peccatum, si non licuit, quod semper unum, & idem est) quæ ex eo peccata nascantur, æqualia sint oportet. Quod si 6 virtutes pares sunt inter se: paria esse etiam vitia necesse est. Atqui pares esse virtutes, nec 7 bono viro meliorem, nec temperante temperantio rem nec  
forti.

1 Absolute dictum. 2 genere: sed specie diversæ. 3 quod erat cursorum in stadio. Duæ enim erant in eo lineæ: altera in longum cavata in limine stadii, cui cursores insistebant; altera in fine stadii, quæ dicebatur ultima linea. Primam hic respicit Cicero, quam qui transibat, ante signum datum, peccabat. 4 in vulg. additur *transseundi*, quod otiosum est. 5 si ostenditur, non licere. 6 ex Stoicorum dogmate. 7 Stoici.

forti fortiozem, nec sapiente sapientiozem posse fieri, facillime potest perspici. An 8 virum bonum dices, qui depositum nullo teste, cum lucrari impune posset, auri pondo decem reddiderit, si idem in decem millibus pondo non idem fecerit? Aut temperantem, qui se in aliqua libidine continuerit in, aliqua effuderit? 9 Una virtus est, consentiens cum ratione, & 10 perpetua constantia. Nihil huic addi potest, quo magis virtus sit; nihil demere, ut 11 virtutis nomen relinquatur. Etenim si bene facta, recte facta sunt, & nihil recto rectius: certe ne bono quidem melius quidquam inveniri potest. Sequitur igitur, ut etiam vitia sint paria: siquidem pravitates animi recte vitia dicuntur. Atqui quoniam pares virtutes sunt, recte facta, quando a virtutibus proficiscuntur, paria esse debent, itemque peccata, quoniam ex vitiis manant, sint æqualia necesse est.

## C A P. II.

**A** PHILOSOPHIS, inquis, ista sumis. Metuebam, ne a lenonibus, diceres. Socrates disputabat isto modo. Bene hercle narras. Nam, istum doctum, & sapientem virum fuisse, memoriæ traditum est. Sed tamen quæro ex te, (1) quando verbis inter nos contendimus, non pugnis, utrum bonis est quærendum, quid bajuli atque operarii, an quid homines doctissimi senserint? præsertim cum hac sententia non modo verior, sed ne utilior quidem hominum vitæ reperiri ulla possit. Quæ vis enim est quæ magis arceat homines ab improbitate omni, quam si senserint, nullum in delictis esse discrimen? æque peccare se, si privatis, ac si magistratibus manus adferant? Quamcumque in domum stuprum intulerint, eandem esse labem libidinis? Nihilne igitur interest (nam hoc dicet aliquis) pacrem quis enecet, an ferum? 2 Nuda ista si ponas; judicari, qualia sint, non

ci negant, quenquam virum bonum esse nisi sapientem. 8 bi constans nunquam a ratione discedit. 11 perfectæ.  
semel enim qui peccat, vir bonus non est, quacumque in re peccet. 9 una eademque sibi par & similis est. 10 semper si-  
1 Contendamus licet, non enim pugnis inter nos, sed verbis res agitur. 2 remota a circum-

cum.

non facile possunt. Patrem vita privare, si per se scelus est, 3 Saguntini, qui parentes suos liberos emori, quam servos vivere maluerunt, parricidae fuerunt. Ergo & parenti nonnunquam adimi vita sine scelere potest: & servo sæpe sine injuria non potest. Causa igitur hæc, non natura, distinguit: quæ quando 4 utro accessit, id fit propensius: si utrique adjuncta sit, paria fiant necesse est. Illud tamen interest, quod in servo necando, si adsit injuria, semel peccatur: in patris vita violanda multa peccantur; violatur is, qui procreavit; is qui aluit; is qui erudit; is qui in sede, ac domo, atque in republica collocavit. Multitudine peccatorum præstat, eoque poena majore dignus est. Sed nos in vita, non quæ cuique peccato poena sit, sed quantum cuique liceat, spectare debemus. Quidquid non oportet, scelus esse; quidquid non licet, nefas putare debemus. Etiamne in minimis rebus? Etiam: siquidem rerum modum fingere non possumus, animorum modum tenere possumus. Histrion si paulum se 5 movit extra numerum, aut si 6 versus pronunciatus est syllaba una brevior aut longior, exhibilatur, & exploditur: in vita tu, qui 7 omni gestu moderatior, omni versu aptior esse debes, ut 8 in syllaba te peccare dices? Poetam non 9 audio in nugis; in vitæ societate audiam civem 10 digitis peccata 11 dimetientem sua: quæ si visa sunt 12 breviora, leviora qui possunt videri? cum, quidquid peccatur, perturbatione peccetur rationis, atque ordinis; perturbata autem semel ratione, & ordine, nihil possit addi, quo magis peccari posse videatur.

P A-

cumstantiis. 3 ab Hannibale obsessi. vid. Livius, Florus &c. 4 alii malunt, *alteri*, vel *altero*. Sed *uter* etiam pro utervis dicitur. 5 si non commode saltavit, aut in saltando peccavit contra leges saltationis. 6 cum tamen in versu peccatum sit poetæ, non histrionis. Sed quia histrio pronuntiat, absente poetæ, ei plausus datur. 7 histrionis vitium in gestu, poetæ in versu. Sed poeta prodibat in

scenam, dabat vero poema suum agendum histrioni. 8 figurate dictum, pro, in aliqua vel minima particula ejus. 9 se excusantem. 10 alludit, quod poetæ carminis pedes digitis metiri soleant. 11 qua ratione leviora videri possint, si visa sint breviora. 12 minora. Breve pro exiguo, ubique obvium est: quo vocabulo usus est Cicero propter institutam comparationem de syllabarum quantitate.

1 Hec



## PARADOXON IV.

"Ὅτι πᾶς ἄφρων μαίνεται.

1 Omnes stultos insanire.

## CAP. I.

2 **E**GO vero 3 te non stultum, ut sæpe, non improbum, ut semper, sed dementem, & insanum 4 rebus viucam necessariis. Sapientis animus magnitudine consilii, 5 tolerantia rerum humanarum, contemptione fortunæ, virtutibus denique omnibus, ut mœnibus septus, vincetur; & expugnabitur, qui ne civitate quidem pelli potest? Quæ est enim civitas? Omnisne conventus etiam furum, & immanium? Omnisne etiam fugitivorum, ac latronum congregata unum in locum multitudo? Certe negabis. Non igitur erat illa tum civitas, 6 cum leges in ea nihil valebant; cum judicia jacebant; cum mos patrius occiderat: cum ferro pulsus magistratibus, 7 Senatus nomen in republica non erat. Prædonum ille concursus, & te duce latrocinium in foro constitutum, & reliquæ conjurationis, 8 a Catilinæ furiis ad tuum scelus, furoremque conversæ, num civitas erat? Itaque pulsus ego civitate non sum, quæ nulla erat: accersitus in civitatem sum, 9 cum esset in republica consul, qui tum nullus fuerat; esset Senatus, qui tum 10 occiderat; esset consensu

1 Hoc Paradoxon non tam probat Cicero, quam docet, P. Clodium insanum esse, eumque multis legibus damnatum exulem fuisse, quamvis solum non mutaverit: se vero exulem fuisse negat, quamvis ut Clodianorum furori cederet, ex urbe exiverit. 2 Propositione aspera & vehementi irrumpit in hanc causam sine exordio. 3 Clodii, nam in eum invehitur. 4 evincam invidiis argumentis. Nam res sæpe sunt rationes, argumenta. 5 patientia earum rerum, quæ adversæ hominibus

eveniunt. 6 imaginem ostendit illius temporis, quo a Clodio tribuno pl. ejectus est. 7 auctoritas senatui detracta erat a tribuno & Consulibus: quanquam Grævius mavult non expungere, & legere, *senatus nomen in republica erat*, hoc est, senatus quidem erat, sed nullæ vires, nulla potestas, nulla auctoritas. 8 vide plura in Ciceronis oratione in Pisonem, de universo hoc negotio. 9 P. Lentulus, auctor & princeps in revocando Cicerone. 10 quod nihil ejus

sus populi liber ; esset juris , & æquitatis , ( quæ  
 vincla sunt civitatis , ) repetita memoria . At vide ,  
 quam ista tui latrocinii tela contempserim . Jactam ,  
 & immissam a te nefariam in me injuriam semper  
 duxi : 11 pervenisse ad me numquam putavi : nisi  
 forte , cum 12 parietes disturbabas , aut cum tectis  
 sceleratas faces inferebas , meorum aliquid ruere , aut  
 deflagrare arbitrabare . 13 Nihil neque meum est ,  
 neque cujusquam , quod auferri , quod eripi , quod  
 amitti potest . Si mihi eripuisses divinam animi mei  
 constantiam , meas curas , vigiliis , consilia , quibus  
 respublica te invitissimo stat ; si hujus æterni bene-  
 ficii immortalis memoriam delevisses ; multo etiam  
 magis si 14 illam mentem , unde hæc consilia ma-  
 narunt , mihi eripuisses : tum ego accepisse me con-  
 fiterer injuriam . Sed si hæc nec fecisti , nec facere  
 potuisti : reditum mihi gloriosum tuâ injuria dedit ,  
 non exitum calamitosum . Ergo ego semper civis ,  
 & tum maxime , cum meam salutem Senatus exte-  
 ris nationibus , ut civis optimi , commendabat : tu  
 ne nunc quidem es civis , nisi forte idem esse hostis  
 & civis potest . An tu civem ab hoste natura , ac lo-  
 co , 15 non animo , factisque distinguis ? 16 cædem  
 in foro fecisti : armatis latronibus 17 templa tenui-  
 sti : privatorum domos , 18 ædes sacras , incendisti .  
 Cur hostis 19 Spartacus , si tu civis ? Potes autem  
 esse tu civis , propter quem aliquando civitas non  
 fuit ? Et me 20 tuo nomine appellas , cum omnes  
 meo discessu exulasse rempublicam putent ? num-  
 quamne , homo amentissime , te circumspicies ? Num-  
 quamne , quid facias , considerabis , nec quid loqua-  
 re ? Nescis , exilium scelerum esse pœnam ? meum il-  
 lud iter 21 ob præclarissimas res a me gestas esse  
 fu-

valeret auctoritas . 11 est hoc Stoicum , qui credunt , nihil sapi-  
 enti nocere , ne fortunam quidem , posse . 12 eversa enim  
 domus Ciceronis est in palatio , de quo queritur sæpe in oratio-  
 nibus . 13 est & hoc Stoicum , ut supra Biantis exemplo intel-  
 leximus . 14 quam se accepisse a diis immortalibus dicit , Ca-  
 tilin. III. 15 civis perniciosus hostis potius , quam civis ha-  
 bendus est . 16 hæc omnia manifeste in Clodium conjiciuntur .  
 18 Castoris & Pollucis . 18 templum Nympharum . 19 vide  
 Plutarchum in Crasso 20 quidam habent , *exulem* , sed in aliis  
 non exstat . Subintelligit tamen Cicero , vultque id nominis in  
 Clodium potius , quam in se , convenire . 21 in opprimenda  
 conjuratione , & civitate ser-

van-

susceptum? Omnes scelerati, atque impii, quorum tu te ducem esse profiteris, quos leges exilio affici volunt, exules sunt, etiamsi 22 solum non mutarunt. An, cum omnes leges te exulem esse jubeant, non eris tu exul? 23 Non appellatur inimicus, qui cum telo fuerit? 24 Ante Senatum tua fida deprehensa est. Qui hominem occiderit? Tu plurimos occidisti. Qui incendium fecerit? ædis Nympharum manu tua deflagavit. Qui 25 templa occupaverit? in foro etiam castra posuisti. Sed quid ego communes leges profero, quibus omnibus es exul? 26 Familiarissimus tuus de te privilegium tulit, ut si in 27 opertum Bonæ Deæ accessisses, exulares. At, te id fecisse, etiam gloriari soles. Quo modo igitur, tot legibus in exilium ejectus nomen exulis non perhorrescis? Romæ sum, inquis. Et quidem in operto fuisti. Non igitur ubi quisque erit ejus loci jus tenebit, si ibi eum legibus esse non oportebit.

## P A R A D O X O N V.

Ἰ. Ὅτι μόνος ὁ σοφὸς ἐλεύθερος ἔστι πάντων ἀφρων δούλος.

*Solum sapientem liberum esse; & stultum omnem servum.*

## C A P I T U L U M I.

**L**AUDETUR verohic 2 imperator, aut etiam appellatur, aut hoc nomine dignus putetur. Quo-  
mo-

vanda. 22 urbem non reliquerunt. 23 argumentatur a minori ad majus. Si inimicus est, qui deprehensus alicubi cum telo; quid tu, cujus fida penetravit in sanctissimum urbis locum, curiam? &c. 24 collocavit enim cum fida Clodius servum suum in vestibulo Curiae, qui Cn. Pompejum occideret. 25 indocti adjecerant deorum: Templa enim sunt loca sub diu patientia, auspiciis capiendis aptas. 26 Q. Cornificius de Clodii incestu mentionem fecit in Sena-

tu, rogationem tamen, id est, privilegium in Clodium, ipsius familiarissimus tulit, M. Piso Consul. 27 in sacrificium, quod Bonæ Deæ in domo consulis fiebat.

1 Alii in plurali efferunt: ὅτι πάντες σοφοὶ ἐλεύθεροι πάντες δὲ μωροὶ δούλοι. Omnes sapientes liberos esse, & stultos omnes servos. Quem hoc capite perstringat Cicero, interpretes non consentiunt. Alii enim in Tarquinium, alii in Syllam, alii in L. Luculum,

alii

modo, aut cui tandem hic 3 libero imperabit, qui non potest cupiditatibus suis imperare? Refrænet primum libidines, spernat voluptates, iracundiam teneat, coerceat avaritiam, cæteras animi labes repellat: tum incipiat aliis imperare, cum ipse 4 improbissimis dominis, dedecori, ac turpitudini, parere desierit: dum quidem his obediet, non modo imperator, sed liber habendus omnino non erit. Præclare enim est hoc usurpatum a doctissimis: quorum auctoritate non uterer, si mihi apud aliquos agrestes hæc habenda esset oratio; cum vero apud prudentissimos loquar, quibus hæc inaudita non sunt, cur ego simulem, me, si quid in his studiis operæ posuerim, perdidisse. Dictum est igitur ab eruditissimis viris, **NISI SAPIENTEM, LIBERUM ESSE NEMINEM.** Quid est enim libertas? Potestas vivendi, ut 5 velis. Quis igitur vivit, ut vult, nisi qui recta sequitur, qui gaudet officio, 6 cui vivendi via considerata, atque provisa est? qui legibus quidem non propter 7 metum paret, sed eas sequitur, atque colit, quia id salutare maxime esse judicat: qui nihil dicit, nihil facit, nihil 8 cogitat denique, nisi 9 libenter, ac libere: cujus omnia consilia, resque omnes, quas gerit, 10 ab ipso proficiscuntur, eodemque feruntur, nec est ulla res, quæ plus apud eum polleat, quam ipsius voluntas, atque iudicium. Cui quidem etiam (quæ 11 vim habere maximam dicitur) 12 fortuna ipsa cedit: sicut sapiens 13 poeta dixit, **SUIS CUIQUE FINGITUR MORIBUS.** Soli igitur hoc contingit sapienti, ut nihil faciat invitus, nihil dolens, nihil coactus. Quod etsi ita esse, pluribus ver-  
bis

alii in M. Antonium dictum volunt. 3 antiquo enim Romanorum jure servis militare non licebat. 4 nam vitia dominorum instar imperant illis, qui eis sunt dediti. 5 non libido suadet, sed ratio dicitur. Nam hac significatione Stoici hoc verbo utuntur. 6 qui diu cogitavit & dein constituit, quod vitæ genus sequatur, ad quem finem, tanquam ad scopum, omnes vitæ suæ actiones dirigat. 7 magistratum & suppliciorum. 8 nam bonus vir æque rationem habet cogitationum, ac dictorum & factorum. 9 non muneribus corruptus, non gratia victus, aut odio. 10 ab ipsius animo, non cupiditatibus. 11 Fortuna Ciceroni Tusc. V. est domina rerum & externarum & ad corpus pertinentium. 12 nihil enim bonum, nisi virtutem sapiens existimat, virtus autem nullum habet cum fortuna commercium, quin potius virtuti fortuna cedit: igitur & sapienti. 13 orate Appianus, qui, teste Sallustio, in car-

his differendum est; illud tamen & 14 breve, & confitendum est, nisi qui ita sit affectus, esse liberum neminem. Servi igitur omnes improbi: nec hoc tam re est quam dictu, inopinatum atque mirabile. Non enim ita 15 dicunt, eos esse 16 servos ut mancipia, quæ sunt dominorum facta 17 nexu, aut aliquo jure civili: sed si servitus sit, sicut est, obedientia fracti animi, & abjecti, & 18 arbitrio carentis suo; quis neget, omnes leves, omnes cupidos, omnes denique improbos esse servos?

## CAP. II.

**A**N ille mihi liber, cui mulier imperat? cui leges imponit, præscribit, jubet, vetat, quod videtur? qui nihil imperanti negare potest, nihil recusare audet? Poscit? dandum est. Vocat? veniendum. Ejicit? abeundum. Minatur? extimescendum. Ego vero istum non modo servum, sed nequissimum servum, etiamsi in amplissima familia natus sit, appellandum puto. Atque ut in magna familia sunt alii lautiores (ut sibi videntur) servi, sed tamen servi, 2 atrienses, ac 3 copiarum; pari stultitia sunt, quos signa, quos tabulæ, quos cælatum argentum, quos corinthia opera, quos ædificia magnifica nimio opere delectant. At sumus, inquiunt, civitatis principes. Vos vero nec conservorum quidem vestrorum principes estis. Sed, ut in familia, qui tractant ista, qui 4 tergunt, qui unguunt, qui verrunt, qui spargunt, non honestissimum locum servitutis tenent: sic in civitate, qui se istarum rerum cupiditatibus dediderunt, ipsius 5 servitutis locum pene infimum obtinent. Ma-

P

gna,

carminibus ait, *Fabrum esse quemque fortune.* 14 vulgata: *illud tamen brevi conficiendum est.* 15 Stoici. 16 servitus duplex, corporis & animi. 17 quæ mancipio vendita sunt, hoc est, quæ sic vendita sunt, ut evictionis periculum in se reciperet & præstaret venditor. Nexus est obligatio. 18 qui non recta sequitur, nec officio gaudet.

1 Vox stultorum hic a librariis

& editoribus ineptissime inculcata fuit. 2 qui curam habebant imaginum gentilitiarum, statuarum, picturarum &c. in atriis longa serie positarum. 3 ad quos hortorum poliendorum & varie exornandorum cura spectabat. 4 nimirum signa, ut magis niteant, & ne rubigo aut arugo incommodum afferat, quamvis possint etiam intelligi servi, quorum opera in balneis utebantur. 5 vulgo: *civitatis.*

Sed

gna, inquis, bella gessi: magnis imperiis, & provinciis prætui. Gere igitur animum laude dignum. 6 Echionis tabula te stupidum detinet, aut signum aliquod Polycleti. Omitto, unde sustuleris, & quo modo habeas. Intuentem, admirantem, clamores tollentem cum video, servum te esse ineptiarum omnium judico. Nonne igitur sunt ista festiva? Sunt: nam nos quoque oculos eruditos habemus. Sed obsecro te, ita venusta habeantur ista, non ut vincula virorum sint, sed ut 7 oblectamenta puerorum. Quid enim censes? Si L. Mummius aliquem istorum videret 8 matellionem Corinthium cupidissime tractantem, cum ipse 9 totam Corinthum contempseret, utrum illum civem excellentem, an atriensem diligentem putaret? Reviviscat Man. Curius, aut eorum aliquis, quorum in villa, ac domo nihil splendidum, nihil ornatum fuit, 10 præter ipsos, & videat aliquem summis populi beneficiis usum, barbatus mullos exceptantem de piscina 11 & pertractantem, & murænarum copia gloriantem: nonne hunc hominem ita servum judicet, ut ne in familia quidem dignum majore aliquo negotio putet? An eorum servitus dubia est, qui cupiditate 12 peculii nullam conditionem recusant durissimæ servitutis? Hæreditatis spes quid iniquitatis in serviendo non suscipit? Quem nutum locupletis orbi senis non observat? Loquitur ad voluntatem, quidquid denuntiatum sit, facit, assentatur, assidet, muneratur. Quid horum est liberi? Quid denique non servi inertis?

## C A P. III.

**Q**UID jam illa cupiditas, quæ videtur esse liberalior, honoris, imperii, provinciarum? quam dura

Sed veram Tullio scripturam reddidit Grævius. Non enim cum civibus comparat viros nobiles his cupiditatibus deditos, sed cum servis: non civium, sed servorum ultimos illos esse dicit. 6 pictorem Echionem, commemorat Cicero in Bruto & Plinius. 7 puppæ. 8 vas urinae, longius a figura matulae discedens. 9 fuit enim abstinentissimus, & lautitiarum contemptor. 10 præter eorum animos. Platonico more. 11 in libro inferiori. 12 Patrimonii, facultatum augendarum. Peculium est pecunia, quam nancipium domino, aut filius familias, patre indulgente, possidet.

1 Non

dura est domina! quam imperiosa! quam vehemens!  
 1 Cethego, homini non probatissimo, fervire 2 coe-  
 git eos, qui sibi esse amplissimi videbantur? munera  
 mittere, noctu venire domum ad eum, precari, de-  
 nique supplicare. Quæ servitus est, si hæc libertas  
 existimari potest? Quid? cum cupiditatum domina-  
 tus excessit: & alius est dominus exortus, ex con-  
 scientia peccatorum, timor? quam est illa misera,  
 quam dura servitus! 3 Adolescentibus paulo loqua-  
 cioribus est serviendum: omnes, qui aliquid scire  
 videntur, tamquam domini timentur. Judex vero  
 quantum habet dominatum? Quo timore nocentes af-  
 ficit? An non est omnis metus servitus? Quid valet  
 igitur illa eloquentissimi viri, L. Crassi copiosa ma-  
 gis, quam sapiens 4 oratio? 5 *Eripite nos ex ser-  
 vitute*. Quæ est ista servitus tam claro homini tam-  
 que nobili? Omnis enim animi debilitati, & humi-  
 lis, & fracti timiditas, servitus est. *Nolite sinere  
 nos cuiquam servire*. In libertatem vindicari vult?  
 Minime: quid enim adjungit? *Nisi vobis universis*.  
 Dominum mutare, non liber esse vult. *Quibus &  
 possumus, & debemus*. Nos vero, si quidem animo  
 excelso, & alto, & virtutibus exaggerato sumus,  
 nec debemus, nec possumus. Tu posse te dicito,  
 quoniam quidem potes: debere ne dixeris: quoniam  
 nihil quisquam debet, nisi quod est turpe non red-  
 dere. Sed hæc hæc haftenus. Ille videat, quomodo im-  
 perator esse possit, cum eum ne liberum quidem  
 esse, ratio, & veritas ipsa convincat.

P 2

PA-

1 Non est is, qui cum Catili- bitatis & eloquentiæ laudem  
 na conjuravit: sed is, de quo capessere solebant. 4 qua sua-  
 Plutarchus in Lucullo. 2 scil. sit legem Serviliam, egitque  
 cupiditas honorum. Nam di- senatus causam, contra judi-  
 ctio, res, male hic inserta erat. cum & accusatorum factionem.  
 3 qui adolescentes ex magno- 5 Crasso hoc tribuitur lib. 1. de  
 rum virorum recusatione pro- Oratore.

I Ad

## PARADOXON VI.

Ὅτι μόνος ὁ σοφὸς πλούσιος.

*Solum sapientem esse divitem.*

*E A P. I.*

**Q**UÆ est ista in commemoranda pecunia 1 tua tam insolens ostentatio? Solusne tu dives? pro dii immortales! Egone me audisse aliquid & didicisse non gaudeam? Solusne dives? Quid, si ne dives quidem? Quid si pauper etiam? Quem enim intelligimus divitem? Aut hoc verbum in quo homine ponimus? Opinor, in eo cui tanta possessio est, ut ad liberaliter vivendum facile contentus sit, qui nihil quærat, nihil appetat, nihil optet amplius. 2 Animus oportet tuus te judicet divitem, non hominum sermo, neque possessiones tuæ. Nihil sibi deesse putet, nihil curet amplius, satiatus est, aut contentus etiam pecunia? concedo, dives es. Sin autem propter aviditatem pecuniæ nullum quæstum turpem putas, cum isti 3 ordini ne honestus quidem possit esse ullus: si quotidie fraudas, decipis, poscis, pacisceris, auferis, eripis: si socios spolias, ærarium 4 expilas: si testamenta amicorum 5 expectas, aut ne expectas quidem, atque ipse 6 supponis: hæc utrum abundantis, an egentis signa sunt? 7 Animus hominis dives, non arca, appellari solet. Quamvis illa sit plena; dum te inanem videbo, divitem non putabo. Etenim ex eo, quantum cuique sat est, metiuntur homines divitiarum modum. Filiam quis habet? pecunia est opus: Duas? majore: Plures? majore etiam.

1 ad M. Crassum divitem orationem dirigit. 2 si animo tuo dives es, revera dives es, etiam in fortunarum mediocritate. Perperam in vulgatis erat: *se dicit divitem*. Animæ enim divitiæ, sunt virtutes, non possessiones, & facultates. 3 senatorio, ex quo Crassus erat. 4 Crassus enim suo & Pompeji consulatu tertio, rapuit duo millia pondo auri e Capitolino Jovis folio, a Camillo ibi condita, auctore Plinio. 5 optas, ut quis moriatur: ut tu hereditatem cernas, aut legatum promissum consequaris. Proprium in hac re verbum est. 6 testamentum falsum fingis, & pro vero substituis. 7 hoc est, is homo dives dicitur, cujus animus eum judicet divitem esse, con-



am: Et si, ut ajunt, Danai, quinquaginta sint filiae, tot dotes magnam quærunt pecuniam. Quantum enim cuique satis est, ad id accommodatur, ut ante dixi, divitiarum modus. Qui igitur non filias plures, sed innumerabiles cupiditates habet, quæ brevi tempore maximas copias exhaurire possint; hunc quo modo ego appellabo divitem; cum ipse etiam egere se sentiat? Multi ex te audierunt, cum diceres, neminem esse divitem, nisi qui exercitum alere posset suis fructibus: quod populus Rom. tantis vectigalibus jam pridem vix potest. Ergo, hoc proposito, numquam eris dives ante, quam tibi ex tuis possessionibus tantum 8 reficiatur, ut ex eo tueri 9 sex legiones, & magna equitum, & peditum auxilia possis. Jam fateris igitur, non esse te divitem, cui tantum desit, ut expleas id, quod exoptas. Itaque istam paupertatem, vel potius egestatem, ac mendicitatem tuam nunquam obscure tulisti.

## CAP. II.

NAM ut iis, qui honeste rem quærunt mercaturis faciendis, 1 operis dandis, 2 publicis sumendis intelligimus 3 opus esse quæsito; sic qui videt domi tuæ pariter accusatorum atque iudicum 4 confociatos greges; qui 5 nocentes & pecuniosos reos eodem te auctore corruptelam iudicii molientes: qui 6 tuas mercedum pactiones in patrociniis, 7 intercessiones pecuniarum in concionibus candidatorum, dimissiones libertorum ad defœnerandas, diripiendasque provincias; qui expulsionem vicinorum, qui latrocinia in agris, qui cum servis, cum libertis, cum

P 3

clien-

contentum iis, quæ possidet. 8 refici dicitur id quod capitur, & reficere est restituere. Dixit etiam Celsus Jctus in Pandectis: *quantum ex bonis ejus refici potest quatuor legiones.*

1 Vel servorum operas locando, vel publicanis serviendo. 2 conducendis vectigalibus, quod publicanorum erat. 3 eos non contentos esse re sua familiari. Non habere satis. 4 accusatores & iudices coire flagitiosum

est. Iudex enim nec partes facere, nec sequi debet. Conveniebant autem ut corrumpentur iudices ad damnandos reos, quorum bonis inhiabant. 5 utrumque valet ad iudicium corruptelam. Nam qui innocens est, iudices non vult corrumpere. qui pecuniosus non est, non potest. 6 Crassus improborum hominum patrocinia suscipere solebat. 7 vulgo male, *intercessiones* sunt sponsiones,

clientibus societates, qui possessiones vacuas, qui proscriptiones locupletium, qui cædes municipiorum, qui illam Sullani temporis. 8 messem recordetur, 9 qui testamenta subjecta, qui sublatos tot homines, qui denique omnia venalia, dilectum, decretum, 10 alienam, suam sententiam, 11 forum, domum, vocem, silentium: quis hunc non putet confiteri, sibi quæsito opus esse? cui autem quæsito opus sit, quis umquam hunc vere dixerit divitem? Etenim divitiarum fructus in copia est: copiam autem declarat satietas rerum, atque abundantia: quam tu quoniam numquam assequere, 12 numquam omnino es futurus dives. Meam autem quoniam pecuniam contemnis, & recte, (est enim ad vulgi opinionem mediocris; ad tuam ulla; ad meam modica) de me filebo, 13 de re loquar. Si censenda nobis, atque æstimanda res sit; utrum tandem pluris æstimemus pecuniam Pyrrhi quam Fabricio dabat, an continentiam Fabricii, qui illam pecuniam repudiabat? utrum autem Samnitum, an responsum Man. Curii? hæreditatem L. Pauli, an liberalitatem Africani, qui ejus hæreditatis Q. Maximo fratri partem suam concessit? Hæc profecto quæ sunt summarum virtutum, pluris æstimanda sunt, quam illa, quæ sunt pecuniæ. Quis igitur (si quid, ut quisque, quod plurimi sit possideat, ita ditissimus habendus sit) dubitet, quin in virtute divitiæ sint? quoniam nulla possessio, nulla vis auri & argenti pluris, quam virtus, æstimanda est.

## C. A. P. III.

**O** Dii immortales! non intelligunt homines quam magnum vectigal sit parsimonia! Venio enim jam ad

nes, interposita fide sua, se soluturum pro iis, ni ipsi solverent, quam promittebant, pecuniam. 8 non segetum, sed civium Romanorum. 9 in delectu militum ordinumque habendo, ac in decretis faciendis nihil valuisse, nisi pecuniam, significat. 10 Crassi gratiam, auctoritate, largitione, corruptis iudicibus, & senatoribus.

11 domi & publicæ pecuniæ causa omnia facta esse a Crasso. 12 qui enim cupit, dives non est. 13 vulgati: de te. Sed in sequentibus non loquitur de Crasso, sed comparat virtutem cum divitiis. Rectius igitur Grævius: De re loquar, ut ostendunt sequentia. Nam statim subnectit. Si censenda nobis atque æstimanda res sit.

1 Vul-

ad sumptuosos, relinquo istum quæstuosum. Capit ille ex suis prædiis sexcenta sestertia: ego centena ex meis. Illi aurata tecta in villis, & sola marmorea facienti, & signa, tabulas, supellectilem, & vestem infinite concupiscenti, non modo ad fructum ille sumtus est, sed etiam ad fœnus exiguus: ex meo tenui vectigali detractis sumptibus cupiditatis, aliquid etiam redundabit. Uter igitur est ditior cui deest, an cui superat? Qui eget, an qui abundat? cuius possessio, quo est major, eo plus requirit ad sustentandam: an quæ suis se viribus sustinet? Sed quid ego de me loquor, qui morum, ac temporum vitio aliquantum etiam ipse fortasse in hujus sæculi errore verfer? Manius Manilius patrum nostrorum memoria (ne semper Curios, & 2 Luscinos loquamur) pauper tandem fuit: habuit enim ædiculas in Carinis, & fundum in 3 Labicano. Nos igitur divitiores, quia plura habemus? Utinam quidem. Sed non æstimatione census, verum victu, atque cultu terminatur pecuniæ modus. Non esse cupidum, pecunia est: non esse 4 emacem, vectigal est: contentum vero suis rebus esse, maximæ sunt, certissimæque divitiæ. Etenim, si isti callidi rerum æstimatores 5 prata, & 6 areas quasdam magno æstimant, quod ei generi possessionum minime 7 quasi noceri potest, quanti est æstimanda virtus quæ nec eripi, nec surripi potest unquam, neque naufragio, neque incendio amittitur; nec tempestatum, nec temporum perturbatione mutatur? qua præditi qui sunt, soli sunt divites: soli enim possident res & fructuosas, & sempiternas: solique, quod est proprium divitiarum,

P 4

con-

r. Vulgati: ad sumtum ille est fructum. Sed nostra lectio ple-  
 rorumque Codicum auctoritate  
 utitur, & hoc vult: tantum  
 abesse, ut sexcenta illa sufficiant  
 ad sumptus domesticos, ut ne  
 quidem satis sint ad dissolven-  
 dum fœnus. 2 C. Fabricium  
 Luscinum significat, quem ter  
 in his Paradoxis jam nomina-  
 vit. 3 a Labico vetusto oppido  
 quod prope Tusculum fuit, non  
 procul ab urbe Roma, prædium  
 Labicanum dictum est, ut Tu-

sculanum, aliaque, ejusdem  
 generis. 4 mala emtio semper  
 exprobrat stultitiam. 5 Cato  
 pratis primum, Varro ex per-  
 sona Serosæ quintum locum in-  
 ter prædia rustica tribuit. 6  
 Areas inter urbana prædia ma-  
 gni æstimabantur, propter an-  
 gustias soli propterea dixit. Ci-  
 cero areas quasdam, id est ur-  
 banas, & in urbis nobilioribus  
 locis: ne quis, de areis omni-  
 bus acciperet. 7 fere.

• 8 im-

contenti rebus suis esse putant, quod est, nihil appetunt, nulla re egent, nihil sibi deesse sentiunt, nihil requirunt. Improbi autem, & avari quoniam incertas, atque in casu positas habent, & plus semper appetunt, nec eorum quisquam adhuc inventus est, cui, quod haberet, esset satis; non modo non copiosi, ac divites, sed etiam inopes, ac & pauperes æstimandi sunt.



S O-

s improbi pauperes.

s Qui-

## SOMNIUM SCIPIONIS,

Ex lib. VI. Ciceronis de Republica.

## SCIPIO LOQUITUR.

## C A P. I.

**C**UM in Africam venissem, 1 M. Manilio consuli ad quartam legionem tribunus (ut scitis) militum, nihil mihi potius fuit, quam 2 Masinissam convenirem, Regem familiæ nostræ justis de causis amicissimum. Ad quem 3 ut veni, complexus me senex collacrymavit, aliquantoque post suspexit in cœlum: & Grates, inquit, tibi ago, summe Sol, vobisque 4 reliqui cœlites, quod antequam ex hac vita migro, conspicio in meo regno, & his tectis, P. Cornelium Scipionem, cujus ego nomine ipso recreor: ita nunquam ex animo meo 5 descendit illius optimi, atque invictissimi 6 viri memoria. Deinde ego illum de suo regno; ille me de nostra republica percontatus est. Multisque verbis ultro citroque habitis, ille nobis consumtus est dies. Post autem regio apparatu accepti, sermonem in multam noctem produximus, cum senex nihil nisi de Africano loqueretur, omniaque ejus non facta solum, sed etiam dicta meminisset. Deinde ut cubitum discessimus, me & 7 de via, & qui ad multam noctem vigilassem, arctior, quam solebat, 8 somnus complexus est. Hic mihi (credo equidem ex hoc, quod eramus locuti: fit enim fere, ut cogita-

P 5

tio-

1 Quidam legunt, Manio Manilio, quidam Marcio Manilioque, ut uterque Consul denotetur, L. Marcius Censorinus, & M. Manilius Nepos, A. V. C. 604. 2 Masinissa Rex Masæfylorum restitutus fuit in regnum Numidiæ ab Africano majore, ex eoque hunc Scipionem nepotem amavit. 3 ab ipso Masinissa accersitus, Valer. Max.

lib. V. 4 lunam, ceteros planetas, & quotquot in supremo cœlo stellæ sunt, veterum plerique Deos esse crediderunt. 5 vulgati: *discedit*, cum quo militaverat bello Punico secundo. 7 indoctus aliquis *fessum de vita* scripserat: Sed a MSSis abest. 8 somnus dicitur complecti homines, quia membra somno pæne constricta tenentur, nullaque mu-

tiones, sermonesque nostri pariant aliquid in somno tale quale de Homero scribit 9 Ennius, de quo videlicet sæpissime vigilans solebat cogitare & loqui) Africanus se ostendit illa forma, quæ mihi 10 ex imagine ejus, quam ex ipso, erat notior. Quem ut agnovi, equidem cohorrui. Sed ille, Ades, inquit, animo, & omitte timorem, Scipio, & quæ dicam, trade memoriæ.

## C A P. II.

**V**IDESNE illam urbem, quæ 1 parere populo Romano coacta per me renovat pristina bella, nec potest quiescere? (ostendebat autem Carthaginem de 2 excelso, & pleno stellarum, illustri, & claro quodam loco,) ad quam tu oppugnandam nunc venis, pene miles? Hanc hoc biennio consul evertes: eritque 4 cognomen id tibi per te partum, quod habes adhuc a nobis hæreditarium. Cum autem Carthaginem deleveris, triumphum egeris, censorque fueris, & obieris legatus 5 Ægyptum, Syriam, Asiam, Græciam: deligere iterum consul 6 absens bellumque maximum conficies, Numantiam excindes. Sed cum eris 7 curru Capitolium invectus, offendes rempublicam perturbatam consiliis 8 nepotis mei. Hic tu, Africane, ostendas oportebit patriæ, lumen animi, ingenii, consiliique tui. Sed ejus temporis 9 ancipitem video quasi fatorum viam. Nam cum ætas tua septenos octies solis 10 anfractus, 11 re-

munia obire possunt. 9 Cum enim Ennius Homeri versus legeret, meditaretur, edisceret, imitaretur, somniavit se Hom- rum esse factum, animaque Ho- meri, juxta Pythagoricum do- gma, animatum: 10 imagines gentilitiæ in atriis deponeban- tur.

1 Tributum pendere. 2 Afri- canus ex lacteo circulo loquitur qui est inter æthereas stellarum flammæ splendidissimus, pro- pter confertam stellularum, ut Aristoteles & Ptolemæus ajunt, multitudinem. 3 nam in mili- tia primus est honoris gradus tribunus mil. 4 comparabisti-

bi tua virtute cognomentam, quod ad hoc usque tempus ha- bes a me avo tuo hæreditarium. Is enim primus ex Romanis Im- peratoribus nomine victæ a se gentis est nobilitatus. 5 ad Pto- lemæum, Physconem. 6 quia consulatum non petiit, neque in campum Martium candida- tus cum aliis descendit. 7 post- quam triumphaveris. 8 Tib. Gracchi, tribuni plebis, Cor- nelia nati, Africani majoris fi- lia. 9 involucris verborum fu- turam mortem tegit, ex arte. 10 ita appellat annum, propter zodiaci obliqui circuli ambi- tum, quem Sol conficit. 11

quia

reditusque converterit : duoque hi numeri quorum  
 12 uterque plenus, alter altera de causa, habetur,  
 circuitu naturali summam tibi fatalem confecerit :  
 in te unum atque in tuum nomen, se tota conver-  
 tet civitas : te Senatus, te omnes boni, te focii,  
 te Latini intuebuntur : tu eris unus, in quo nitatur  
 civitatis salus, ac, ne multa, dictator rempublicani  
 constituas oportet, si impias propinquorum manus  
 13 effugeris. Hic cum 14 exclamasset Lælius, in-  
 gemuissentque cæteri vehementius : leniter arridens  
 Scipio. Quæso, inquit, ne 15 me e somno excite-  
 tis, & 16 parum rebus : audite cætera.

## C A P. III.

SED quo sis, Africane, alacrior ad tutandum rem-  
 publicam, sic habeto. Omnibus, qui patriam  
 conservarint, adjuvarint, auxerint, certum esse in  
 cælo 1 definitum locum, ubi beati ævo 2 sempi-  
 terno fruantur. Nihil est enim illi principi Deo, qui  
 omnem hunc mundum regit, quod quidem in ter-  
 ris fiat, acceptius, quam 3 concilia, cætusque ho-  
 minum jure sociati, quæ civitates appellantur : ha-  
 rum rectores, & conservatores, hinc profecti, huc

P. 6. re-

quia eadem signa per annos sin-  
 gulos certa lege sol metitur, ut  
 ait Macrobius, 12 duo nume-  
 ri, septenarius & octonarius,  
 alter altera de causa pleni di-  
 cuntur a Pythagoreis, & Py-  
 thagoreos multis Philosophis se-  
 quuntis. Macrobius de septena-  
 rio multa docet, sed pleraque  
 falsa sunt, & fabulosa ista Py-  
 thagoreorum somnia merito ri-  
 det Galenus in Criticis libris.  
 Idemque facit in octonario,  
 quem illi justitiæ numerum vo-  
 cant, quia par sit pariter par  
 &c. 13 non effugit, mortuus  
 enim in cubiculo inventus est,  
 cum pridie optime valuisset,  
 ab uxore Sempronia, ut credi-  
 tum est, veneno necatus. 14  
 Lælius, qui una de republica  
 in his libris disputaverat, do-  
 lore perturbatus exclamavit ; &  
 cæteri, Scævola, Fannius, Tu-

berio, Manlius, Philus, vehe-  
 mentius de tanta indignitate at-  
 que acerbitate ingemuerunt.  
 Scipio autem, prout principem  
 fortemque virum decet, im-  
 motus, imperterritus, con-  
 stansque permanet. 15 somnium  
 meminertis me, non historiam,  
 vobis narrare. 16 vulgo : *parum*  
*rebus*, sed germana in MSS.  
 lectio est, *parum rebus*. scilicet  
 concedite ; hoc est, date aliquid  
 temporis & otii rebus tam ar-  
 duis cognoscendis. Hoc enim  
 rei appellatione venit.

1 Præparatum, destinatum,  
 circumscriptum. 2 Cicero sem-  
 per in cælo permanens esse  
 animas statuit, quod & reli-  
 gioni Romanæ aptius illi vide-  
 batur, & ad veritatem congruen-  
 tius : crediderunt enim Roma-  
 ni, viam lacteam sedem esse  
 fortunatorum ac beatorum. 3

ci-

revertuntur. Hic ego, etsi eram perterritus, non tam metu mortis, quam insidiarum a meis, quaesivi tamen, viveretne ipse, & Paullus pater, & alii, quos nos extinctos arbitraremur. Immo vero, inquit, ii vivunt, qui 4 ex corporum vinculis, tamquam e carcere, evolaverunt: 5 vestra vero quaeritur vita, mors est. Quin tu aspicias ad te venientem Paillum patrem. Quem ut vidi, equidem vim lacrymarum profudi. Ille autem me complexus, atque osculans, flere prohibebat. Atque ego ut primum, fletu represso, loqui posse coepi, Quæso, inquam, pater sanctissime, atque optime, quoniam hæc est vita, (ut Africanum audio dicere) quid moror in terris, quin hinc ad vos venire propero? Non est ita, inquit 6 ille. Nisi Deus is, cujus hoc 7 templum est omne, quod conspicias istis te corporis custodiis liberaverit, huc tibi aditus patere non potest. Homines enim sunt hac lege generati, qui tuerentur illum globum, quem in hoc 8 templo 9 medium vides, quæ terra dicitur: hisque animus datus est ex illis 10 sempiternis ignibus, quæ sidera, & stellas vocatis: quæ globosæ, rotundæ, 11 divinis animatæ mentibus, 12 circos suos, orbisque conficiunt celeritate mirabili. Quare & tibi, Publi, & piis omnibus retinendus est animus in custodia corporis: nec injussu ejus, a quo ille est vobis datus, ex hominum vita migrandum est, ne munus humanum, assignatum a Deo, defugisse videamini. Sed sic, Scipio, ut 13 avus hic tuus, ut ego, qui te genui, justitiam cole, & pietatem: quæ, cum sit magna in parentibus, & propinquis, tum in patria maxima est: ea vita via est in cælum & in hunc cœtum eorum, qui jam vixerunt, & corpore laxati, illum incolunt locum, 14 quem vides: (erat au-

civitatis definitio. Concilium & cœtum alibi quoque jungit Cicero. 4 Hæc Cicero hausit ex Socrate, quem vide in Phædone Platonis. 5 hæc quasi ad verbum refert Socrates in Gorgia Platonis. 6 Paullus, non Africanus. 7 cœlum intelligit. 8 universo mundo. 9 communis est veterum sententia, in totius universi centro tellurem nostram positam esse. 10 Chaldaei, eosque fere sequuti Græci Philosophi omnem cœlestem regionem igneam esse statuerunt; hominibusque datum animum a Deo ex stellis & sideribus. 11 hoc est ex dogmate Platonico. 12 vulgo, *circulos*. 13 Africanus Major. 14 sequitur Platonem & alios Physicos.

15 fait



autem is 15 splendidissimo candore inter flammæ  
 circus elucens ) quem vos , ut a Grajis accepistis ,  
 Orbem lacteum nuncupatis : ex quo omnia mihi con-  
 templanti , præclara cætera & mirabilia videbantur.  
 Erant autem eæ stellæ , quas numquam ex hoc loco  
 vidimus : & eæ magnitudines omnium , quas esse  
 numquam suspicati sumus : ex quibus erat illa 16  
 minima , quæ ultima cœlo , citima terris , lu-  
 ce lucebat aliena . Stellarum autem globi , terrarum  
 magnitudinem facile vincebant . Jam ipsa terra ita  
 mihi parva visa est , ut me imperii nostri , quo qua-  
 si punctum ejus attingimus , pœniteret .

C A P. IV.

QUAM cum magis intuerer , Quæso , inquit Afri-  
 canus , quousque humi defixa tua mens erit ?  
 nonne aspicias , quæ in templa veneris ? 1 Novem  
 tibi orbibus , vel potius globis connexa sunt omnia :  
 quorum 2 unus est cœlestis , extimus , qui 3 reli-  
 quos omnes complectitur , summus ipse Deus , 4 ar-  
 cens , & continens cæteros : in quo infixi sunt illi ,  
 qui volvuntur stellarum cursus sempiterni : cui sub-  
 jecti sunt septem qui versantur retro , contrario mo-  
 tu , 5 atque cœlum , ex quibus unum globum pos-  
 fidet illa , quam in terris 6 Saturniam nominant .  
 Deinde est hominum generi 7 prosperus & salutariis  
 ille fulgor , qui dicitur 8 Jovis : tum rutilus , 9  
 horribilisque terris , quem Martium dicitis : deinde  
 10 subter mediam fere regionem Sol obtinet .  
 dux

15 fuit hæc sententia Demo-  
 criti , nostro tempore telescopiis  
 probata . 16 Lunam significat ,  
 lucem a Sole mutuam .

1 Non plures sphæras Cicero  
 posuit , quam quot subjæta es-  
 sent sensui , & Pythagorica pro-  
 baret Musica , ac plerique omnes  
 antiqui Philosophi traderent .  
 2 octava sphæra , supra appel-  
 lata . Cœlum ipsum proprie di-  
 ctum , tot stellis cælatum & or-  
 natum . 3 major & exterior or-  
 bis minores & inferiores con-  
 tinet ac ambit . 4 coercens .  
 5 quam cœlestis globus extimus .  
 Cœlum hic est octava sphæra ,

cujus motui solis & reliquorum  
 erroneus motus contrarius est .  
 6 Saturni stellam , errantium al-  
 tissimam . 7 usitatus est *prosper-*  
*us* quam *prosper* : ut *exterus* ,  
*superus* , *inferus* &c . 8 Ipsam  
 Jovis nomen a mansueta cle-  
 mentique sideris natura forma-  
 tum est . *Jupiter* enim est *ju-*  
*vans pater* . 9 horrorem me-  
 tumque incutiens & nocens ter-  
 ris , & hominibus eas incoen-  
 tibus . 10 Hic Cicero ab eo ,  
 quem interpretatus est , Plato-  
 nis sui Timæo , dissentit . Plato-  
 nis enim solem ab infima luna se-  
 cundum esse judicabat . 11 quia  
 omnia

dux & 12 princeps, & 13 moderator luminum reliquorum, 14 mens mundi, & 15 temperatio, tanta magnitudine, ut cuncta sua luce lustret, & compleat. Hunc, 16 ut comites, consequuntur, alter Veneris, alter Mercurii cursus: infimoque orbe Luna, radiis Solis accensa, convertitur. Infra autem jam nihil est, nisi mortale, & caducum, præter animos generi hominum munere deorum datos. Supra Lunam sunt æterna omnia. Nam ea, quæ est 17 media, & nona, tellus, 18 neque movetur, & infima est, & in ea feruntur omnia. 19 suo nutu pondera.

## C A P. V.

**Q**UÆ cum intuerer stupens, ut me recepî, 1. Quid? hic, inquam, quis est, qui complet aures meas, tantus & tam dulcis sonus? Hic est, inquit ille, qui 2 intervallis conjunctus imparibus, sed tamen pro 3 rata portione distinctis, impulsu, & motu ipsorum orbium conficitur: qui 4 acuta cum gravibus temperans, 5 varios æquabiliter concentus efficit. Nec enim 6 silentio tanti motus incitari possunt: & natura fert, ut extrema ex altera parte graviter, ex altera autem acute sonent. Quam ob causam.

omnia alia lumina majestate præcedit. 12 quia ita eminent, ut propterea, quod solus talis appareat, *Sol* quasi solus vocetur. 13 quia ipsæ eorum cursus recursusque certa definitione spatii moderatur. 14 quia consilio & sapientia, & rata lege, cœlestia terrenaque regere & moderari videtur, 15 quia cœlum & terram suo calore temperat. 16 Veneris & Mercurii stellæ cursum habent Solis celeritati parem: & ab eo tum subsequentes, tum antecedentes, non longe separantur, tanquam si jussæ sint eum observare, comitari, deducere, quocumque eat. 17 in mundi medio & centro, quæ tamen sententia jam explosa est. 18 fuerunt quondam Philosophi, & nostris temporibus Nicolaus Copernicus, qui confirmarunt, eam moveri. 19 sua sponte & quasi natura.

1. Vulgati: *quis hic, inquam, quis est.* 2. sonorum intervalla sunt, ubi soni sunt impares, hoc est graves alii, alii acuti, quæ sonorum inæqualitas constituit consonantiam. 3. certa quadam ratione & proportione, unde sonorum fiat convenientia & concentus. 4. hæc est consonantia, quæ ex inæqualibus fit sonis, acutis & gravibus. 5. varias consonantias: dia tesson, dia pente, dia pason in orbium harmonia Pythagoras audiebat. 6. sic ratiocinabantur Pythagorici, quorum commen-

tium.

fam summus ille 7 cœli stellifer cursu, cujus con-  
 versio est concitator, acuto, & 8 excitato move-  
 tur sono: gravissimo autem hic lunaris, atque infi-  
 mus. Nam terra nona, immobilis manens, ima se-  
 de semper hæret, complexa medium mundi locum.  
 Illi autem octo cursus, in quibus eadem vis est duo-  
 rum, 9 Mercurii & Veneris, septem efficiunt di-  
 stinctos intervallis sonos: qui numerus rerum omni-  
 um fere 10 nodus est. Quod docti homines 11 ner-  
 vis imitati, atque cantibus, aperuere sibi reditum  
 in hunc locum: sicut alii, qui præstantibus ingeniis  
 in vita humana divina studia coluerunt. Hoc sonitu  
 oppletæ aures hominum obsurduerunt: nec est ullus  
 hebetior sensus in vobis; sicut, ubi Nilus ad illa,  
 quæ 12 Catadupa nominantur, præcipitat ex altis-  
 simis montibus, ea gens, quæ illum locum accolit,  
 propter magnitudinem sonitus, sensu audiendi caret.  
 Hic vero tantus est totius mundi incitatissima con-  
 versione sonitus, ut eum aures hominum capere non  
 possint: sicut intueri Solem adversum nequitis, ejus-  
 que radiis, acies vestra, sensusque vincitur. Hæc ego  
 admirans, referebam tamen oculos ad terram iden-  
 tidem.

C. A. P. VI.

**T**UM Africanus, Sentio, inquit, te sedem 1 etiam  
 nunc hominum ac domum contemplari: quæ si  
 tibi parva (ut est) ita videtur, hæc cœlestia semper  
 spectato: illa humana contemnito. Tu enim quam 2  
 celebritatem sermonis hominum, aut quam expe-  
 tendam gloriam consequi potes? Vides habitari in  
 terra raris, & angustis in locis: & in ipsis quasi ma-  
 culis, ubi habitatur, vastas solitudines interjectas:  
 hos.

tum refutat Aristoteles. 7 vul-  
 gata habent: *stelliferi*, minus  
 lepide. 8 penetrantiori. 9 quid  
 absurdus, quam hic infere-  
 re *Mercurii & Veneris*? nam  
*duorum* ad sonos, non ad cursus  
 Planetarum referendum est. 10  
 omnia fere nodat, connectit,  
 continet. Quidam male: *mo-*  
 dus. 11 in Instrumento hepta-  
 chordo, sive lyra. 12 vide Pli-  
 nium lib. V. Hist. Nat. cap. 9.  
 1 Licet me audias, longe præ-  
 stantiora narrantem. 2 hoc  
 est, nullam neque celebritatem  
 sermonis hominum, neque glo-  
 riam, quæ sit expetenda, si  
 terræ parvitatem, & cœlorum  
 magnitudinem spectes, consequi  
 potes. 3 an-

hosque, qui incolunt terram, non modo 3 interrump-  
ptos ita esse, ut nihil inter ipsos ab aliis ad alios  
manare possit, sed partim 4 obliquos, partim 5  
aversos, partim etiam 6 adversos, stare vobis: a  
quibus expectare gloriam certe nullam potestis. Cer-  
nis autem eandem terram quasi quibusdam redimi-  
tam, & circumdatam 7 cingulis: e quibus 8 duos  
maxime inter se diversos, & cœli 9 verticibus ipsis  
ex utraque parte subnixos, 10 obriguiffe pruina vi-  
des: 11 medium autem illum, & maximum, solis  
ardore torrerit. Duo sunt habitabiles: quorum au-  
stralis ille, in quo qui insunt, 12 adversa vobis ur-  
gent vestigia, nihil ad vestrum genus: hic autem al-  
ter 13 subjectus Aquiloni, quem incolitis, cerne 9  
14 quam tenui vos parte contingat. Omnis enim ter-  
ra, quæ colitur a vobis, 15 angusta verticibus, 16  
lateribus latior, parva quædam insula est, circum-  
fusa illo mari, quod Atlanticum, quod Magnum,  
quod Oceanum appellatis in terris: qui tamen tanto  
nomine, 17 quam sit parvus, vides. Ex his ipsis  
cultis, notisque terris num aut tuum, aut cuiusquam  
nostrum nomen, vel Caucasum hunc, quem cernis,  
transcendere potuit, vel illum Gangem transnatare?  
Quis in reliquis orientis, aut 18 obeuntis solis ul-  
timis, aut Aquilonis, Austrive partibus tuum no-  
men audiet? Quibus amputatis, cernis profecto, quan-  
tis in angustiis vestra gloria se dilatarit velit. Ipsi au-  
tem, qui de vobis loquuntur, quamdiu loquentur?

CAP.

3 antiqui sibi persuaserunt, terram aqua in quatuor partes divisam esse. 4 qui eundem nobiscum habent parallelum & meridianum. 5 qui sub oppositis parallelis sibi sunt ac diversos respiciunt polos. 6 antipodes, qui sunt sub Meridianis oppositis, & sub adversis parallelis. 7 quinque zonas dicit. 8 circulum nimirum arcticum & antarcticum. 9 polis. 10 infestari frigore. 11 zonam torridam. 12 antipodes illius zonæ in nostra sunt zona, nostræ zona vicissim antipodes in illa zona. 13 zona septentrionalis temperata. 14 quam parva ejus pars Romano imperio pareat. 15 polo mundi & Arctico orbi propinqua. 16 latera sunt Cicero- ni partes inter ortum & occasum sibi oppositæ. 17 si quis cœlo terram oceano circumfusam cerneret, formicam stilla tenui guttulaque immersam se videre existimaret. 18 vulgo: *abeuntis*, melius: *obeuntis*, obire enim dicuntur sidera.

L. Ant.

## C A P. VII.

QUIN etiam, si cupiat proles illa futurorum hominum deinceps laudes uniuscujusque nostrum a patribus acceptas, posteris prodere, tamen propter eluviones, exustionesque terrarum, quas accidere tempore certo necesse est, non modo non æternam, sed ne diuturnam quidem gloriam assequi possumus. Quid autem interest, ab iis, qui postea nascentur, sermonem fore de te, cum ab iis nullus fuerit, qui ante nati sint? Qui nec pauciores, & certe <sup>1</sup> meliores fuerunt viri: cum præsertim apud eos ipsos, a quibus audiri nomen nostrum potest, nemo unius anni memoriam consequi possit. Homines enim populariter annum tantummodo <sup>2</sup> solis, id est unius astri, reditu metiuntur; cum autem <sup>3</sup> ad idem, unde semel profecta sunt, cuncta astra redierint, eandemque totius anni descriptionem longis intervallis retulerint; tum ille <sup>4</sup> vere vertens annus appellari potest: in quo, vix dicere audeo, quam multa sæcula hominum teneantur. Namque, ut olim deficere Sol hominibus, extinguique visus est, cum Romuli animus hæc ipsa in templa penetravit: ita quandoque eadem parte Sol, eodemque tempore iterum defecerit, tum signis omnibus ad idem principium, stellisque revocatis, expletum annum habeto. Hujus quidem anni nondum <sup>5</sup> vigesimam partem scito esse conversam. Quo circa, si reditum in hunc locum desperaveris, in quo omnia sunt magnis, & præstantibus viris: quanti tandem est ista hominum gloria, quæ pertinere vix ad unius anni partem exiguam potest? Igitur alte spectare si voles, latque hanc sedem, & æternam domum contueri; neque te sermonibus vulgi dederis, nec in præmiis humanis spem

<sup>1</sup> Antiquos mores commendant auctores cuncti. <sup>2</sup> cum ad eundem Zodiaci locum & punctum Sol redierit, annum esse dicimus. <sup>3</sup> ad eandem partem, locum, punctum. Intelligit vero annum magnum. <sup>4</sup> Africanus censet, annum magnum dici rectius annum vertentem, tanquam verum & plenum, quam qui annus vulgo appellatur, unius astri reditus; cum hic omnium astrorum cursus sit perfectus. <sup>5</sup> non quindecim annorum millibus magnum annum definire Cicero voluit, sed usitato tropo usus est, dum numerum certum pro incerto posuit, & vicesimam partem quasi, minimam dixit.

1. Res

spem posueris rerum tuarum : suis te oportet illecebris ipsa virtus trahat ad verum decus . Quid de te alii loquantur ipsi videant . Sed loquentur tamen . Sermo autem omnis ille & angustiis cingitur iis regionum , quas vides ; nec umquam de ullo perennis fuit ; & obruitur hominum interitu ; & oblivione posteritatis exstinguitur . Quæ cum dixisset ;

C A P: VIII.

**E**GO vero, inquam, o Africane, si quidem bene meritis de patria quasi limes ad cœli aditum patet, quamquam a pueritia, vestigiis ingressus patriis & tuis, decori vestro non defui : nunc tamen tanto præmio proposito, enitar multo vigilantius. Et ille: Tu vero enitere, & sic habeto, non esse te mortalem, sed corpus hoc. Nec enim tu es, quem forma ista declarat: sed mens cuiusque, is est quisque: non ea figura, quæ digito demonstrari potest. <sup>1</sup> Deum te igitur scito esse: si quidem deus est, qui viget, qui sentit, qui meminit, qui providet, qui tam regit, & moderatur, & movet id corpus, cui præpositus est, quam hunc mundum ille princeps Deus; & ut mundum ex quadam parte mortalem ipse Deus æternus, sic fragile corpus animus sempiternus movet. Nam <sup>2</sup> quod semper movetur, æternum est; quod autem motum affert alicui, quodque agitur aliunde, quando finem habeat motus, vivendi finem habeat necesse est. Solum igitur, quod sese movet, quia numquam deseritur a se, numquam ne moveri quidem desinit. Quin etiam cæteris, quæ moventur, hic fons, hoc principium est movendi. Principio autem nulla est origo. Nam ex principio oriuntur omnia: ipsum autem nulla ex re. Nec enim esset principium, quod gigneretur aliunde. Quod si numquam oritur, nec occidit quidem umquam. Nam principium exstinctum, nec ipsum ab alio renascetur, nec.

<sup>1</sup> Revertitur Africanus ad intermissam quæstionem de animæ immortalitate, plusque quam quæstio illa recipit, efficere conatur, hominem quippe & immortalem, & Deum esse: Homines enim ac Dii animalia consilio rationeque prædita Philosophis visa sunt, sed immortalitatis excellentia homines a Diis superari. <sup>2</sup> hæc sumpta ex Phædro Platonis. 1 Pla-

nec ex se aliud creabit: si quidem necesse est a principio oriri omnia. Ita fit, ut motus principium ex eo sit, quod ipsum a se movetur. Id autem nec nasci potest, nec mori: vel concidat omne cœlum, omnisque natura consistat, necesse est, nec vim ullam nanciscatur, quæ primo impulsu moveatur.

## C A P. IX.

**C**UM pateat igitur, æternum id esse, quod a se ipso moveatur: quis est, qui hanc naturam animis esse tributam, neget? Inanimum est enim omne quod impulsu agitur externo: quod autem animal est, id motu cietur interiore, & suo. Nam hæc est natura propria animi, atque vis. Quæ si est una ex omnibus quæ sese moveat: neque <sup>1</sup> nata est certe, & æterna est. Hanc tu exerce in optimis rebus. Sunt autem optimæ curæ de salute patriæ: quibus agitatus & exercitatus animus, velocius in hanc sedem, & domum suam pervolabit: idque ocius faciet, si jam tum, cum erit inclusus in corpore, eminebit foras, & ea, quæ extra erunt, contemplanis, quam maxime <sup>2</sup> se a corpore abstrahet. Nam eorum animi qui se corporis voluptatibus dediderunt, earumque se quasi ministros præbuerunt, impulsuque libidinum, voluptatibus obedientium, deorum, & hominum jura violaverunt; corporibus elapsi <sup>3</sup> circum terram ipsam volutantur, nec hunc in locum, nisi multis exagitati sæculis, revertuntur. <sup>4</sup> Ille discessit: ego somno statim solutus sum.

<sup>1</sup> Platonium hoc, non Christianum. <sup>2</sup> disce rationem aperienti aditus ad cœlestem vitam. <sup>3</sup> & istud est Platonium; quasi flagitiosorum animæ circa tumulos volutantur, nec in cœlum, nisi multis exagitatae sæculis, revertantur. <sup>4</sup> Hic somnii exitus fuit, vocatis ad contemplanum cœlum animis, deterritis ab humanæ spe gloriæ, immortalem naturam suam persuasis & edoctis, præmiorum denique cœlestium mercede accensis & inflammatis.

F I N I S .

INDEX

# I N D E X

## R E R U M

## ET V E R B O R U M .

### A

- |   |                 |   |              |
|---|-----------------|---|--------------|
| <b>A</b> bstinentia Africani  | 160             | Africani abstinentia  | 160          |
| Academiæ ratio quid a cæteris differat.   | 116 <i>seq.</i> | Africanus posterior admodum abstinens   | <i>ibid.</i> |
| Accii Poetæ versus de Atreo   | 225             | Agefilaus   | 121          |
| Accii Poetæ de regno sententia  | 214             | Agis rex occisus  | 162          |
| L. Acilius cur sapiens habitus  | 257             | Agraria lex Philippi  | 158          |
| Acilius græce scripsit historiam  | 231             | Agriculturæ laus  | 105          |
| Accusatoris nomen fugiendum   | 142             | Agriculturarum voluptates   | 260          |
| Accusatio multos illustravit  | <i>ibid.</i>    | Alexander Macedo humanitate superatus a patre   | 65           |
| Accusatio laudem peperit L. Crasso adolescenti                                  | <i>ibid.</i>    | Alexander Pheræus ab uxore interfectus  | 126          |
| Accusatio quibus de causis sit suscipienda                                      | <i>ibid.</i>    | Amare quid sit  | 290          |
| Actio cognitioni anteponenda  | 107 <i>seq.</i> | Amici qui eligendi  | 290 298      |
| Actio in omni suscipienda, duo considerata sunt, honestas & efficiendi facultas | 54              | Amicitias dissuere oportet, non præcidere   | 86           |
| Adolescentes quibus e rebus commendationem petere debeant                       | 139             | Amicitia inter æquales magis elucet   | 324          |
| Adolescentiæ vituperatio  | 249             | Amicitia orta a natura, non ab indigentia   | 290          |
| Adolescentia multo pluresquam senectus, mortis casus habet                      | 267             | Amicitia quid sit   | 286          |
| Adolescentium petul. magis est, quam senum                                      | 253             | Amicitia ne in inimicitias convertantur, cavendum                                       | 311          |
| Adolescentum imbecillitas consilii propria                                      | 84              | Amicitia prima lex, ut neque rogemus res turpes, nec faciamus rogati                    | 303          |
| Adulari passive   | 66              | Amicitia veræ difficillime reperiuntur in iis, qui in honoribus reque publica versantur | 306          |
| Æacus   | 70              | Amicitia termini  | 305          |
| Æginetis pollices præcisi   | 193             | Amicitia qua re propinquitati præstet   | 287          |
| Æquitas lucet ipsa per se   | 26              | Amicorum omnia communia   | 40           |
| Æsopus fabularum autor  | 163             | Amicorum paria  | 287          |
| Ætate ut quisque antecedit, ita sententiæ principatum tenet in augurum collegio | 267             | Amicus tanquam alter idem   | 312          |
|   |                 | Animi generi hominum deorum munere dati   | 348          |
|   |                 | Animi opera majora quam corporis  | 140          |
|   |                 | Animo nihil divinius  | 348          |

Ani-



I N D E X .

Animorum natura æterna	355	Atilius Regulus, Consul iterum, a Pœnis captus	325
Animorum motus duplices	74	Atticus Pomponius cognomen Athenis deportavit	222
Animorum natura cur mortalis esse non possit	272	Atticus P. Sulpitio multum utebatur	278
Animorum vis duplex	72	Athenæ exemplis illustres	7
Animus cœlestis ex altissimo domicilio depressus in terram	272 <i>seq.</i>	Avaritia injuriæ præcipua causa	24
Animus in custodia corporis, quoad Deo videtur, retinendus	348	Avaritia nullum est retrius vitium	158
Annibal callidus	78	Avaritia senili nihil absurdius	267
Annibal crudelis	32	Avaritia Spartam perditura	158
Annulus Gygis	183	Avaritiæ vituperatio	<i>ibid.</i>
Annum solis reditu metimur	353	Avari plus semper appetunt	344
Annus vere vertens multa hominum sæcula complectitur	353	Augures majores uatu iis etiam, qui cum imperio sunt, anteponuntur	249
Antipater Tyrius	166	Auspicia quæ sint optima	242
Antipatri opinio de honesto	195 <i>seq.</i>		
Apellis Venus	173	<b>B</b>	
Apollinis Pythii oraculum	161	Bardylis Illyrius, latro	136
Ἀποφθέγματα	75	Beata vita in quo contineatur, ex Metrodori sententia	233
Appetitus rationi lege naturæ subjectus	73	Bene agier quid sit	206
Appius Claudius Cæcus pacis cum Pyrrho dissuas	244	Bene & beate vivere nihil aliud est, nisi honeste & recte vivere	328
Aqua hæret	233	Benefacta male locata, male facta sunt	151
Aquillii de dolo malo formula	200	Beneficia quæ plurimi facienda	38
Arati præclarum consilium ad constituendam remp.	163	Beneficia in quos conferenda	221 <i>seq.</i>
Aratus Sicyonius Nicoclem tyrannum occidit	<i>ibid.</i>	Beneficia in egentissimos quosque præcipue conferenda	39
Archytas Tarentinus	255	Beneficentia Herculem in Deorum numerum retulit	181
Arcopagitas constituit Solon	55	Beneficii immemorem omnes oderunt	144
Aristides justus	179	Benevolentiam civium blanditiis & assentionibus colligere turpe est	106
Aristidis sententia de Themistoclis consilio	178	Benevolentia colligenda præcepta	130
Aristippus omne bonum in voluptate posuit	232	Benignitas quas cautiones habeat	35
Aristo	11	Benignitas quæ sit utilis Reip.	151
Aristo Chius de senectute scripsit	337	Benignitas largitioni anteponenda	159
Aristoteles quid de pecuniarum effusionibus sentiat	147	Benignitate nihil hominis naturæ accommodatius	35
Aristotelis opinio de honesto	185 186	Benignitas propensior esse debet in calamitosos	151
Assentatio ab amicitia removenda	317	Bella justa quæ	29 30
Assutiæ tollendæ	206	<b>Bella</b>	
Atreus	70		
Athenienses in Æginetas duri	193		
Atilius Calatinus primarius populi vir	266		

I N D E X.

Bella cur suscipienda	29	Carthago eversa a Paulli filio	160
Bellicæ res majoresne sint ur- banis, an contra	55	Castigatio omnis vacare con- tumelia debet	64
Belli gloria adolescentibus quæ- renda	140	Catonis senis præcepta quatuor ad utilitatem rei familiaris	167
Bellum Punicum tertium M. Catonis consilio illatum	58	Cato Censorius græcarum lite- rarum perstudiosus in sene- ctute	337
Biantis dictum	326	M. Cato Prætor	241
Biantis patria Priene	<i>ibid.</i>	Catonis liber de rebus rusti- cis	264
Bias sapiens	326	Catonis elogium	281
Bias omnia secum portabat <i>ibid.</i>		Cato Censorius sapiens	178
Bona bonis quæ anteponantur 167 <i>seq.</i>		Cato major	105
Bona ea omnia sunt habenda, quæ secundum naturam fiunt	268	Catonis egregia laus	204
Bona caduca & incerta	287	M. Cato quo anno natus	241
Bonitatem qui tollant	286	M. Catonis de Carthagine sus- picio	245
Boni viri qui appellandi sint 285 <i>seq.</i>		Cato Bruti avunculus	323
Boni viri qui sint	285	Cato inter Africanorum ætates interjectus	327
Boni viri definitio	<i>ibid.</i>	Cato miles	241
Bonum solum honestum	325	Cato perfectus Stoicus	323
Bonum virum esse, semper utile	206	Cato Censorius Africani prio- ris fere æqualis	169
Bonum summum convenienter naturæ vivere, e Stoicorum sententia	175	M. Catonis consilio illatum tertium bellum Punicum	58
Bonus nemo miser esse po- test	330	M. Cato Quæstor	241
Brutus quid in patria liberan- da spectarit	327	Catulorum qualis sermo	79 93
Brutus accusator	143	Catuli optime latina lingua uti putabantur	93
L. Brutus in liberanda patria interfectus est	271	Celare & tacere non idem sunt	196
<b>C</b>		Censor L. Mummius	180
Cæcilius	253	Censor Africanus	<i>ibid.</i>
Cæcilius versus contra senectu- tem	248	Cethegus	241
Cæsar tyrannus	80	M. Cethegus Suadæ medulla dictus ab Ennio	260
C. Cæsar regnandi causa per- vertit omnia	24	Chryssippi dictum	191
Cæsaris largitiones non libera- les, sed injustæ	36	Ciceronis de oppressa conju- ratione gloriatio	57
C. Cæsar L. F.	78	Ciceronis versus	<i>ibid.</i>
Cæsar Catulli patris frater	94	Cicero Academicus fuit	116
Cæsar dictator civium bona ven- didit	164	Ciceronis de gloria libri duo	131
Callicratidas	79	M. Cicero omnes honores ade- ptus suo anno	149
Callicratidas nimio gloriæ stu- dio Lacedæmoniis nocuit	60	M. Cicero scripsit libros de Rep.	150
Callipho philosophus	234	Ciceronis ædilitas	149
Calumniæ exempla	28	Cicero Consul	165
Calypso	80	Cincia lex a Maximo lauda- ta	241
Canis	64	Cincinnatus Dictator	263
Carthago deleta	30	Cineas Thessalus	257
		Cimon Atheniensis	152
		Circe	80

Ci-

# I N D E X.

Civitas quæ dici possit	333	Xenophontem	250
Civis qui sit	334	Cyri morientis de animorum æternitate oratio, apud Xenophontem	273
P. Clodius	149		
Cleombrotus invidiam timens, Lacedæmonios perdidit	86	<b>D</b>	
Clytemnestra, tragœdia	163	Damon	192
Collatinus a Bruto Collega emissus	190 191	Decii duo	177
Concordia fundamentum rei-publ.	162	P. Decius, quarto consulatu se pro Republica devovit	257
Consilii capiendi deliberatio triplex, ut videtur Panætio	13	Decorum ab honesto quid differat	63
Consuetudinis maxima vis est	308	Decorum fufum est per omnes partes honestatis	69
Convivium melius Latini quam Græci nominarunt	258	Decorum duplex	<i>ibid.</i>
Communia civibus inter se quæ sint	40 <i>seq.</i>	Decorum poeticum	<i>ibid.</i>
Comœdia antiqua	75	Decorum tribus in rebus positum est	89
Corinthus cur deleta	30	Decorum ab honesto separari non potest	68
Corinthus a Mummio everfa	160	Deliberanda ea non sunt, in quibus est turpis ipsa deliberatio	187 188
Corinthus everfa	193	Demetrius a Macedonibus relictus	127
Corporis bona externis bonis anteponenda	164	Demetrius Phalereus	9
L. Crassi ædilitas	147	Demosthenes	9 141
Crassi divitis ædilitium munus	<i>ibid.</i>	Deos non nocere	119
M. Crassus	77	Deposita non semper reddenda	27
Crassus adolescens ex accusatio- ne laudem consecutus	141 142	Detrahendi de absentibus studium vitiosam naturam significat	95 96
Crassus præ divitiis de honesto non curabat	210	Dicæarchi liber de interitu hominum	122
P. Crassus Pontificii juris & civilis studiosus	50	Diligere oportet, cum judicaveris	314
Cratippi laus	116	Dinomachus philosophus	234
Cratippi opinio de honesto	185 186	Diogenis Babylonii, Stoici, opinio de honesto	194 195
Cratippus ætate Ciceronis princeps philosophorum	8	Dionysius Tyrannus	126 192
Cratippus Peripateticorū princeps	<i>ibid.</i>	Dissensio sine acerbitate inter Africanum & Metellum	63
Crudelitas inimica naturæ	193	Divitias amare parvi angusti- que animi est	64
Curia Athenis	152	Divitiarum fructus in copia est	340 <i>seq.</i>
Curio utilitatem præponebat æquitati	216	Divitiæ cur expetantur	23
M. Curius oblatum aurum repudiavit	263	Dives non est, cui quæsito opus est	340 <i>seq.</i>
Curius de Sampitibus, de Sabinis, de Pyrrho triumphavit	<i>ibid.</i>	Dives qui sit	340
Curii tenuitas victus	<i>ibid.</i>	Dolere, malum non esse, philosophi nonnulli affirmant	226
Cynicorum inverecundia	90	Dolus. malus legibus vindicatus	201
Cyrus	121	Dolus malus quid	<i>ibid.</i>
Cyrus Persarum Rex, agricultura oblectatus	265	De-	
Cyri morientis sermo, apud			

# I N D E X.

Domus hominis honorati qualis esse debeat 97  
 M. Drusus 31  
 Duilius Pœnos primus classe devicit 257 *seq.*  
 Duilius delectabatur crebro funali, & tibicine *ibid.*  
 Duodecim tabulæ de tutela 201

## E

Eloquentiæ laus 109 143 153  
 Eloquentia quid 109  
 Ennii versus 24 41 61 125 151  
 202 226 242 243 244 280 287 206  
 Ennius præclare paupertatem & senectutem tulit 243  
 Ennius quot annos vixerit *ibid.*  
 Epicurei pervertunt præcepta officii 83  
 Epicuri de bono & malo sententia 233  
 Euripidis versus 213 227  
 Exercitatio in omni re necessaria 45  
 Exercitatio in senibus quid officiat 252  
 Exilium quibus terribile 329  
 Exules qui sint 329 334 335

## F

Q. Fabii Maximi laus 61 241  
 Q. Fabius Maximus callidus 78  
 Fabricius iustus 177 215  
 C. Fabricii mira iustitia *ibid.*  
 C. Fabricii continentia 327  
 Fabula Platoni utilissima 188  
 Fides unde dicta 22  
 Fides in hostes servanda 29  
 Fidei bonæ nomen latissimum 206  
 Fides vel hosti servandæ 29  
 225  
 Fidei templum in Capitolio 226  
 Fimbria 210  
 C. Flaminius Tribunus pl. 27  
 L. Flaminius, e Senatu eiectus 256  
 Fœciale jus 30  
 Fœciale jus cum hostibus commune 28 74  
 Fœnerari a Catone improbatum 168  
 Fœneratores ad medium Janum sedebant *ibid.*  
 Fortis animus duabus in rebus

cernitur 50  
 Fortissimus quisque imperandi cupidissimus 48  
 Forti viro vis adhiberi non potest 228 *seq.*  
 Fortis viri character 48  
 Fortitudo sine iustitia, in vitio 44  
 Fortitudinem quomodo definiant Stoici 45  
 Fortitudo est dolorum, laborumque contentio 234  
 Fortunam suis quisque fingit moribus 336  
 Fraus odio digna majore, quam vis 35  
 Fraus vulpeculæ propria, vis leonis *ibid.*

## G

Gabinia lege quanta labe facta sit 297  
 Gallus dimetiendi cœli, & terræ studiosissimus 260  
 Gemma in vitibus 263  
 Gloriæ cupiditas in maximis animis & ingeniis 24  
 Gloriæ cupidi homines facile ad res injustas impelluntur 49  
 Gloriam qui contemnunt, non reprehendendi 53  
 Gloria tribus e rebus constat 131  
 Gloriam e rebus bellicis petere adolescentes debent 139 *seq.*  
 Gloria vera 138  
 Gloria divitiis anteponenda 167  
 Gorgias Leontinus Isocratis magister 243  
 Gorgias Leontinus centum & septem complevit annos *ibid.*  
 Gracchi patris laus 138  
 C. Gracchi frumentaria largitio 158  
 Gracchi Tiberii filii, Africani nepotes 162  
 T. Gracchum qui secuti sint 294 295  
 Græcorum nobiles victoriæ sex 46  
 Græca verba Latinis inculcari ridiculum 80  
 Græcia, manante a Lacedæmoniis malo, cecidit 161 162  
 Græcorum consuetudo, ut iis pro-

# I N D E X.

proponatur, de quo disputent quamvis subito 285  
 Gratiae & pecuniae comparatio 154 *seq.*  
 Gyges Platonius, ex pastores 188

## H

Hasta bis in foro posita 164  
 Hecatonis Rhodii libri de officiis 202 217  
 Hercules Prodicus 84  
 Hercules in caelestium numero collocatus propter beneficia in humanum genus collocata 195  
 Hereditas optima quae 86  
 Herodoti locus 137  
 Hesiodi locus 38  
 Hesiodus de stercoreatione verbum non fecit 262  
 Homerus auctor optimus 221  
 Homerus multis ante Hesiodum saeculis fuit 262  
 Hominis propria appetitio principatus 16  
 Hominis propria veri in vestigatio & in prudentia posita *ibid.*  
 Homines quidam non re, sed nomine 76  
 Homines, secundum Deos, hominibus maxime utiles 118 *seq.*  
 Homo ceteris animantibus quantum praestet 15  
 Homo solus ordinem sentit 16  
 Honestum laudabile natura 17  
 Honestum quibus ex rebus conficitur 16  
 Honestum e quatuor veluti fontibus manat 19  
 Honestum nihil, quod iustitia vacat 44  
 Honestas a partibus quatuor manat 17 46 106  
 Honestas per se animos omnium movet 131  
 Honestum quid sit, e Stoicorum, Peripateticorum, Socratis sententia 174 *seq.*  
 Honestum verum in sapientibus solis 176  
 Honesti vis 193  
 Honestatis partes quatuor, prudentia, iustitia, animi magnitudo, continentia 221  
 Hortensius, Ciceronis liber de

laudibus Philosophiae 115  
 Hortensii aedilitas 148  
 Hortus altero succidia 264  
 Hostis, olim peregrinus 32

## J

Janus medius 168  
 Jason Pheræus callidus 78  
 Imperiacupiditas in maximis animis & ingeniis 24  
 Imperia non semper expetenda 51 52  
 Imperium non est scelere quaerendum 213  
 Imperator quis sit 335  
 Impii adversus Deos qui sunt 183  
 Injuria fit duobus modis 34 35  
 Injustitiae duo genera 22  
 Insipiente fortunato nihil est intolerabilius 302  
 Inventionibus nihil invenit agricultura solertius 253  
 Invita Minerva, nihil decet 80  
 Jocandi genus duplex 75  
 Jocandi genus quale esse debeat 74 75  
 Irasci graviter inimicis non oportet 63  
 Ira omnibus in rebus repudianda est 65  
 Ira male laudatur a Peripateticis *ibid.*  
 Iratorum, aut alioqui commoitorum forma ipsa corporis tota mutatur 74  
 Ira nihil recte fieri patitur 96  
 Isocrates 10  
 Isocrates Georgiae Leontini discipulus 243  
 Isocrates vixit annos uno minus centum *ibid.*  
 Italicum bellum 128 *seq.*  
 Jura belli 29  
 Iustitiae fundamentum fides 22  
 Iustitiam tolit ambitio 24  
 Iustitia servanda etiam adversus infimos 34  
 Iustitiae fundamentum quod *seq.* 27  
 Iustitia nullum tempus vacare debet 45  
 Iustitiae munera 21  
 Iustitia omnium domina & regina virtutum 183

## Q

Lace.

# I N D E X.

## L

Lacedæmonii victoriæ cupidif- simi	48
Lacedæmonii amplissimum ma- gistratum senes appellabant	245
Lacteus orbis	501
Lælius semper eodem vultu	65
Lælius plenus hilaritatis	78
Lælius cognomento sapiens	136 279
Lelius Q. Mucii Scævola au- guris socer	279
C. Lælii & P. Scipionis fami- liaritas memorabilis	278 284
Largitionem inconsultam ra- pinæ sequuntur	145
Largorum duo genera	146
Largitio fundum non habet	<i>ibid.</i>
Latronum leges quædam sunt	136
Laudare se, indecorum	32
Leuærica calamitas	127
Legis XII. Tab. verba	32
Lex de repetundis	159
Lex Crassi & Scævolæ de pe- regrinis	193
Lex Pennia & Papia de pere- grinis	<i>ibid.</i>
Legis Cincix suator Maximus	241
Lex Voconia a M. Catone lau- data	243
Leges quædam etiam inter la- trones	136
Leges cur constitutæ	136 137
Lex naturæ communem utili- tatem spectat	193
Legum latores boni plus pro- sunt civitatibus, quam boni imperatores	55 56
Liberalitas	35
Liberalitatis duo genera	<i>ibid.</i>
Liberalitatis ratio duplex	144
Liberales qui sint	<i>ibid. &amp; seq.</i>
Liberalitas secundum naturam	181 182
Libertatis causa, omnia ma- gnis viris suscipienda con- tentio	53
Libertatis proprium quid sit	<i>ibid.</i>
Liber nemo nisi sapiens	335 336
Libido senectuti scedissima	87
C. Licinii Crassi lex de sacer- dotiis	318

Loci & temporis vis quanta sit	100
Luculli ædilitas	148
Luculli magnificentia in villis extruendis	98
Ludo & joco quatenus uten- dum	74
Lycurgus	56
Lysander Dux Lacedæmonio- rum	<i>ibid.</i>
Lysander a Lacedæmoniis ex- pulsus	162
Lysander Lacedæmonius	79
	265
Lysis Pythagoreus Epaminon- dam erudiit	198

## M

Magisteria	250
Magnanimitas	106
Magnæ matris Idææ sacra	258
Malitia distat a prudentia	207
L. Manlius dictator	229
M. Manlius pauper fuit	343
M. Marcellus	271
Marius Gratidianus	204
C. Marius septimum annum post Præturam jacuit	211
Marius Gratidianus Prætor edi- cit populo, quid servet	212
C. Marius a fide justitiæque di- scersit	211
C. Marius	329
Marte nostro	186
Massilia in triumpho portata	129
Q. Maximus Tarentum rece- pit	241
Q. Maximus mortuum filium pro funere laudavit	242
Memoria laudationibus perdi- putabatur	246
Memoria senectute minuitur	<i>ibid.</i>
Mercari quod statim vendas, fordidum est	105
Mercatura quæ probanda, quæ minus	<i>ibid.</i>
Mercenarii omnes sordidi	<i>ibid.</i>
Q. Metellus Imperator C. Ma- rii	211
Q. Metellus a Legato suo C. Mario accusatus	<i>ibid.</i>
Metrodori de beata vita sen- tentia	233
Metus omnis, servitus est	339
Minerva Phidiæ	324
Minos	70

Mo-

# I N D E X.

Modestia	68	Ocium languorem affert	
Modestiam quid sit	100	Cn. Octavius primus e sua familia Consul	97
Morositas senum aliquid excusationis habet	267	M. Octavii frumentaria largitio	158
Morti nihil tam simile quam somnus	274	Oeconomicus Xenophontis liber a Cicerone jam sene verus	160
Mortuis religiosa jura tribuntur	283	Officina nihil habet ingenuum	104
P. Mucius	140	de Officiis libri non multum a Peripateticorum dogmate differunt	8
Q. Mucii ædilitas	147	Officii amplitudo & laus	10 11
Q. Mucii Mancie sermo qualis	79	Officiorum præcepta adolescentiæ aptissima	10
Q. Mucius P. F. jurisconf.	83	de Officiis libri a Stoicorum fontibus derivati	12
Q. Mucius Porcenæ interfektor	327	de Officio quæstio duplex	13
L. Mummii continentia	160 338	Officii divisio	13
L. Mummius Corinthum sustulit	160 338	Officii descriptio	13 72
N		Officii deserendi causa	22
Nævii versus	245	Officia aliis alia magis debentur	48
Nævii bellum Punicum	260	Officiorum boni ratiocinatores esse debemus	45
Nannii	83	Officia splendidissima, quæ ab animi magnitudine oriuntur	46
Naturam quisque suam potius, quam alienam sequi debet	80	Officia pro ætatum ratione variantur	87
Natura omnibus sequenda	80 90	Officium adolescentis	87
Natura quas partes corporis textit, eas tegere omnes debent	89	Officia adolescentis	87
Natura non patitur, ut alteri detrahamus nostri commodi causa	180	Officia senum	ibid.
Natura est jus gentium	182 183	Officium magistratu	88
Natura est lex divina & humana	175	Officium privati	ibid.
Natura lex	195	Officium peregrini	ibid.
Naturæ convenienter vivere	175	Officiorum comparatio	106
Natura similibus sui appetens est	300	Officii persequendi rationes quinque	117
Nearchus Tarentinus	256	Officiorum tractatio in philosophia uberrima	172
Neptunus tres optiones Theseo dedit	27	Officii deliberatio triplex	172
Nestor apud Homerum de virtutibus suis sæpissime prædicat	250		173
Nicocles tyrannus occisus	163	Officia media	176
Non putaram	59	Officia a quatuor fontibus honestatis ducta	220
C. Norbanus a P. Sulpicio accusatus	142	Officia exprobrantium hominum odiosum genus	309
Numantia deleta	30	Onera maxima, senectus & paupertas	243
T. Numicius tribunus pl.	68	Opes cum infamia non utiles	215 216
O		Opifices omnes sordidi	36
Objurgationum qui modus	95	Opinionem hominum de se negligere arrogantis est	71
	96	Opipare paratum convivium	199
		Orationis duplex ratio	145

I N D E X.

Orationis vis duplex	93	Pecunia corrupti, fideles esse non possunt	21 23
Oratoris proprium quid sit	9	Pecunia non quærenda solum, sed etiam collocanda	138
Orbium cælestium ordo	349	Pelopis regnum iniquum	214
Ordo quid sit	99 100	Perduellis	29 32
Origines, Catonis liber	271	Periclis severitas	78
<i>Ὀρμῆ</i>	189	Periclis dictum in Sophoclem	100
<b>P</b>			
M. Pacuvii fabula	289	Pericles	125
Panæti opinio de honesto	173	Pericles Princeps Græciæ	149
Panætius reprehensus	12	Periculosarum actionum multiplex ratio	60
Panætius	121	Periculis sine causa offerre se, stultum est	60
Panætius Africani præceptor		Peripatetici, quod iracundiam laudent, notati	65
Panætius duas res in suis libris prætermisit	166	Pernicies vitæ summa, intelligentiæ simulatio in malitia	207
Panætius utilitatum comparisonem omisit	167	Perjurium quid sit	227
Panætius de officiis accuratissime scripsit	172	Phaeton ietu fulminis deflagavit	220
Panætius locum de officiis prætermisit	175	Phaeton solis filius	<i>ibid.</i>
Panætius defenditur a Cicero	185	Phalaridis mors	127
C. Papirius Consul legem tulit de tribunis plebis reficiendis	318	Phalaris crudelis tyrannus	127
C. Papirius	<i>ibid.</i>	Philippi Macedonum regis humanitas	65 66
Papus Aemilius C. Lusino familiaris	295	Philippi ad Alexandrum epistola	145
<i>Παράδοξα</i> maxime Socratica	324	L. Philippus	77 149
Parfimonia, magnum vestigal	342	Philippi lex Agraria	158
Pascere bene, prima utilitas in re familiari	167	Philippus tribunus plebis	<i>ibid.</i>
Patriæ caritas quanta	42	L. Philippi injusta sententia	215
Pro patria mors oppetenda, si ita res ferat	42	Philosophi in quo peccent	25
Patroni civitatum & nationum qui essent	28	Philosophiæ quando & quibus rationibus adductus operam dare cœperit Cicero	113
L. Paullus focer filii M. Catonis	244	Philosophiæ nomen quibusdam invisum	113
Paupertas contra naturam	180	Philosophi qui	115
<i>seq.</i>		Philosophia quid	<i>ibid.</i>
Paupertas maximum onus putatur	243	Philosophiæ defensio	<i>ibid.</i>
Pausanias Dux Lacedæmoniorum	56	Philosophiæ pars de officiis uberima	172
Peccandum non est amici causa	296	Pinthius	210
Peccata esse æqualia	330	Pirata communis hostis omnium	227
Peccare est tanquam lineam transire	<i>ibid.</i>	Pisonis lex de repetundis	159
Pecuniæ cupiditas unde	23	Plato	9
Pecuniam contemnere magnificam est	51	Platonis locus	17
		Platonis præclara sententia	22
		Platonis dictum in Philosophos	25
		Platonis præcepta duo reipublicæ præfuturis necessaria	62
		Plato Dionem erudiit	108
			PO-



# I N D E X.

Pocula minuta & rorantia	259	cenda memoria	254
Polycleti signum		Pythius argentarius	199
Pompeji dictum honorificum in Ciceronem	57	<b>Q</b>	
Pompeji Magni theatrum		Quæstio de honesto & utili	
Pompejus Magnus reprehensus	68	264	
Pomponius tribunus plebis diem dixit L. Manlio dictatori	230 231	<b>R</b>	
Pontii Samnitis dictum de avaritia	159	Ratione utentium duo genera	122 123
T. Pontii centurionis vires	251	Rectum ita justum, si voluntarium	25
Pontius Samnis	256	Reges cur instituti	137
Posidonius Panætii discipulus	173	Regnandi cupiditates unde existant	187
Posidonius de officiis scripsit <i>ibid.</i>		Regni fides nulla	13
Præclara omnia, rara	312	Regulus captus a Pœnis	34
Prandia decimæ nomine	148	Regulus Atilius	98
Principatum appetere hominis proprium	15	M. Atilius Regulus	110
Privata nulla natura, sed occupatione, victoria, lege, pactione, conditione, sorte	21	Rei familiaris augendæ quæ modus	48 49
Privata vita otiosior, publica fructuosior	52	Reperendarum lex	159
Privatam vitam multi colere, ut tranquille viverent <i>ibid.</i>		Reipublicæ præfuturis duo Platonis præcepta necessaria	62
Prodigi qui	146	Reipublicæ rectores legum similes esse debent	64
Promissis quando standum non sit	27	Reipublicæ maximæ per adolescentulus labefactatæ, a senibus sustentatæ	173
Propylæa	149	Rhetorum campus	46
Prudentia in quo sita		Romani quibus populis victis civitatem dederunt	30
Prudentia quid	100	Romani viri illustres bellica laude	46 47
Prudentiæ & sapientiæ discrimen	100 107	Romani populi Cannensi clade animi magnitudo	193
Prudentia sine justitia nocet	132	Romanarum legionum fortitudo animi	271
Prudentia senectutis est	245	Romulus injustus	191
Ptolemæus rex, Arati Sicyonii hospes	163	Romulus quibus gradibus in cælum adscenderit	326
Ptolemæus Aegypti rex alter post Alexandriam conditam	163	Roscium Amerinum adolescens defendit Cicero	143
Pulchritudinis duo genere	91	P. Rutilius	140
Pyrrhi & Annibalis dissimiles mores	291	Rutilius Rufus Panætii auditor	173
Pyrrhi prælara sententia	33	<b>S</b>	
Pyrrho se Macedones dediderunt	127	Sacra familiarum	41 42
Pyrrhus Acacides	33	Saguntini	332
Pyrrhus bellum intulit Romanis	54	S. Salinator	239
Pythagoras	42 270	Salinator Tarentum amisit	241
Pythagoræ severitas	78	Sanguinis conjunctio, vinculum caritatis	41 42
Pythagoreorum mos in exercenda memoria		Sapalæ	126
		Q. 3	Sa-

- Sapientia amor ex cognitione honesti  
 Sapientia in quo sita  
 Sapientia quid a prudentia differat 106  
 Sapientia princeps virtutum *ibid.*  
 Sapientia quid sit 115  
 Sapientia laus *ibid.*  
 Sapientes septem non tamen omnino sapientes 178 280  
 Sapiens qui sibi non prodest, nequidquam sapit 202  
 Sapientissimus quisque æquissimo animo moritur, stultissimus iniquissimo 275  
 Sapientiam nonnulli quo modo interpretentur 285  
 Scævola pontifex maximus 206  
 Scævola pontificis laus 277  
 M. Scaurus 56 78  
 Scaurus filius damnatus 97  
 Scauri aedilitas 148  
 Scientia cupiditate omnes trahimur 19  
 Scipio Nasica Ti. Gracchum interemit 56 79  
 Scipio Namantiam excidit 56  
 Scipio ambitiosus & tristis 78  
 Scipionis Nasicae sermo qualis 79  
 Scipio Africanus Pauli filius eloquentia cumulavit bellicam gloriam 83  
 Scipionis Africani filius, qui minorem Africanum adoptavit 86  
 Scipionis Africani dictum 169  
 Scipiones duo 177  
 P. Scipio pontifex Maximus 260  
 Scipiones duo iter Pœnis, vel corporibus suis obstruere voluerunt 271  
 Scipionis virtutes 274 281 *seq.*  
 Scipio paucis ante mortem diebus, triduum de republica differuit 283 *seq.*  
 Scipiones duo propugnacula belli Punici 271  
 Scipionis hospes Masinissa 257  
 Scipio tribunus militum in Africa 345  
 Senator non est, qui iurejurando hostium tenetur 221 *seq.*  
 Senis sermo quietus & remissus, decorus est 249  
 Senibus conceditur, ut de se dicant 274  
 Senum morositas aliquid excusationis habet 267  
 Senili avaritia nihil absurdius 267  
 Senes in adolescentium caritate acquiescunt 248  
 Senectutis arma sunt exercitationes virtutum 240  
 Senectus accusatur non propter ætatem sed propter mores 243  
 Senectus quatuor de causis misera videtur 243  
 Senectus natura loquacior 263  
 Senectutis honestum domicilium Lacedæmone 267  
 Senectutis modica severitas probatur 267 268  
 Senex alteri seculo prospiciens 247  
 Sepulchra communia propinquis inter se 42  
 Sergius Orata 204  
 Sermonum suavitas, amicitia condimentum 307  
 Servilius Abala Sp. Mælium interemit 263  
 Servorum infima conditio 34  
 Servis quomodo utendum 34  
 Servituti & turpitudini anteponenda mors 59  
 Severitate sublata, administrari civitas non potest 22 25  
 Sicyon per annos quinquaginta a tyrannis possessa 163  
 Silani aedilitas 148  
 Simulatio pauci temporis potest naturam vincere 126  
 Simulatum nihil diuturnum 138  
 Simulatum nihil in amicitia 290  
 Societatis humanæ gradus 45  
 Societatis humanæ vinculum ratio & oratio 40  
 Societas inter omnes: major autem, ut quisque proxime accedit 286  
 Societas præstantissima, bonorum virorum familiaritas 42  
 Socrates 331  
 Socrates *ἔμπεδον* 78  
 Socrates quam ad gloriam viam traderet 138  
 Socrates sapientissimus Apollinis oraculo iudicatus 272  
 Socrates semper eodem vultu 138

I N D E X.

Socrates senex fidibus didicit 248	Sullæ largitiones non liberales, sed injustæ 36
Socratici in sermone maxime excellunt 94	L. Sulla civium bona sub hasta vendidit 128 129
Socratis opinio de honesto 175	Synophebi, comœdia Statii 247
Sodalitates Catone quæstore constitutæ 258	
Solitarium nihil natura amat 315	
Solitudo languorem affert 170	
Solonis & Themistoclis com- paratio 53 56	
Solon furorem simulavit 78	
Solonis præclarum dictum 270	
Solonis sapientis elogium 248 270	
Sophocles a filiis in iudicium vocatus 218	
Sophocles a Pericle reprehens- sus 100	
Sophoclis dictum egregium de rebus veneriis 259	
Sparta propter avaritiam peri- tura 161	
Sponsio, ni bonus vir esset Pin- thias 210	
Statii Poetæ versus 247	
Statuæ veterum ornatu fere mi- litari 47	
Stoici honestum solum bonum esse dicunt 174	
Stoici splendidius de officio, quam Academici aut Peripa- teticici differuerunt 179	
Stoici, unde verba sint ducta, studiose exquirunt 10	
Stoicorum iuverecundia 16	
Stoicorum opinio de commodis communicandis 176	
Stoicorum oratio 325	
Stoicorum summum bonum 174	
Stulto nemini bene esse po- test 336	
Stultos omnes insanire 333	
C. Sulpicius astrologiæ studio- sus 19 20	
P. Sulpicius C. Norbanum ac- cusavit 142	
P. Sulpicius tribunus plebis a Q. Pompejo capitali odio dissidet 278	
Summum jus, summa injuria 28	
Superbia in prosperis rebus fu- gienda 65	
Superiorem parem esse inferio- ri, maximum est in amici- tia 309	
Sullæ in victoria crudelitas 128	
	Tabulæ novæ injustæ 128
	Tantali regnum iniquum 214
	Tarquinius exul 302
	Tartessorum regis ætas 269
	Temperantia 68
	Terentii locus 105
	Terentii Lælii familiaris 316
	Themistocles 55 78 121 193 194 297
	Theophrastus 146 152
	Thesei optata tria 27 220
	Timo Atheniensis congressum hominum fugiebat 314
	Timotheus Cononis filius 83
	Tribuni plebis hostibus dediti 228
	Tributorum finis 158 159
	Troæzene 194
	Troja 251
	Tuditanus 241
	Turpio Ambivius 259
	Turpe mutatur tempore 248
	Turpitudine maxime contra na- turam 194
	Turpe nunquam utile <i>ibid.</i>
	Tyrannorum fere violenta mors 126 163 179
	V
	Valerius Corvinus ad centesi- mum annum vixit 265
	Valetudinis tuendæ ratio 160
	Vestigalia urbana rusticis ante- ponenda 167
	Venandi studium honestum 75
	Venditor, lege XII. tab. præ- stabat tantum vitia, quæ lingua nuncupata essent 203
	Ver adolescentiæ comparatur 269
	Verecundia 68 71 90
	Verecundia sublata nihil re- ctum, aut honestum est 103
	Verecundia maximum amicitiae adjumentum 313
	Veri investigatio hominis pro- pria 15
	Veritas molesta est 316
	Versus in Ulysem 222
	Vestitus quæ ratio 90

# I N D E X.

Veterrima quæque debent esse suavissima	308	da esse non potest	302
Veturius hosti deditus	218	Vitia animi graviora, quam corporis ac fortunæ	182
Viam erranti non monstrare, Athenis execrationibus pu- blicis sancitum	197	Ulciscendi modus	29
Villa locuples abundat porco, hædo, agno, gallina, lacte, caseo, melle	264	Ulysses	81
Vires celeritati anteponendæ	53	Ulysses militiam simulatione infamiæ subterfugere voluit	221
Virgula divina	109	Voluptas omnis honestati con- traria	234
Viriatus Lusitanus a C. Lælio fractus & comminutus	136	Voluptas plurimorum patrociniis defenditur	232
Virtus amans sui est	319	Voluptate nulla pestis capita- lior	255
Virtus amitti non potest	321	Voluptates agricolarum	261
Virtus est consentiens cum ra- tione, & perpetua constan- tia	330	Voluptates blandissimæ domi- næ	134
Virtus tenera & tractabilis est	299	Voluptatis appetitum omnes fere propter verecundiam oc- cultant	94
Virtus omnis tribus in rebus fere vertitur	122	Vox clara, & suavis esse de- bet	94
Virtus pluris æstimanda, quam ulla possessio, aut ulla vis au- ri & argenti	124	Vt inter bonos bene agier	201
Virtutem quomodo nonnulli interpretentur	287		206
Virtutem unam qui habet, an omnes habeat	131	Vtile ab honesto separari non debet	124
Virtute nihil amabilius	291	Vtilitatum comparatio	166
Virtute qui præditi sunt, soli sunt divites	124	Vtilitas communis secundum naturam	180 181
Virtutes inter se pares	330		
Virtutes, ut quæque leniores, ita amabiliore	38	<b>X</b>	
Virtutis opinio amicitia con- ciliatrix	295	Xantippus Lacedæmonius, Pœ- norum Dux	222
Vitutum quarundam simulacra in belluis	40 seq.	Xenocrates sermone insuavi fuit	79 80
Viscellinus	294	Xenophontis locus	84 250
Vitæ finis optimus	270	Xenophontis Socratici liber de re familiari	166 264
Vitam multi, & ii docti, de- plorarunt	275	Xenophontis libri admodum utiles	264
Vita deserta ab amicis, jucun-			
		<b>Z</b>	
		Zenonis opinio de honesto	187

Ad pag. 303. supple lector ARGUMENTUM, quod & in Lipsiensi exemplo desideratur, hoc pacto: *Tribus relatis sententiis, qui sint in amicitia diligendi fines, constituit.*

# F I N I S.

Da Simone Occhi librajo in Venezia in  
Merceria all' Insegna dell' Italia  
si vendono (oltre molt' altri)  
li seguenti libri.

- A** Arcana Lazari Riverii 4.  
Arte di Cucinare 12.  
Ajo fedele all' Anima divota 8.  
Ariadne Rhetorum Manuducens ad eloquen-  
tiam Adolescentes 24.  
Avvento, e Prediche per la Novena del S.  
Natale del P. Andrea Gesuita 4.  
Almanaco Perpetuo 8.  
Annali e Memorie della Città di Pisa del  
Tronci 4.  
Antichità Aquilejesi del Bertoli con figure fol.  
Amendolia Praxis Judiciaria fol.  
Alettei Carpini, de Gratia Semipelagiana,  
ad Ireneum Veronensem 12.  
Avvocati Præparatio, & Demonstratio Bibli-  
ca fol. Vol. 2.  
**B** Urgos Institutiones Theologicæ 8.  
Baronii Annales Ecclesiastici fol. Vol. 12.  
Buratino Veridico 12.  
Boerhaave Prælectiones Academicæ in proprias  
Institutiones Rei Medicæ, cum Notis  
Alberti Haller 4. Vol. 7.  
Bongiovani Græca Scholia Scriptoris Anonimi  
in Homeri Iliados 4.  
Besombes Moralis Christiana ex Scriptura Sa-  
cra, Traditione, Conciliis, Patribus, &  
Insignioribus Teologis excerpta 4. Vol.  
2. 1747.  
Bose Secularia Torriceliana 12.  
Bagni di Caldiero, Esaminati dal Dottor  
Buonafede Vitali Protomedico di Ve-  
rona 4. 1746.

Bre-

Breve Notizia per li giovanetti, che si acco-  
stano alla SS. Confessione, e Comunione 24.  
Bossuet Istruzioni Pastorali 12.  
Buona Elezione dello stato. 8.

**C** Ampagnolæ Liber Juris Civilis Urbis  
Veronæ.

Compendio delle Meditazioni del P. Spi-  
nola 12.

Catalogo de' Verbi usati da M. T. Cice-  
rone 8.

Cicerone degli Ufficj, dell' Amicizia &c. tra-  
dotto dal Vendramino 8.

Combattimento Scupoli 12.

Caponi Controversiæ Forenses fol.

Cornelii Nepotis Opera 12.

Cuoco Francese del Sig. de la Varenne 12.

Carta della Diocesi di Padova del Clarici .  
—— del Polesine del detto.

Crestini Arcana Lazari Riverii 4.

Capezzale Premeditato per procurare luogo  
di riposo nell' Eternità di Flaminio No-  
bili Lucchese 24.

Corrispondenza novissima delli Pesi, e Mitu-  
re di Venezia, con quelli delle Città,  
e Terre, che negoziano con essa 8.

Cornelii Progymnasmata Physica 4.

Cuore in lite 12.

Chiave d' Oro della Gramatica 16.

Casalichii Tuta Conscientia, seu agendorum,  
vel non agendorum, in quibusdam sele-  
ctissimis, ac frequentiss. Conscientiæ  
Casibus 12.

Calloandro Fedele 12.

Ciceronis Epistol. Selectarum 12

Confessioni di S. Agostino nuovamente Vol-  
garizzate dal Sig. Canonico Gagliardi  
Accademico della Crusca 12. 1747.

Cri-

Cristiano Istruito del P. Segneri 4.

Causa della Verità, contro il P. Carl' Ambrogio Cataneo del P. Orsi 4.

Conferenze Ecclesiastiche su l' Ufficio Divino, e su 'l Sacrificio della Messa tradotte dal Francese 8.

Concina la Quaresima Appellante, Terza Edizione con aggiunte 4.

———— Disciplina della Romana Chiesa, su li due Brevi del Regnante Pontefice intorno il Digiuno 4.

———— La Storia del Probabilismo, e del Rigorismo Vol. 2.

———— Epistolæ Theologico-Morales editio secunda Veneta 4.

———— in Rescriptum Benedicti XIV. ad postulata septem Archiepiscopi Compostellæ Commentaria 4.

———— Osservazioni Critiche Morali in difesa della sua Storia del Probabilismo, e Rigorismo 4.

———— Esame Teologico in difesa della Storia stessa.

———— Defensio Concilii Tridentini, & Apostolicarum Constitutionum Ecclesiæ Romanæ 4. Vol. 2.

———— Spiegazione di quattro Paradossi, Storia Beniziana, e difesa della Storia del Probabilismo ec.

———— Theologia Moralis, & Dogmatica.

**D** Ammaride del Vescovo di Bellei 12.

Don Chisciotte della Mancia 8. Vol. 2.

Direttore de' Sacerdoti novelli intorno a' Riti, e Ceremonie della Santa Messa 24.

1747.

———— Spirituale de' Seminarj, secondo lo Spirito di S. Carlo Borromeo 12, 1747.

Di-

Direttore delle Religiose di S. Francesco di Sales 24.

Dio, Sonetti, ed Inni del Marcello 8.

Disciplina della Romana Chiesa, intorno al sacro Quaresimale Digiuno del P. Concina 4.

Dizionario Toscano del Politi 8.

———— Francese, ed Italiano del Duez 4.

Dyni decisiones Selectissimæ, tam Civiles, quam Criminales fol.

Divoti Affetti a S. Antonio di Padova 24

Dictionarii Theologici Epitome ad usum Sacræ Theologiæ Candidatorum 12. 1747.

Direttorio per la Spiegazione dei Vangeli nelle Feste, e Domeniche dell' Anno 12. Vol. 3. 1749.

———— il Tomo Terzo separato.

Discorsi sul Santissimo Sacramento dell' Altare 4. Vol. 2.

Difesa della Dottrina dell' Angelico Dottor S. Tommaso contro li Moderni Probabilisti 4. 1746.

———— del Alfabeto Errusco 12.

Di vertazione del Sig. Antonio Cocchi Fiorentino sull' Uso dell' Acqua Fredda 12.

Discorso Accademico di M. di Voltaire 12.

Discorso diplomatico Rubeis. 8.

**E** Manuele Compendiato di Lorenzo Guarnieri 12.

Epistole, ed Evangelii 4.

———— Familiari di Cicerone, tradotte da Aldo Manuzio 8.

Esami de' Signori Muratori, Marchese Maffei, Dottor Barotti, ed altri sopra il Libro dell' Eloquenza Italiana di Monsignor Fontanini 4.











TIGER  
1907  
1111  
1111

300

11